DISQVISITIONES PLINIANAE

IN QVIBVS

DE VTRIVSQVE PLINII PATRIA, REBVS GESTIS, SCRIPTIS, CODICIBVS, EDITIONIBVS, ATQVE INTERPRETIBVS AGITVR

AVCTORE

ANTONIO JOSEPH COMITE A TVRRE REZZONICI
PATRICIO, ET J. C. C. NOVOCOMENSE, IN PARMENSI LEGIONE TRIBVNO MILITVM, EQVITE ORDINIS SANCTI JACOBI,

PHILIPPI
SERENISSIMI REGIIQVE HISPANIARVM INFANTIS
&c. &c. &c.
HONORARIO COSMETA.

TOMVS PRIMVS.



PARMAE EXCVDEBANT BORSII FRATRES

ANNO VVLGARIS AERAE
SEXAGESIMO TERTIO SVPRA MILLESIMVM ET SEPTINGENTESIMVM
SVPERIORVM PERMISSV.

SERENISSIMO . REGIOQVE . PRINCIPI

LVDOVICO . DELPHINO

LVDOVICI . XV.

GALLIARVM . ET . NAVARRAE . REGIS . CHRISTIANISSIMI

FILIO

Antonius Joſeph Comes a Turre Rezzonici

P. N. M. Q. E.

F*Requens ſemper & illuſtris*, *IVCVNDISSIME DELPHINE*, (*ſit enim haec tui praefatio veriſſima*, *dum ADAMATO conſeneſcis* (1) *in PATRE*) *apud PHILIPPVM HISPANIARVM INFANTEM habita eſt mentio de praeclaris animi tui dotibus*, *quibus eandem cum Leviro ad politiores artes propenſionem oſtendis*. *Quamvis enim PHILIPPVS juxta laudandam Tullii ſententiam in maximis occupationibus nuſquam intermiſerit ſtudia doctrinae* (a); *& nos ipſi in caſtrenſi con-*

ANNOTATIONES.

(1) Suffragantibus Eſcorialenſi, & Guarini Veronenſis codicibus *conſeneſcis* a Plinio vulgatum ſuo loco oſtendemus. Huc uſque in naturalis hiſtoriae ad Titum praefatione receptum *conſeneſcit*: quâ de cauſâ Johannes Antonius Mediobarbus LVDOVICI MAGNI panegyricum PHILIPPO REGI inſcribens ita exorditur: „ *Laetabar*, IVCVN„ DISSIME REX, (*ſit enim haec Tui appellatio veriſſima*, *nam Maximi conſeneſcit in* LVDOVICO) *laetabar*, *in*„ *quam*, *Italiae*, *patriaeque meae felicitate*.

[a] *Vide Cicer. de Orator.*

tubernio illum graviſſimos Martis labores, repetitâ lectione, quaſi ſolatio levantem mirati ſimus: nihiloſecius pace conſtitutâ adeò res crevit, ut opiparis etiam CLEMENTIS DOMINI *epulis, veteri Sapientum more, addita doctrinae oblectamenta dici poſſint; dum cibatu exquiſito non corpora tantùm, ſed diſcumbentium animi ex* PRINCIPIS *Auguſtaeâ civilitate enutriantur. Hoc potiſſimum tempore cum infinitâ oblectatione accepi,* TE *non aliunde majorem ſumere voluptatem, quàm in Antiquorum, Neotericorumque inventis conſulendis, in Geometriae theorematibus ſpeculandis, inque Naturae pervadendis arcanis; cujus rivulos, fonteſque ipſos (ut ita dicam) ſagaciſſimâ mente contemplaris. Haec tamen omnia non* TE *adeò occuparunt, quin Chriſtianae perſuaſionis, atque Hiſtoriarum volumina aſſiduè per Anagnoſten, vel per* TE *ipſum lectites, quo nihil utilius Principi ad regendam nobiliſſimam Terrarum Orbis partem nato poteſt contingere.*

Magnae & graves cauſſae mihi tum Plinianas diſquiſitiones adumbranti hujuſmodi fuere, ut immenſi laboris opus, & Miſenenſis Claſſis Praefecti famam praeſertim extendens, tantis difficilium locorum reſtitutionibus ornatum, varium, novumque TIBI *narrarem,* SERENISSIME REGIEQVE PRINCEPS. *Verùm eximia dignitas Tua, quâ nihil illuſtrius, imbecillem animi aciem perſtringens me potiſſimum ab incoepto conſilio deterrebat: cum* MARIA LVDOVICA ELISABETH

(--- manibus date Lilia plenis,
Purpureos ſpargam flores, animamque SORORIS
His ſaltem accumulem donis,)

PRINCEPS *illa incomparabilis ad curas noſtras illico deſcendens, quae ego tenuitatis meae conſcius tentare non audebam,* IPSA *ſtudiis impensè dedita perfecit;* TIBIQVE *conſilium, & meditationes noſtras aperiens ſtatim impetravit, ut Pliniorum Avunculi, & Junioris vitae, caeteraque omnia ad viros cum honoris praefatione ubique nominandos ſpectantia in publicam lucem auſpicatiſſimâ nuncupatione prodirent.*

Munus igitur hoc ſororiâ olim protectum Clementiâ accipe, SERENISSIME REGIEQVE PRINCEPS, *cum nulli peculiari magis ex cauſsâ ſit inſcribendum: utpote quod C. Plinium Secundum Naturalis hiſtoriae conditorem praecipuè attingat; ideoque haereditario quaſi jure* TIBI *debitum, cum* PROAVI TVI *in gratiam, tumque* DELPHINI, *Pliniana volumina annotationibus illuſtrata lucem viderint; & nunc, uti intelligimus, maximo Reipublicae literariae bono de aurei ſcriptoris laboribus novâ Gallicâ interpretatione donandis cogitetur. Hanc tantò avidius aemulationem expectant Eruditi, quantò ut emaculatius vertatur, ita diſpertitum opus clariſſima Gal-*

lia-

liarum ingenia suscepisse audio, ut Mathematicis catholici Astrorum motus, Philosophis Sapientiae, Physicesque argumenta; Geographis Vrbium situs, Regnorumque historiae; Medicis pharmacorum, morborumque indoles; Agricolis herbarum, plantarumque notiones, Pictoribus tabulae, Architectis machinae, Sculptoribus statuae demandentur. Iis omnibus nonnihil labores nostros opitulari posse confidimus, cum tantâ membranarum supellectili instructi pulcherrimas in naturali historiâ sententias restituerimus; quas utique curâ nostrâ invenient, ubi in dissitis necessariisque adeò studiis breviter peregrinentur.

Quare cum nulla ex Graecis, Romanisque scriptoribus extent opera, quae Naturali historiae jure possint comparari, ut tandem hominum doctissimi fatentur: hâc de caussâ disquisitiones nostras a TE subsecivis horis legendas humili prece deposco. Quòd si Plinius ipse Vespasiano Romanum orbem regente hos non libros, sed thesauros Tito Caesari nuncupavit: cur in Plinium, Plinii patriam, veramque eruditissimi laboris lectionem conquisita, TIBI inscribenda non erant; qui Rege longè Vespasiano illustriore satus (quantùm enim Flaviam BORBONIA Gens excedit!) AMOR ET DELICIAE GENERIS HVMANI pari passu cum Tito ambules, decertesque?

Musices scientissimus, plurium linguarum peritus, memoriâ singularis, neminem a conspectu TVO tristem discedere permittis (a). *Vtroque conjugio spectandus, Parentibus ubique obsequens, Toti Regiae Familiae carus ADAMATO GENITORI in Fontanensi celeberrimâ post Boviniacensem pugnâ* (b) *Tito junior adfuisti. Hinc est, quòd docilitate ad omnes tum belli, tum pacis artes insignis, non Titum unicè, sed priscorum Regum gloriam poteris aemulari. Salomon hominum sapientissimus, Hieronymus Tyri, Juba Mauritaniae Principes studiorum claritate, quàm Regno memorabiliores existimantur. Doctrinâ potiùs, quàm facultatibus se caeteris praestare velle ad Aristotelem scribens testatur Magnus Alexander* (c). *Quanti Sapientum chorus ob restitutum mortalibus Kalendarium facit Caesarem* (d). *Nec defuere, qui illum magis ob id, quàm ob admirandas, & penè incredibiles victorias celebraverint* (e). *Perge igitur, ut coepisti, PRINCEPS SAPIENTISSIME, atque ad communem omnium utilitatem non decurrentis anni canones, sed aureas Temporis facultates revoca, quas non inferiores militaribus appellabo. Bonarum enim artium tutelâ, non tantùm praesentibus, verùm etiam seris Nepotibus utilissima condunt ii, quibus Fortunae amplitudo concessit, ut*

ANNOTATIONES.

(a) *Consule Sueton. in Tito. III. & seq.* (b) *Voltarrius in epist. nuncupat. ad Ludov. XV. Tom. III. pag. 363. & in Poëmat. Fontanens. pag. 382.* (c) *Gell. lib. XX. 5. pag. 529.* (d) *Sueton. in Caesare IX. Plutarch. Tom. I. pag. 735. Eryci. Putean. de anno secular. cap. VIII. Dionys. Gothofred. in Glossar. nomin. Cod. Theodos.* (e) *Vide Deodat. in epistolâ ad Vgenium, quae extat Oper. Galilaei Tom. III. pag. 440.*

prodesse tantummodo possent, ut vellent. Nullum enim est Magno Principe, immortalitatemque merituro impendii genus dignius quàm quod erogatur in posteros [a]. *Hâcce viâ BORBONII Heroes incesserunt. Hos Martis, & Minervae studiis apprime illustres domestico (quo nihil jucundius) exemplo imitaris: unde religione, consilio, moderatione jamdiu spectatissimus: aequitate postmodum, & justiciâ connexas, ac superstites LUDOVICI ADAMATI PATRIS OPTIMI Virtutes tuo seculo exhibebis.*

Dabam Colurno pridie Kal. Majas Anno Vulgaris Aerae Millesimo septingentesimo sexagesimo tertio.

[a] *Plin. Caecil. in panegyrico ad Trajan.*

REZ-

REZZONICVS BONIS.

DEsiderius Erasmus, cum festivam Plauti sententiam usurparet:

Negocii sibi qui volet vim comparare
Navim & mulierem, haec duo comparato:

id seriò utique dicendum statuit de eo, qui in Plinii naturali historiâ restituendâ sibi laborandum proponat [a]. Quae Batavorum civis primùm excogitavit, Johannes Harduinus calamistris inurens, rem prodigio similem affirmat, cum opus eximium tot curis tractatum, minimam ad eum usque scribentem habuerit consummationem [b]. Vterque ad omne veritatis confinium susceptae a nobis provinciae magnitudinem optimè comprobat; cum non unicè multa pristinae luci reddenda curaverim; sed ea de utriusque Plinii patriâ, scriptis, atque interpretibus exhibeam, quae nemo uniter adhuc tentavit. Notissima est Comi, atque Veronae Vrbis nobilissimae de Senioris Plinii natali solo controversia. Haec nobis non minori studio, quàm septem Graeciae Oppidis de Homeri patriâ disceptantibus, pertractanda; quamvis non ignorem multis parum referre, an Orobiis potiùs, quàm Euganeis Plinius annumeretur. Non iis igitur scripta sint, quae ad propositam spectant quaestionem; uti nec illustri matronae tempus in similibus minimè impendendum hoc anno in Colurniensi villâ statuenti. Mihi interim Ptolemaei Philopatoris exemplum sequi liceat, qui Homero templum extruens, illum decorè sedentem collocavit: juxta verò simulacrum Civitates posuit, quae Vatum Principem sibi vindicabant [c]. Eâdem ratione popularibus suis incomparabile decus asserendum: cum ipsissimum Plinius inter Eruditos, quod Homerus in Poëtarum choro, occupet subsellium. Sperarem enim potiora in nostris, quàm in Apionis illius Grammatici voluminibus invenienda, qui postquam innumeros ediderat libros, Homeri patriam sibi Vmbris docentibus innotuisse, mentiri non erubuit. Fatemur recentiores quandoque in veterum nonnullorum origine inquirendâ sibi nimiùm indulsisse, cum incommodi hâc de causâ literatis evaserint. Verùm si longo in opere haud pauca a plerisque ignorata, neque huc usque in ordinem digesta invenient legentes: si non unicè de Pliniorum patriâ, sed quaecumque ad Misenensis Classis Praefectum spectant in primâ laboris parte: si tot tantaque restituta non quidem ex ingenio, sed ineluctabili ratione, & vetustis suffragantibus membranis gustabunt; fortasse eruditam, utilemque disputationem minimè aspernabuntur. Si plura chronicis reddita temporibus; Christianae Aerae, Imperatorum vitae, Consularibus, Vrbisque Conditae annis accedent: si geographicas, medicas, physicasque notiones suis tributas locis volutabunt; fortasse in praesentiarum integram naturalem historiam a milite castigandam desiderassent, cum fidei nostrae, diligentiaeque periculum unicè faciamus. Hermolaï Barbari, Ferdinandi Pintiani, aliorumque exemplum sequimur, qui castigationes suas a naturali

ANNOTATIONES.

[a] *In epist. ad Stanisl. Turzum Episc. Olmut.* [b] *In praefat. ad Plin.* [c] *Aelian. lib. XIII. 22.*

turali hiſtoriae corpore ſeparatim ediderunt. Vti has a ſubſequentibus typographis recuſas laudamus: eâdem methodo animadverſiones noſtrae (ubi non omnino inutiles evadant) Poſteri Naturalem hiſtoriam invulgantes publicabunt.

Quod ad rem noſtram ſpectat, illud primò monendum cenſeo, ex veritatis amore ſapientiſſimorum hominum, & viventium amicorum quandoque opiniones repudiaſſe; quâ de cauſsâ alios, & permultos nobiſcum decertaturos expecto. Neque id ſanè moleſtum erit, tum magis ſi contraria ſentientium foeturae ab iis reſipiſcere nos doceant, quae vel ab incuriâ, vel ex difficili rerum naturâ proceſſerunt. Velim tamen eâ ratione nobiſcum pugnarent, ſicuti nos fecimus cum prioribus. A cavillis enim quàm longè abhorrentes in eos tantùm ſtyli acumen digeſſimus, qui Plinium Romanorum ſcriptorum doctiſſimum malo, falſoque genio vexarunt; vel neceſſariae in rebus dubiis modeſtiae obliti, non oppoſita ſolvere argumenta, ſed injuriis cives noſtros opprimere geſtiebant.

Nollem ſecundò eas ob res argui, quae prudentibus levioris indaginis, ſciolis maximi ponderis videri poſſunt: exempli cauſsâ quòd omnia recentiorum nomina latiali reddiderim terminatione: iis etiam refragantibus, qui uſurpato a nobis idiomate ſcribentes, gentiliciam appellationem patriâ methodo invulgarunt. Hanc legem juvenis adhuc mihi impoſueram [a]; atque iterum ſex ab hinc annis tutatus ſum [b]. Barbarum, Sabellicum, Bembum, Scaligeros, alioſque latinae linguae reſtitutores ubique ſequar. Poſſem innumeros addere, pro quibus ſufficiet Patavini Lycei integrum Collegium, ubi neotericarum omnium familiarum nomina juxta meliores Romanorum canones effinguntur. Illorum igitur, quibus diverſa placuerunt, appellationes dum reddo, modicâ tantùm utor inflexione; unde omnes facilè intelligant, Popeblountium, Boerhaavium, Vaillantium, Monfoconium, Galeottum, Ambrogium, Lazerum eos eſſe, qui ſeſe latinè inſcribunt *Popeblount*, *Boerhaave*, *Vaillant*, *De Montfaucon*, *Galeotti*, *Ambrogi*, *Lazeri*. Deteriorem horum cauſſam facili argumentatione oſtendi poſſe confido, cum nomina ad Latinorum leges detorquenda: Romanis Grammaticis indeclinabilia reddiderint. Invenimus enim apud allatos (uti apud Graecos) in barbaris etiam appellationibus ſuam inverſionis legem (1). Hinc *Mago*, *Hannibal*, *Mithridates*: *Magonis*, *Hannibalis*, *Mithridatis* ex patrii caſus progreſſione reddebantur. Si igitur talem ſibi legem Romani impoſuerunt iis etiam in nominibus, quae cum Latinorum idiomate nihil communis habebant juris: quantò magis Romanorum exempla in ſecundis, tertiis, reliquiſque caſibus a recto profluentibus, ſequi aetate noſtrâ neceſſe eſt, cum Italorum, Gallorum, Hiſpanorumque appellationes, a corrupto, ut plurimùm, Latinorum idiomate deducantur? Fatemur utique, quòd in recentiorum nominibus latino more tornandis, debitâ incedendum ſit affinitate, unde gentilicia ſtatim a legentibus intelligantur. Neque enim eo-

rum

ANNOTATIONES.

(1) Matthaeus Comes Aegyptius vir politioribus literis excultus, cum de hâc quaeſtione a Franciſco Antonio a Simeonibus rogaretur: *dicam*, inquit (*c*), *quid ſentio. non magis barbara mihi videntur nomina Achmet*, *Muhamed*, *Iſſuph*, *Statemberg*, *Schomberg*, *Tallard*, *quam Annibal*, *Amilcar*, *Meherbal*, *Ambiorix*, *Vercingentorix. Quid ni igitur cum Romani ſermonis lumina parvo flexu haec latina fecerint*, *nobis non liceat Achmetem dicere*, *Statembergium*, *Tallardum? Erraverim ego potius cum Caeſare*, *Tullio*, *Salluſtio*, *Livio &c.*„ Sed Aegyptius cum optima afferret, cur amicum *De Simeonibus*, particulâ *De* a Latinis in gentiliciâ appellatione ignoratâ (*d*): cur *Van-Egmond a Nyemburg* (*e*): cur *Fagel*, (*f*), alioſque reprobatâ methodo nominavit?

[a] *De Suppoſit. Militarib. Stipend. Bened. Odeſcalchi pag. VIII.* [b] *Vide Parerga ad Muſar. Epinic. pag. 79.*
[c] *Opuſcul. pag. 219.* [d] *Conſule Muſar. Epinic. pag. 25. n. 2. & pag. 55. n. 1.* [e] *pag. 222.* [f] *pag. 223.*

rum imitanda eſt methodus, qui noſtratium nomina latinè reddentes ita detorquent, ut primigeniae converſionis veſtigia vix in Romanis laciniis inveniantur: quâ in re Thuanus (1) proavorum aetate, & noſtrâ Cauſeus (2) haud modicum peccaverunt. Horum tamen affectatio nobis minimè officiet, cum diversâ incedamus viâ; & ubi res ornari non recuſat (ut omnibus faciamus ſatis) vulgaria auctorum nomina in pagellarum coronide ſubjiciamus. E contrario novitii cenſores parum ſibi conſtant, dum in propriis appellationibus a Romanâ abhorrentes terminatione, non eodem pacto reliquos ſuae aetatis auctores appellaverunt. Quae monſtra igitur, ut Carteſium, Sirmondum, Coſſartium, Harduinum ſcribentes; ſubinde *De Buffiers*, *Geofroy*, *Lallemand*, &c. cunctis in caſibus recipiant? E contrario Simeonum dicas, vel Symeonium, Huetum, ſive Huetium: hujuſmodi eôdem pacto accipiant, cum nulla nos ratio urgeat, ut ſecundâ potiùs, quàm priori methodo vocitentur (ut ipſemet Huetius de proprio nomine adnotavit) & omnes ex paullulum diverſâ converſione eorum, ad quos provocamus, nomina, adhuc intelligant (3).

In ipſis verò auctorum appellationibus quantâ incedam diligentiâ, uſus ad eos relegandi, unde res accepi, ſatis oſtendet. Omnia enim per me ipſum collegi: ſed ne ſenſus turbaretur, elementaribus notis provocationes indicavi; eaſque omnes ad foliorum calcem rejeci. Annotationes inſuper operis corpori ſuppoſitas haud injucundae cognitionis judicavi, cum non protrita, ſed legentibus opportuniora deligere curaverim; quae ubi ex voto minimè ceſſerint, non ſcribentis deſidia, ſed mediocre ingenium accuſetur.

LIBRO I.

C. Plinii Secundi, & C. Plinii Caecilii Secundi tempora recenſentur. Sammonici Sereni apud Macrobium, Divorum Hieronymi, & Proſperi Aquitani circa haec error indigitatur; oſtenditurque, non aliâ ratione avunculum Plinium cum ſororis filio conflari, niſi eâ, quâ Naturalis hiſtoriae ſcriptor ad Trajani imperantis tempora deducitur. In eundem Hieronymi, ac Proſperi errorem inciderunt ſubſecuti chronici auctores: omnes enim Plinii Caecilii epiſtolas ignorarunt, ubi Vincentium Bellovacenſem, ac Divum Antoninum Florentiae Archiepiſcopum excipiamus; & tamen Bellovacenſis, qui perpaucas novit: Antoninus, qui ferè centum, laborem Magno Plinio adſcripſerunt. Mirandae hallucinationis ratio inde patet, quòd a primo uſque ad duodecimum CHRISTI ſeculum vix invenitur, qui juniorem Plinium ex epiſtolis noverit: unicus excipitur Apollinaris Sidonius diligens illius imitator, qui ſequentem Plinium, neque Philoſophum, neque Hiſtoricum appellat; imò nullum hiſtoricum opus ab eo ſcriptum teſtatur.

Quae in latino Euſebii Chronico occurrunt, & ad Divum Hieronymum augentem ſpectant; quaeve apud Divum Proſperum inveniuntur, probantur de avunculo Plinio dicta ex Anonymi cujuſdam volumine ultra CCCCL. ab hinc annis exarato; ibique auctor Hieronymum ſequi profitetur. Item ex hiſtoriarum *Imperia-*

ANNOTATIONES.

(1) Gallicè *De Thou*. Mirandum in docto utique viro, quòd non unicè ſuam paullò liberiùs, ſed aliorum appellationes ita intorqueat, ut a nemine quandoque agnoſcantur; & tamen *Papiam* pro Ticino (a), *Vigevanum* pro Viglebano, *Gajacium* Comitem pro Calatino, *Lomellinam Vallem* pro Lanmellinâ regione, barbaris dictionibus ſcriptitaverit.

(2) *De la Chauſſe*.

(3) Vellent nonnulli, quòd omnia gentilicia in IVS deſinerent. Ita plerumque Romana terminari oſtendemus libro ſecundo; aliqua tamen in VS abſolvi norunt Eruditi.

[a] *Hiſtor. ſui temporis*.

rialium (1) libris, quos Johannes Presbyter, Veronensis Ecclesiae *Mansionarius* vulgavit. Hic anno CIƆCCCXIII. unicum Plinium, Oratorem, Historicum *Syriae* (2) Provinciae rectorem agnoscens, Christianorum caussae apud Trajanum favisse incorruptâ orationis texturâ recensuit. Multum subinde post temporis duos distinguens Plinios, utrumque civibus suis adscribit in opusculo, cui titulum fecit: *Brevis annotatio de duobus Pliniis Veronensibus*, quae integra exhibetur ex Vaticanis codicibus 1952. & 1955. Lincolniensi, & Bodlejano invicem comparatis. Allatus Mansionarius primus fuit, qui Veronensibus Plinium dicavit. Andreas Dandulus, Petrarcha, aliique recentiores naturalis historiae scriptorem Veronensem quidem affirmant; nullis tamen argumentis sententiam fulcientes, & unicum, ut videtur, Plinium agnoscunt.

Xicconis Polentani, Nicolai Peroti, Jo. Antonii Panthei, Matthaei Rufi, Domitii Calderini lucubrationes Veronensibus faventes: atque e contrario Georgii Merulae, Tristani Calchi, & Hermolai Barbari propitiae Comensibus sententiae recensentur.

Raphaelis Regii pro Comensibus: Marini Becichemi pro Veronensibus concertatio; *Heliae* Capreoli rarissima pro Comensibus epistola: Nicolai Leoniceni, & Pandulphi Collenucii disceptationes; iterumque Raphaelis Regii adversus Johannem Calpurnium, & Becichemum defensio: Antonii Fabri Ferrariensis argumenta exponuntur.

Inedita quaedam Benedicti Jovii ad Nicolaum Castillionaeum, ad Matthaeum Gibertum Veronae Episcopum, atque ad Gabrielem Paravicinum invulgantur.

Andreae Alciati judicium adversus Matthaeum Rufum, Gabrielis Paravicini, Francisci Cigalini patris, & Paulli filii, Thomae Porcacchii, Basilii Paravicini opuscula recensentur; itemque Onuphrii Panvinii, caeterorumque Veronensium pro patriâ pugnantium usque ad Polycarpum Palermum; junguntur Arnaldi Pontaci, & Joseph Scaligeri dicta eis faventia.

Polycarpi Palermi de verâ Plinii patriâ, eâque Veronâ libri III. Johannis Polae sententia Palermo accedentis, Laelii Bisciolae inediti pro Comensibus labores; Gerardi Vossii, Jacobi Baunii, Sebastiani Tillemontii, Johannis Alberti Fabricii, Scipionis Maffej, Johannis Funcii argumenta, & Johannis Harduini circa Plinii patriam oscitationes proponuntur.

Volumen claudit Elenchus multorum, quo tum Veronensium, tum Novocomensium partes juvantur.

LIBRO II.

Sect. prima. Refellitur quidquid Pantheus, & Rufus de Secundorum familiâ statuerunt. Ratio praenominis, nominis, & cognominis apud Romanos exponitur.

Sect. secunda. Elogium perpenditur, quod a Plinio Secundo *Augure* Parentibus, sibique dicatum Pantheus, Rufus, Saraina, Alexander Benedictus, Curtius, Panvinius, Achilles Statius, aliique perperam affirmarunt. Probatur inscriptionem omnibus, quibus gentilicium nomen in INIVS desinat, adaptari.

Sect. tertia. Ex omissis Plinii dignitatibus, & praesertim ex Alae, & Misenensis Classis Praefecturâ minimè adnotatis, ostenditur monumentum Plinio indignum, quod ad VI. Virum Augustalem spectabat; ideoque ad modici census

ANNOTATIONES.

(1) Ita minùs latinâ voce appellantur quae *Imperatoriae* potiùs dici debuissent.
(2) Plinium Caecilium *Syriae* praepositum facit, cum Pontum, & Bithyniam Proconsulati potestate gubernasse constet.

ſus hominem. Ex notis T. F. I. iterum eruitur, hanc Plinii noſtri inſcriptionem non eſſe. Secundi cognomen minimè gentilicium probatur.

Sectione vltima mutilatum, & recens Plinio tributum elogium C. PLINII... VERONENSIS &c. Scipione Maffejo vel judice, ſpurium innuitur; idque omnes lapidariae cultores fateantur neceſſe eſt: ut mirum ſatis evadat Thomam Reineſium, & Nicolaum Funcium deridicula pro venerandae antiquitatis reliquiis accepiſſe.

LIBRO III.

Comenſium origo ex Plinio ſummatim exponitur, & in notiſſimâ de Johannis Annii figmentis diſputatione nunc primùm inquiritur, unde plura exagitatus auctor deſumpſerit. Initia Plinianae familiae indagantur; illamque ἀπὸ τοῦ πλύνειν ideſt *a lavando* minimè appellatam adverſus Perotum, & Glandorpium oſtenditur. Nonnulli in Graeciâ Plinii recenſentur; hujuſque Gentis antiqua omnia elogia, quae Comi, inque finitimis regionibus, tum etiam in Romano Orbe inventa ſunt, uniter proferuntur; & praeſertim genuinae reſtituitur lectioni C. Plinii Fauſti in Equeſtri Coloniâ Aedilis, Duumviri, & Flaminis inſigne monumentum: quod ad Comenſes ſpectare oſtendunt notae OVF. ad OVF*entinam* Tribum deducendae.

LIBRO IV.

Sectione Prima.

Exponuntur Tabulae Plinianae, in quibus Magno Plinio duce annus Vrb. Conditae IↃCLXXIII. ſtatuitur reſpondere XXVIII. legitimi Imperii Octaviani Auguſti, Conſulibus C. Julio Caeſare M. Agrippae, & Juliae filio, & L. Aemilio Paullo. Junguntur tempora Natalis Dominici, Romanorum Imperatorum Principatus; atque utriuſque Plinii ortus, & res geſtae in annos digeruntur. Prima haec Tabularum pars conquieſcit Anno Chriſtianae Aerae LXXIX. Vrbis Conditae IↃCCCXXXI. Titi Imperantis anno I., quo ſenior Plinius periit clade a Veſuvio Campaniae illatâ, aetatis ſuae LVI. Adduntur uſque ad hunc annum, quae ad juniorem Plinium ſpectant, & fuſiùs in ſecundâ Tabularum parte retractanda relinquuntur: ab anno nempe V. Cond. IↃCCCXIII. uſque ad annum IↃCCCLXXII. quo Conſul proceſſit L. Catilius ſequentis Plinii amicus (1).

Sectione Secvnda.

Subjiciuntur Veterum teſtimonia de ſeniore Plinio, nempe Fabii Quintiliani, Plinii Caecilii (2), Cornelii Taciti, Suetonii Tranquilli, Aul. Gellii, Sammonici Sereni, Macrobii Aurelii Theodoſii, Aurelii Symmachi, Servii Honorati, Junii Philargyrii, Chariſii, Diomedis, Priſciani, Martiani Capellae.

Sectione Tertia.

Exſcribuntur Chriſtianorum de eodem elogia: ſuntque Decii Magni Auſonii, Latini Chronici Euſebii Caeſarienſis Epiſcopi, Divorum Hieronymi, & Auguſtini, Miſſorum Theodoſii, Marcelli Burdigalenſis, Sancti Tironis Proſperi Aquitani, Apollinaris Sidonii, Divorum Gregorii Turonenſis, & Iſidori Hiſpalenſis Epiſcoporum, Bedae Venerabilis, atque Alcuini.

LI-

ANNOTATIONES.

(1) Secunda Tabularum pars, quae ad C. Plinium Caecilium pertinet, ante illius vitam exhibebitur.
(2) Horum omnium Scriptorum dicta perpetuis annotationibus illuſtrantur, & praeſertim Plinii Caecilii epiſtolae, ubi quamplura ex membranarum fide priſtino redduntur nitori.

LIBRO V.

C. Plinii Secundi Misenensis Classis Praefecti Vita, res gestae, & scripta chronico ordine referuntur. Hoc argumentum nemo adhuc tractavit, cum breviaria tantùm de Viro clarissimo, & quaedam satis incompacta habeamus. Huic libro praefigitur Plinii effigies ex Rezzonico Museo deducta, itemque in voluminis calce altera ab Andreae Theveti libris desumpta.

LIBRO VI.

De Titulo, ordine, & fide, quibus Plinius naturalem historiam vulgavit. Brevissima illius *Synopsis* recensetur; ostenditurque praefationem ad Titum, ut totius operis breviarium, & sequentia Auctorum nomina esse genuinum Plinii opus. Harduini inconstantia in Plinii prooemio, atque attexto elencho exponitur. De naturali historiâ judicium Hilli, & Bellogradi reprobatur. Coelius Calcagninus, Jacobus Zeiglerus, Johannes Laetius (1), & Salmasius ineptas capitum sectiones in secundo, & reliquis naturalis historiae libris agnoverant. Laetius etiam de illis tollendis cogitaverat; sed facti gloriam Harduino reliquit. Plurium codicum auctoritate ostenditur indocta capitum divisio, & praesertim ex Lucensi Caroli Magni aetate exarato, unde corruit Leonis Allatii sententia, quòd Plinianae historiae libri in capita secti sint. Idem ostenditur ex Aulli Gellii, & ipsiusmet Plinii auctoritate; atque ex operis praefatione, a quâ primum incipit volumen.

Occurritur Harduino, qui Romam Pomponiae, & Pliniae Gentis patriam affirmat; & Plinium, Pomponiumque sororum filios incautè statuit. Pomponium Secundum utique Romanum, sed nunquam Plinii affinem ostendimus: Plinio demum minutam Comi, ejusque agri cognitionem adfuisse innuitur. Adversus Scipionem Maffejum probatur *concivis* dictionem idoneis scriptoribus ignotam fuisse.

Quaedam attinguntur ad Plinianum indicem spectantia.

LIBRO VII.

Nonnulli naturalis historiae cavillatores refelluntur, & singulatim Aul. Gellius, quique Gellio accedit Antonius Vallisnerius, Nicolaus Leonicenus, Claudius Verderius, Joseph Scaliger, Angelus Bargaeus, Vincentius Burghinus, Ludovicus Cerdius (2), Georgius Agricola, Petrus Matthiolus, Bonaventura Angelus, Baco Verulamius, Salmasius, Secundus Lancellottus, Hieronymus Cardanus, Julius Caesar Recupitus, Nicolaus Bolaeus (3), Joseph Querus, &c. Plinium Graecae linguae peritissimum, summum historicum naturalem, rei herbariae diligentissimum, rerum Romanarum scientissimum, Physices arcanorum optimum scrutatorem plurima, & maximè curiosa apud eum explicata ostendunt.

Comparatio, & judicium Pliniani styli ad Senecarum opera minùs rectum. Rejicitur Politianus, & Franciscus Sanctius, Johannes Boeclerus, Nicolaus Funcius.

Corollarii loco adduntur duo Pliniorum Elogia publici juris hoc anno facta ab illustri Benedicto Passionaeo.


LIBRO VIII.

Plinii ad Titum epistola ex plusquam XXV. pennâ exaratis codicibus emendatur. Praefationi Italica aemulatio adnectitur tanquam specimen iis, qui vertendae Naturali historiae animum velint adjicere. Restitutionibus, rebusque scitu dignis amplissimae subnectuntur annotationes.

DIS-

ANNOTATIONES.

(1) *De Laet.* (2) *De la Cerda.* (3) *Nicolas Boileau Despreaux.*



DISQVISITIONVM PLINIANARVM

LIBER PRIMVS

PRimo aerae Christianae seculo plures inter celebrati nominis scriptores uterque Plinius recensetur; quorum senior *C. Plinius Secundus* Tiberio imperante natus, jam pluribus editis voluminibus Neronis principatu illustris habebatur. Hic immortalem sibi famam ex vulgatâ naturali historiâ (quae unicè ex tantis ingeniosissimi Viri monimentis superest) anno Vespasiani imperantis IX. comparavit; brevi postmodum, nempe anno Titi Augusti I., Vrbis Conditae IↃCCCXXXI., reparati Terrarum Orbis LXXIX. periit clade a Vesuvio Campaniae illatâ; quo tempore Misenensis Classis Praefectus illam praesens Imperio regebat.

Junior alter Plinius ex L. Caecilio, & senioris Plinii sorore natus; ideoque gentilicio Familiae nomine *Caecilius* primùm dictus : ab avunculo subinde adoptionis jure in filium, Pliniamque gentem adscitus, *Caj Plinii Caecilii Secundi* appellationes gestavit. Hic sub Nerone mortalem lucem vidit; Flavio Vespasiano regnante annum XIV. agens graecam tragoediam composuit; & Domitiano postmodum Romanum Orbem opprimente, disertus caussarum patronus, clarior subinde Nervâ, & clarissimus Trajano imperante innotuit. Avunculus juniorem doctrinâ; junior avunculum dignitatibus superavit; quamvis & ipse emunctae naris, probataeque mentis auctoribus annumeretur.

Decem epistolarum libri, & Panegyricus,(1) quo Consul suffectus Trajano gratias agit, acerrimi judicii, florentis ingenii, atque in plerisque scientiarum versatum ostendunt; unde per summum nefas e doctorum albo expungitur a Cardano;(2) alia insuper edidit Plinius Caecilius, quae saevo temporis morsu inter-

ANNOTATIONES.

(1) Gratiarum actionem potiùs quàm Panegyricum dicere malunt Th. Marcilius, & Gerardus Vossius: hanc epigraphen utique reciperem, ubi vetusti exemplaris testimonio firmaretur.

(2) Malè de utriusque Plinii sapientiâ opinatus est Cardanus; junioremque praeter humanas literas nihil scisse affirmavit; quâ in re Vir caeteroquin doctus, sese irridendum (non minùs quàm in hominum genituris) eruditorum choro exhibuit; neque enim novum est Cardanum aliquando optima contemnere, aliquando deridicula extollere. Falsè igi-

ciderunt. Quâ demum tempeſtate ad plures tranſierit, incompertum. Quidquid enim uſque ad Antoninum Pium imperantem Arnaldus Pontacus (*a*); aliique ineptiùs Chriſtianum, (1) pro Chriſto paſſum: illique demum extremo vitae ſacrificio verae Religionis teſtimonium praebuiſſe mordicus praedicaverint (*b*); nihilo tamen minus, quamvis verus mortis annus nos lateat, Trajani imperium exceſſiſſe minimè videtur; cum hoc Caeſare quoque regnante Plinii Vitae tempora nos fugiant; (*c*) neque ex illius epiſtolis, neque ex veterum teſtimoniis ullum appareat indicium, unde Trajani aevum ſuperaſſe conjiciamus.

Vnum ex utroque Plinio conflarunt Viri caeteroquin eruditi Sammonicus Serenus, atque Macrobius (*d*), quòd de Sammonico mirum magis evadit, cum parum a Plinii Caecilii aetate diſtiterit. (2) In eundem Macrobii errorem inciderunt Divi Hieronymus (*e*), & Proſper Aquitanus (*f*), ut ineluctabilibus argumentis in operis corpore oſtendemus. Simili quoque hallucinatione deceptos fuiſſe Tertullianum, Oroſium, Caſſiodorum, Bedam, Marianum Scotum, Hermannum Contractum, Romualdum II. Archiepiſcopum Salernitanum, Vincentium Bellovacenſem, Divum Antoninum Florentiae Archiepiſcopum, (3) Martinum Polonum, Enghelaſium, Vernerum Rolewinchum, Andream Thevetum, alioſque liquet conjicere; eâ tamen ratione, ut ipſiſſimo Sammonici lapſu naturalis hiſtoriae ſcriptorem ad Trajani uſque imperium perveniſſe crediderint.

Quamvis enim de Chriſtianis, & Plinio relata ex temporum ſupputatione, (4) aliiſque indubiis argumentationibus juniori ſint adſcribenda; nihilo tamen minus cum epiſtolarum volumina Hieronymus, & Proſper, aliique ignoraverint: quae ab auctore noſſe debuerant, ab Euſebio Pamphilo, & Tertulliani apologetico mutuarunt; & dum Plinii modò inſignis hiſtorici, modò Philoſophi nomine adjecto memoriam ingerunt, ad ſeniorem, quem unicè ex operibus noverant, unicè pariter reſpexerunt. Id de Tertulliano quoque dicendum videtur, qui tanta ſuppreſſo nomine e naturalis hiſtoriae libris mutuavit.

Manifeſta inſignis adeò hallucinationis ratio inde conſtare debet, quòd a II. Chri-

ANNOTATIONES.

igitur utriuſque Plinii opera deprimit; uti immeritò Mundini anatomen laudavit, quòd indignum Georgio Baglivio evaſit.

(1) Videtur, quòd in hac ſententiâ fuerit indoctus quidam amanuenſis, qui XIV. ſeculo Plinii junioris epiſtolas in pergameno codice exſcripſit. Exemplar ſervatur in ſecretiori Eſcorialenſi bibliothecâ, & non uno loco hiſce in diſquiſitionibus memorabitur. Ad Epiſtolarum calcem legimus: „ Plinii Secundi Epiſtolarum liber nonus, & ultimus explicit feliciter cujus ſpiritus in pace requieſcat Amen. „ Hiſpanus quidam non inſcitè addidit: *En el infierno no eſtarà muy en paz.*

Ex Ambroſiano Plinii Caecilii elogio, ubi notae apparent T. F. I. nempe *Teſtamento Fieri Iuſſit* illum toto vitae ſuae curriculo, non Chriſtianorum, ſed falſis Ethnicorum perſuaſionibus adhaeſiſſe compertum habemus.

(2) Sammonicus Serenus, a quo Macrobius in errorem adductus, neque centum annis a juniore Plinio disjungitur. Hunc Antoninus Caracalla coenantem juſſit occidi; & qui avunculum, & juniorem Plinium confundit, & ipſe a multis cum Sammonico filio conflatur; & praeſertim a Lilio Giraldo, Conrado Geſnero, Hermanno Conringio, Wolfango Juſto, Petro Caſtellano, Antonio Riccobono &c.

(3) Omnes allati Auctores Plinii Caecilii epiſtolas ignorarunt. Vincentius, atque Antoninus nonnullas adducunt; ſed primus perpaucas novit, Antoninus ferè centum: quamvis triplo, & aliquibus adhuc hunc numerum excedant. Vterque has epiſtolas ad naturalis hiſtoriae conditorem retulit. Thevetus (*g*) non omnium poſtremus apud Gallos, Plinium naturalis hiſtoriae ſcriptorem ad Trajani tempora deducens, illi junioris acta attribuit: quòd mirandum, cum abjecto Franciſcanorum cucullo, XVI. ſeculo Thevetus apud ſuos illuſtris haberetur; atque ad plures anno Aerae Chriſtianae 1590. tranſierit. Magis mirabuntur Argenvillaei naturalem hiſtoriam intrantes, qui paucis ab hinc annis Plinium I. Chr. ſeculo, Trajanoque imperante vixiſſe ſcribit hiſt. natur. pag. 4. Verùm Trajani nomen loco Titi, vel calami, vel typographi vitio irrepſiſſe ſuſpicari de tam docto viro utique licebit.

(4) Ad juniorem Plinium quae de Chriſtianis in latino Euſebii codice legimus procul dubio ſpectare, ipſiuſmet Plinii, & Trajani Epiſtolae oſtendunt; quo tamen teſtimonio Chronici ſcriptores minimè utuntur; quidquid oppoſitum innuere videatur Jo: Savaro, quâ de re infra.

[a] *in Chron. Euſeb.* [b] *Petr. Natal. Catal. Sanctor. lib. VIII. cap. 108. Franc. Bivarius in comment. ad Flav. Dextr. Chronic. Johann. Bonanom. Vit. Plin. junior. libr. V. pag. 449. Prim. Aloyſ. Tattus Annal. Sacr. Dec. I. pag. 60. & ſeq.*
[c] *Maſſon. Vit. Plin. Caec. pag. 176. edit. 1709.* [d] *Saturnal. l. II. 12.* [e] *Vid. latin. Euſebii Chronic. ad annum Chriſ. 112. Trajan. Imp. 12.* [f] *Vid. Proſperi Chronic. integr. tom. XI. Theſ. Jo: Georg. Graevii pag. 289.*
[g] *Tom. VIII. pag. 139. & ſeq.*

Christi usque ad XII. seculum vix reperitur, qui juniorem Plinium ex epistolis noverit. Vnicum enim invenio C. Sollium Apollinarem Sidonium, diligentem Plinii Caecilii imitatorem, qui illius cum dignitate meminerit.(1) Hic sanè juniorem Plinium neque philosophum, neque insignem historicum appellat, imò nullum ab illo historicum opus conscriptum fuisse aperto satis innuit testimonio; (*a*) & Plinium, quem sequitur, ab avunculo ritè separavit. (*b*) Caeteri verò Chronicorum scriptores, ac Divi Hieronymus in primis, & Prosper ex harum epistolarum praesertim ignoratione (post Sammonicum Serenum, & Macrobium) ad Trajani usque tempora superiorem Plinium deduxerunt.

Hujusmodi, quae libro disquisitionum XV. fusius ostendemus, sufficiat in praesentiarum uno, vel altero exemplo comprobasse. Maximum pergamenum codicem servat insignis Neapolitana Bibliotheca S. Johannis ad Carbonariam, qui titulum praesefert: *Cronica Eusebii, Jeronimi,* (2) *& aliorum sacrorum patrum plurium* LXV., *& sanctae romanae Ecclesiae in multis verbis, & dicuntur Cronicae Cronicarum, secundum catalogum temporum serie, ordine, vel ubi descripta tempora continent.*

Codex circa annum 1308. fuit descriptus, ideoque ante motam de Plinii patriâ quaestionem. Hunc dum anno 1758. evolverem, me verissima protulisse novi, quando affirmabam de naturalis historiae scriptore loqui chronicos auctores, ubi Plinium Novocomensem, Oratorem, & Historicum insignem appellant.

In laudato siquidem exemplari legimus: *Plinius Secundus Novocomensis Orator, & Historicus insignis habetur, cujus plurima ingenii extant opera. Hic scripsit de historia naturali libros* XXXVII. *quos Vespasiano cum praemissa epistola direxit. Scripsit epistolas morales plurimas.*

Quare si novus Chronicorum compilator plures detegens junioris Plinii epistolas avunculo illas adjudicavit; de avunculo Hieronymum, Prosperum, caeterosque unicè loqui fatendum erit, tum magis, quòd allatas adoptivi filii epistolas ignoraverint.

Secundum mirandae hujus confusionis exemplar e Vallicelliano codice desumemus, quem summâ humanitate Joseph Blanchinius Vir eruditissimus eodem anno mihi Romae consulendum exhibuit, titulumque praesefert.

Joannis Presbyteri Mansionarii Ecclesiae Veronensis (3) *Historiarum Imperialium liber* *scrip-*

ANNOTATIONES.

(1) Apollinari Sidonio addendi videntur Charisius illustris Grammaticus, & Ausonius Consularis Poëta. Primus enim, qui avunculi Plinii auctoritatem persaepè adducit, junioris quoque hisce verbis meminit (*c*): *Facilioreis Caecilius inquit Plinius, idem, & Sanctioreis ait.* Decius Magnus Ausonius, qui duobus post Hieronymum lustris e vitâ migravit, utrumque ex operibus novisse conjicio. Naturalis enim auctoritatem historiae, & verba ob oculos habuit, indigitatque in Epigrammate „ Quae sexum mutarint „; junioris verò locum innuere putamus in nuptialis centonis fine ad Paullinum, dum *adesto mihi*, inquit, *adversum eos, qui, ut Juvenalis ait*, Curios simulant, & Bacchanalia vivunt: *ne fortasse mores meos spectes de Carmine* lasciva est nobis pagina proba, *ut Plinius dicit. Meminerint autem quippe eruditi probatissimo Viro Plinio in poëmatis lasciviam, in moribus constitisse censuram.* Quamvis enim allata in epistolarum voluminibus minimè inveniantur: Ausonius versiculum a deperdito Plinii Caecilii carminum libro excerpsit; nam juniorem Poëtam fuisse, & obscoenis hisce salibus delectatum utique patet. Avunculum verò Plinium neque carminibus, neque hujusmodi nugis operam dedisse constat; cum igitur Ausonius hunc Plinium Poëtam, probatissimum fuisse virum testetur, scribentis mores ex illius epistolis dignovisse fatendum videtur.

(2) Sic scriptum est.

(3) Allati Johannis Mansionarii notitia occurrit apud Guilielmum Pastregium ejusdem seculi scriptorem; fuitque Francisci Petrarchae amicus, annis tamen longè major, cum Johannes Auctor anno 1313. appareat; tumque Petrarcha nonum aetatis suae numeraret. Johannem Mansionarium, qui de Plinii patriâ disputavit, alterum ab allato conjicit Illustris Marchio Maffejus (*d*), & seculo XV. viventem describit. Vnicum fuisse potiùs dicendum videtur, cum proferenda Johannis Mansionarii de duobus Pliniis adnotatio, XIV. seculi voluminibus inoculata appareat; unde anno 1313. unicum Plinium, subsequentibus duos agnovisse colligamus. Guilielmus Pastregius Veronensis Plinium patriae suae attribuens illum a sororis filio separavit; Petrarcha Veronensem quidem facit, sed unicum videtur agnovisse, cum nusquam, etiam ubi locus exposcebat, Plinii Caecilii meminerit. Vide harum disquisit. librum decimum tertium. Notandum tamen ex Mansionarii verbis apparere Plinium in plerisque Codicibus Novocomensem inscribi, cum illum natione Veronensem unicè dicat, eo quia tali nomine in quadam historiâ recensebatur.

[a] *Lib. IV. epistol. 22. ad Leonem pag. 227. ex Savaronis recension.* [b] *Eodem lib. epistol. 3. ad Claudian.*
[c] *Lib. I. pag. 105.* [d] *Veron. Illustr. par. II. lib. III. col. 130.*

ſcriptus anno Domini 1313. *tempore Henrici* IV. *Imperatoris, ut ipſe teſtatur in vita Floriani.*

Ejuſdem liber de geſtis Pontificum Romanorum, qui a ſexta aetate, nempè ab adventu Chriſti ſumens exordium fucum fecit nonnullis, ut opus adſcriberent Bedae Presbytero, qui de ſex aetatibus Mundi libellum compoſuit.

In Veſpaſiani, ac Titi Impp. vitis, quamvis Campaniae cladem attingat, nihil de Plinio; nihilque pariter, ubi Viros illuſtres primo Chriſti ſeculo florentes recenſet; ſed unicè ubi Trajani regnum deſcribit, de Plinio addidit.

Eo tempore Plinius Orator & Iſtoricus natione Veronenſis, ut in quadam Yſtoria legitur, floruit, qui Plinius Secundus cum provinciam Syriam regeret mitigavit Imperatorem erga Chriſtianos.

Hic igitur Johannes Manſionarius Veronenſis notiones in latino Euſebii codice duplici loco ingeſtas in unum redigens, Plinii patriam quidem immutat, ſuaeque illum gaudet adſcribere; verùm hoc loco unicum noviſſe ſatis indigitat: quamvis ſubinde altero in opuſculo utrumque ſeparaverit, & ineptiſſimâ argumentatione Veronenſibus tribuerit.

Omnium igitur primus, quòd ſciam, Johannes hic Veronenſis Plinium hiſtoricum, Patriae ſuae adſcripſit, ipſumque etiam ſororis filium ex operibus (temporis tractu) dignoſcens Veronenſem affirmavit.

Cujus Patriae fuerit junior Plinius omnibus, rejectâ Manſionarii opinione, conſtat; ſeipſum enim Comenſem, & longâ inſuper majorum ſerie inde ortum profitetur. (1) De avunculi autem natali ſolo Cives mei, & Veronenſes adhuc diſceptant.

Novocomenſes non tantùm Suetonii Tranquilli, & vetuſtiorum codicum teſtimonio, ſed ex pluribus Plinii Caecilii locis, naturalis hiſtoriae ſcriptorem eandem cum adoptivo filio patriam ſortitum contendunt. Quamvis enim incongruam temporum luxationem in latino Euſebii chronico adeſſe fatendum ſit; nihilo tamen minus, cum nullam junioris Plinii operum notitiam Divus Hieronymus habuerit; & ſaepiſſimè ad naturalem hiſtoriam provocet; hunc Plinium (quem & Veſuvii incendio periiſſe innuit) nobis adſcribit, cum illum Novocomenſem fuiſſe teſtatur.

Veronenſes e contrario, cum in ipſo naturalis hiſtoriae exordio Plinius Catullum ſibi *conterraneum* appellaverit, & doctus ille Poëta, Veronenſis dubio procul extiterit: ejuſdem Vrbis alumnos C. Plinium, & Valerium Catullum fuiſſe affirmant. Quae verò ex Suetonio Tranquillo a nobis afferuntur, ſuppoſititia eſſe, inque penſitando etiam Pliniano elogio patriae nomen deſiderari aſſeverantes; parum momenti in allatis ex juniore Plinio ad avunculum Novocomenſem oſtendendum ineſſe judicant; municipibuſq; noſtris toto adhuc molimine refragantur.

Cum igitur tam longae quaeſtionis viſcera pervadere, & quae in utramque partem diſputantur librare vellem: vetuſtiores naturalis hiſtoriae codices, quibus Suetonii teſtimonium praefigitur, conſulere; deinde naturalem hiſtoriam attentis oculis luſtrare decrevi. Omnium primus in manus noſtras venit membranaceus Plinii codex a Guarino Veronenſi emendatus Ferrariae anno Domini 1433., qui

in

ANNOTATIONES.

(1) *Attuli tibi ex PATRIA MEA pro munuſculo quaeſtionem* (a) *navigabam per Larium noſtrum — Amicus oſtendit — cubiculum — ex hoc inquit aliquando municeps noſtra cum marito ſe praecipitavit.* (b) *Rurſus vaces ſermoni quem apud municipes meos habui bibliothecam dedicaturus — cogimur de munificentiâ parentum noſtrorum, tum de noſtrâ diſputare* (c) *&c.*

[a] *Lib. IV.* 30. [b] *Lib. VI.* 24. [c] *Lib.* 1. 8.

in Ambrosianâ asservatur bibliothecâ. Cum ibi Plinium Novocomensem a Veronensi viro (prout illa aetas ferebat) doctissimo, & antiquario affirmari adnotassem; & in Suetonii memorato elogio *Plinius Secundus Novocomensis equestribus militiis industriè functus* diceretur; dubitare coepi, quòd immeritò fortassis allata Suetonio foetura adimeretur. Hinc cum omnes mihi notos per Italiam naturalis historiae codices, & alia Vindobonae, & Lutetiae Parisiorum, in Galliis, Hispaniisque extantia exemplaria vel per me ipsum, vel amicorum ope evolvenda curassem: sublestam Johannis Harduini fidem miratus sum, non tantùm ex eo, quòd suum Suetonio opus ademerit; sed quòd patriae nomen in melioribus codicibus desiderari affirmet, cum in notis Harduino, ignotisque pennâ conscriptis voluminibus (ubi hujusmodi Plinii Vita *e Catalogo Virorum illustrium Tranquilli* desumpta visitur) naturalis historiae auctor Novocomensibus (1) tribuatur.

Hujusmodi non ad senioris Plinii patriam unicè inquirendam, sed ad avunculi, & sororis filii vitam, res gestas, historiam, librosque illustrandos me postmodum impulerunt. Vtriusque enim Plinii, & senioris praecipuè, apud eruditum quemcumque tanta est auctoritas, (*a*) ut laborem omnem, qui ad illos pertineat literato Orbi gratissimum judicemus. Hinc multiplices amanuensium errores, non quidem ingenio fisi, sed vetustiorum codicum praesidio sanare curavimus; & *conterranei* etiam vocabulum, (2) de quo tota orta est controversia, minus aptè in naturalis historiae exordio appositum; imò contra ipsius Plinii mentem (reclamante verborum, & sensus texturâ) invectum, ostendere confido. Neque enim id partium studio, vel quòd aliqua nos urgeret difficultas in *conterranei* voce explanandâ, suscipiendum duxi: cum Hermolao Barbaro, Antonio Fabro, Ferdinando Pintiano, Eliâ Vineto, Hadriano Turnebo, Jacobo Mazzonio, aliisque doctissimis Viris praemonstrantibus non ignorarem a Novocomensi Plinio Catullum Veronensem conterraneum suum appellari potuisse: gratis, & elumbi siquidem argumentatione asseritur conterraneos illos esse, qui ejusdem Territorii, vel Civitatis alumni sunt; quasi non ipsissimâ ratione latissimae provinciae homines *conterraneos* dicere vetaremur.

Ex vocabuli novitate, cum hunc locum in tam puro scriptore depravatum dubitarem, conceptam medicinae spem calamo exarati codices minimè fefellerunt; idque in novâ Plinianae praefationis lectione, quam italicâ aemulatione illustratam exhibemus, Deo juvante, constabit.

Quae verò ad Plinii patriam ostendendam multiplices occurrunt quaestiones; conterranei vocabulum, genuina Hieronymi in Eusebii chronico verba, Suetonianum elogium, & similia; post senioris Plinii vitam, & naturalis historiae restituta loca, post codices, post editiones, interpretes, & praefationis enarrationem, ad trutinam revocamus; ne quaestionis viscera gordianis quasi nodis involutae in ipso operis exordio pervadere cogeremur.

Vnicè tamen his in prolegomenis nonnulla attingemus, quae ad disputationis po-

ANNOTATIONES.

(1) In paucis exemplaribus *Novocomensis* dictio vitiatur; quae tamen exactè in plerisque legitur; & ubi vox ipsa corrumpitur, adsunt verae scriptionis indicia.

(2) Minùs rectè in Plinii praefatione *Conterranei* vocabulum irrepsisse jamdiu dubitavi: (*b*) Attamen cum nullum tum temporis nactus essem exemplar, ubi *congerraneum*, sive *concerraneum* legeretur, veterem lectionem immutare nolui, quòd nunc Pertusatino, aliisque codicibus suffragantibus agendum esse coniicio. Vbi suo loco afferenda minimè arrideant, ad XV. harum Disquisitionum volumen provocent Eruditi; ibique omnigenas *Conterranei* dictionis invenient explanationes.

[a] *Angel. Politian. in epistol. ad Nicolaum Leonicen. lib. II. epist. 6. Hermol. Barbar. in epistolâ ad Jo: Picum Mirand. Comitem, Astruc. Histor. natural. Par. I. cap. IV. pag. 39.* [b] *Vide Orat. in funere P. Joseph Mar. Stampae pag. 7.*

potiùs hiſtoriam, quàm ad argumentorum vim ſpectant, unde omnes facili negocio res in operis corpore pertractatas aſſequantur.

Id igitur primo loco animadvertendum eſt, neminem ex antiquis ſeniorem Plinium Veronenſibus adſcripſiſſe; imò ii omnes, qui avunculi Plinii patriam adnotarunt, Comenſem teſtantur; ſive illum cum ſororis filio conflatum ad Trajani imperium uſque deducant, ſive naturalis hiſtoriae ſcriptoris unicè, debitiſque ejus vitae temporibus meminerint.

Nullam igitur de natali ſolo quaeſtionem invenio, antequam memoratus Johannes Veronenſis Eccleſiae Manſionarius utrumque Plinium veterum errore confundens illum omnium primus patriae ſuae dicavit; ac ſubinde novis auctus notionibus avunculum a ſororis filio diſtinguens pugnantia adeò de Patriâ, cognominibus, officiiſque vulgavit, ut fabellas undique concinnaſſe potiùs, quàm vera poſteris tradidiſſe appareat. Nonnullis tum ſenioris, tum junioris Plinii codicibus Johannis Manſionarii deliramenta praefiguntur, quae a Lincolnienſi, (1) Bodlejano, & Vaticanis (2) exemplaribus deſumpta hujuſmodi ſunt.

„ Brevis adnotatio (3) de duobus Pliniis Veronenſibus Oratoribus ex multis hinc „ (4) inde collecta per Joannem Manſionarium Veronenſem.

„ Plinii duo fuiſſe noſcuntur eodem nomine & praenominibus appellati, hoc „ titulo: *Cajus Plinius Secundus Veronenſis Orator*. In priori Plinio hoc nomen Se- „ cundus denotat praenominationem, in altero verò innuit ordinem numeri, ut „ ſit a primo ſecundus. Junior Plinius titulum habet talem: *Caji Plinii Secundi* „ *Oratoris Veronenſis*, *novocomenſis* quod (5) videlicet praenomen novocomenſis po- „ tius quam gentile inſinuare videtur, quod novus habitator Comenſis fuerit, & „ praecipuè juxta lacum larium, qui Cumanus dicitur, (6) ubi fundos ampliſſimos „ habuit, ut colligitur ejuſdem Plinii minoris epiſtola ultima quarti libri ad Su- „ ram. Quod autem fuerit Veronen. ponit libri ſexti epiſtola ultima ad Maximum. „ Major Plinius Veronenſem fuiſſe oſtendit in principio prohoemii librorum natu- „ ralis hiſtoriae ubi introducens exemplum Valerii Catulli Poëtae Veronenſis „ eum conterraneum ſuum vocat ſcribens ad Veſpaſianum Auguſtum. Fuerunt „ ambo Plinii magni Philoſophi, & ſummi oratores, ac hiſtorici, nobiliſſimo ge- „ nere orti Equites Romani, & Senatores, & ad omnia dignitatum officia me- „ ritis exigentibus promoti.

„ Prior Plinius fuit Avunculus Junioris, & ille ex ſorore nepos, ut teſtatur „ ipſe Junior libro tertio Epiſtolarum epiſtola quinta ad Marcum ubi de primo „ Pli-

ANNOTATIONES.

(1) Gerardus Johannes Voſſius in Collegii Lincolnienſis bibliothecâ Plinii Caecilii epiſtolarum codicem adeſſe teſtatur, (a), ubi Manſionarii adnotatio cum hac epigraphe legitur. *Brevis animadverſio de duobus Pliniis Veronenſibus Oratoribus ex multis hinc inde collecta per Joannem Manſionarium Veronenſem*.

(2) Quam excribimus adnotationem invenies in codice membranacco Vaticano, qui olim ad Nicolaum Perotum Archiepiſcopum Sipontinum ſpectavit, & integram naturalem hiſtoriam complectitur. Codex numero 1952. ſignatur, & Manſionarii verba ſecundo folio praefiguntur. Canetus doctus Monachus illius notionem Scipioni Maffejo ſuppeditavit. Quae inoculata exiſtit altero chartaceo Vaticano codici numero 1955. ab hac ſatis diſtat, ut paullo infra conſtabit. Primae convenit, quae Plinii junioris epiſtolis praefigitur, extatque in recondità Eſcorialenſi Bibliothecâ: unicè in eo differt, quòd auctoris nomen minimè praefert, & titulum apponit: „ Breve judicium ad diſcretionem duorum „ Pliniorum ſecundorum, & primo de Majore Avunculo. „

(3) Ita Codex Lincolnienſis, uti ex integro Manſionarii labore per Thomam Hearnium (*Hearne*) vulgato; in codice Bodlejano titulus deſideratur. Quà igitur ratione Voſſius legit *Animadverſio?* Codices Vaticani habent *Adnotatio*.

(4) Codex Vaticanus 1952. *hinc collecta*, atque ita pariter Cartaceus 1955.

(5) Paullo differt Codex Bodlejanus, cujus, & Lincolnienſis diverſas lectiones omnes habes apud Hearnium. In hoc ultimo deſiderantur voces *quod videlicet praenomen novocomenſis potius quam gentile inſinuare videtur*: legendae tamen ſunt Bodlejani, & Romanorum auctoritate, quamvis Manſionarii nugae nugarum appellandae.

(6) Barbaro vocabulo, de quo vide Joſephum Stampam in annotationibus ad Poëtam Anonymum, qui ſeſquipedalibus, imò gothicis verſibus patriae excidium cecinit, initiumque fecit. — *Bellum quod geſſit populus cum gente ſuperba Olim Cumanus &c.* (b)

[a] *De Hiſt. latin. l. I.* [b] *Rer. Ital. Script. Tom. V. pag.* 401.

„ Plinio ſic refert *Pergratum eſt mihi quod tam diligenter libros Avunculi mei lectitas,*
„ *ut habere omnes velis, quaeraſque qui ſint omnes: fungar judicis* (1) *partibus, atque etiam*
„ *quo ſint ordine ſcripti notum tibi faciam eſt enim hoc* (2) *quoque ſtudioſis non injucunda*
„ *cognitio*. Scripſit autem Plinius major, ut breviter ex praefata epiſtola colligi-
„ tur *de jaculatione equeſtri librum unum, de vita Pomponii Secundi libros duos: bellorum*
„ *Germaniae factorum* (3) libros XX. in arte rhetorica *de inſtitutione* Oratoris libros
„ VI. *dubii ſermonis libros octo*. (4) Tempore Neronis Imperatoris Hiſtoriarum a fi-
„ ne Aufidii Baſſi libros XXXI. naturalis hiſtoriae libros XXXVII. & multa alia
„ quae non habentur: de hoc refert Suetonius Tranquillus quod valde miratur
„ virum militaribus officiis deditum tanta componere potuiſſe (5) etiam ratione
„ vitae; nam ut dicit idem Suetonius in libro de Viris illuſtribus *dum idem Pli-*
„ *nius legiones in Siciliam duceret, eruptione favillarum ab Aetna erutantium praefocatus*
„ *interiit anno vitae ſuae quinquageſimo ſexto, & in Sicilia tumulatur* cui conſonat Pli-
„ nius Nepos ejus in praefata epiſtola ad Marcum dicens. *Miraberis quod tot volu-*
„ *mina, multaque in his ſcrupuloſa, homo occupatus abſolverit. Magis miraberis ſi ſcieris*
„ *illum aliquandiu dictaſſe*. (6) *& deceſſiſſe anno ſexto, & quinquageſimo*. De morte ve-
„ rò ipſius quia praeſens erat junior Plinius ſcribit pleniſſimè ad Cornelium Ta-
„ citum libri VI. epiſtolarum epiſtola XVI.

„ Plinius junior majoris Plinii ex ſorore Nepos, ſic bonarum virtutum ſtu-
„ diis eſt avunculum imitatus, ut eſſet idem numero, ſi non poſſet in altero.
„ Nam & iſte per omnia officia Romanae Vrbis eſt promotus. Conſul fuit. De-
„ inde Africae Proconſul, & poſtmodum Praeſes Hiſpaniarum. Hic ut ſcribunt
„ Hieronymus, Beda & Vincentius, Hugo, & alii in Chronicis & Euſebius Cae-
„ ſarienſis libro III. Eccleſiaſticae Hiſtoriae, dum Praeſes eſſet Hiſpaniarum vi-
„ dens Chriſtianos ſine cauſa crudeliter interfici, ſcripſit Imperatori Trajano, ut
„ perſecutionem cohibere dignaretur; eo quod nihil contra Romanas agerent le-
„ ges. *Hoc ſolum invenitur in eis quod neſcio quem Chriſtum eorum Deum, ut dicunt,*
„ *antelucanum adorant*. Hic ſenex Romae deceſſit. Scripſit autem & iſte libros Hi-
„ ſtoriarum a principio Mundi ad tempus ſuum LXXVII. in quibus imitatur a-
„ vunculum, ut ipſe dicit libro V. Epiſtolarum Epiſtola VIII. ad Capitonem;
„ ait enim me ad hoc ſtudium Hiſtoriarum impellit domeſticum exemplum. A-
„ vunculus meus idemque per adoptionem Pater hiſtorias equidem religioſiſſime
„ ſcripſit. Fecit etiam Plinius iſte Epiſtolarum ſuarum ad Septitium libros VIII. Li-
„ brum Virorum illuſtrium a Phoca Rege Albanorum uſque ad Cleopatram in
„ XCVIII. capitulis, ſecundum ipſorum Virorum numerum: in quo vitas ipſo-
„ rum & merita mirabili, & aperta brevitate deſcribit. De tripartione Orbis libros
VI.

ANNOTATIONES.

(1) Plinius ſcripſit *indicis*, quod Manſionarius corrumpit, ut multa alia, hic juxta apographum exſcripta.
(2) Plinius *haec*.
(3) Ineptè verbum *factorum* addit Manſionarius, uti etiam tot falſa, quae infra exploduntur.
(4) Vitioſâ interpunctione Imperatoris Neronis hiſtorias a fine Aufidii Baſſi Plinium ſcripſiſſe affirmat, quando oratio dubii ſermonis voluminibus tempore Neronis evulgatis adaptatur.
(5) Paullo diverſa in codice Bodlejano, quae in idem tamen collimant. Manſionarius Plinii ſenioris elogium, quod Suetonius conſcripſit, certè ob oculos habet, ubi „ Plinius Secundus Novocomenſis equeſtribus militiis induſtriè fun-
„ ctus procurationes quoque ſplendidiſſimas, & continuas ſummâ integritate adminiſtravit, & tamen liberalibus arti-
„ bus tantam operam dedit, ut temerè quis in ocio plura ſcripſerit „ Quae autem addit de Siciliâ, legionibus, Aetnâ, & Plinii tumulo, cui non portenta videbuntur; tum magis cum ſimilia a Suetonio tradita fateatur? Attamen Viro docto Iſaacco Caſaubono adeò placuerunt, ut in non afferendo Suetonii labore; ſed in deperdito ex omni parte, Virorum illuſtrium volumine extitiſſe crediderit. Caſaubonus fabulam ab Achille Statio unicè deſumit. Statium verò illam a Manſionario in Vaticanis codd. deſcriptam hauſiſſe conjiciendum videtur. Poſt Statium Andreas Thevetus craſſiore, gallicâque minervâ Plinium Aetnae incendio abſumptum pariter affirmavit (a).
(6) Loco *cauſas actitaſſe*.

[a] *Tom. VIII. pag.* 140.

„ VI. Item in Poemate floruit. Hic Avunculi vitam imitatus & mores, etiam in „ otio aut scripsit, aut legit. Et si erat etiam in venatu seu itinere quemadmo- „ dum & Avunculus, notarium habebat, cui equitando dictabat, ut de se dicit „ ad Cajum Tacitum primi libri epistola sexta. Haec & alia epistolarum ejus li- „ bris, & in his quae superius memoravimus, diligens lector inveniet „

Huc usque ineptissimus Mansionarius; cujus fabulas non eâ ratione in operis nostri exordio ingerendas putavi, quâ Hearnius tot tantaque portenta inter auctorum testimonia, qui Plinium Caecilium laudarunt, parum sanè prudenter consarcinavit (*a*). Vbi enim aliquis brevem hanc Mansionarii adnotationem, non Pliniorum elogium; sed errorum labyrinthum appellaret; vehementer vera, meo quidem judicio, proferret. Nobis tamen Pliniorum patriam, res gestas, scripta, & mortem contexturis haud modicam attulit lucem, unde conjiciamus, quo ex fonte portenta de natur. historiae scriptoris morte ab Achille Statio, Theveto, Casaubono vulgata manaverint. Admirari igitur nunquam desinam Mansionarii adnotationem nullis animadversionibus castigatam in Oxoniensi editione proferri; illiusque partem, tanquam aliquod lectu dignum a Jo: Alberto Fabricio recenseri (*b*); sed hac in re Fabricio imposuerunt Vossii verba (qui tamen opus Mansionarii minimè laudavit); unde latinae Bibliothecae auctor, non ignoto Polyhistorum fato labitur; ii enim, ut infinitam ostendant eruditionem, quot quantaque ab aliis relata calamistris inurunt, de quibus dici potest.

Parturient montes, nascetur ridiculus mus!

Hanc, quam subjecimus Jo: Veronensis Mansionarii adnotationem, secundis curis ab illo emissam conjicerem; nam in Plinii chartaceo Vaticano codice sub numero 1955. alteram intolerabilioribus mendis consarcinatam me legisse memini, quae parem titulum profert.

Brevis annotatio de duobus Pliniis (1) *Veronensibus ex multis hinc collecta per Johannem Mãsio. Veronensem:* ibi cum auctor de epistolis Plinii junioris dissereret; *creditur* inquit *baec & alia in corpore dicti libri epistolarum. Ego vidi & in aliis, si quis dilligerit* (2) *inspiciat inveniet. Creditur communiter quod in utroque Plinio hoc pronomen secundus praenominationem notet, & si dicatur quod junior Plinius fuerit ex sorore Nepos & sic praesens sequatur familiam non matris dicatur: dicatur quod fuit filius ejusdem Plinii adoptantis adoptivus, qui sequitur agnatonem* (3) *adoptantis praesens ut ipse inquit in epistola* VIII. *libri quinti. Septem sunt mirabilia Mundi artificialiter fabricata. Vita C. Plinii ex catalogo Virorum Illustrium Tranquilli Plinius Secundus Nocomonensis* (4). Haec verba item per errorem irrepsere, nam reliqua de mirabilibus Mundi assuit, & subinde vitam Plinii a Suetonio conscriptam integram addit, ubi illum Novocomensem fuisse testatur.

Quod fuerit Mansionarii ingenium; quantùm ex detectis utriusque Plinii scriptis, atque temporibus profecerit, lectores ex tam fabulosis commentis satis dispicient. Nos cum disputationis historiam hoc loco potiùs tradamus, quàm argu-

men-

ANNOTATIONES.

(1) Incredibilis est hujus Amanuensis oscitantia, cum hoc loco scribat *de duobus Pliniis de duobus Pliniis Veronensibus*, & quae infra malè exprimuntur ejusdem scriptoris ignaviae attribuenda erunt.

(2) *Sic.*

(3) *Sic.*

(4) *Sic.*

[a] *Vide Plin. Caecil. edition. Oxon. anni 1703.* [b] *Bibl. latin. libr. II. cap. 22. pag. 477.*

mentorum vim perpendere velimus; post Johannem Mansionarium de Siccone Polentano [1] loquemur.

Hic vir (quantùm Mansionario praehabendus!) Veronensium & ipse caussam suscepit, & quidquid Plinium Novocomensem fuisse a Tranquillo, & Eusebio (ut ipse ait) appellatum non ignoraret; nihilo tamen minus ex conterranei vocabulo, & vulgatissimâ famâ, atque ex librorum inscriptione naturalis historiae auctorem Veronensibus adjudicavit. (*a*)

Nicolaus Perotus [2] Archiepiscopus Sipontinus horum quoque caussam in Cornucopiâ juvit (*b*); iterumque in Plinianae praefationis commentariolo tuetur, quo Aleriensem Episcopum Johannem Andream Buxium duobus ac viginti erroribus arguere gloriatur; Commentariolum post annum 1475. edidisse, infra colligimus.

Jo: Antonius Pantheus Veronensis in confabulationum libello, quem de Thermis Caldarianis exaravit, Hermolaum Barbarum Tarvisinum antea, & subinde Veronensem Episcopum, Antonium Beccariam, seque ipsum *dialogo* differentes effingit; ibique Plinium Veronensem e celeberrimâ Secundorum familiâ ipsissimo Polentani errore affirmavit. Conterranei vocabulo, ac demum lapidi potissimum innititur, quem ad Plinium naturalis historiae scriptorem spectare conjecit. Elogium cum *nuper in aede Divi Blasii repertum* testetur; pateret circa annum 1478. (quo lapis repertus) illum memoratas confabulationes vulgasse, ubi vera de lapidis inventione Palermus retulisset [3]; nihilo tamen minus longè antea suas Pantheus confabulationes exaraverat, cum librum de Veronae laudibus, annumque 1478. praecesserint.

Alterum postea opusculum scripsit Pantheus, cui de Veronae laudibus titulum fecit: Tum Omnium Sanctorum Ecclesiae Archipresbyter, ex Hermolai Episcopi favore *Canonicum* Subsellium in Tarvisinâ Cathedrali occupabat. Libellum Andreae Bardo (quem juris humani, divinique consultissimum, ac Domus Mercatorum Veronae praetorem appellat) elegantissimis typis nuncupavit. In hocce opusculo impressoris nomen, locus, & annus desideratur; cum tamen Domitium Calderinum

ANNOTATIONES.

(1) Siccus Polentanus, sive Xicco Polentonus, ut a plerisque dicitur: *Xicho Polento* minus rectè ab Andreâ Schotto appellatur: (*c*) *Primus jam inde*, ait, *a retractis a fugâ majorum nostrorum literis, & disciplinis Xicho Polento nescio quis:* Coniiciunt nonnulli Xicconem e Principe Polentanâ familiâ originem deduxisse; unde Polentanus potiùs quàm Polentonus appellandus sit. De nobilissimâ Polentarum familiâ, consule Ravennates Historias. Hic dicitur Xicco Rigius Polentonus ab Antonio Teisserio; fuitque Patavinus, ejusdemque Reip. Scriba: vid. Scardeonum, Vossium &c.

(2) Peroti hujus nomen in antiquioribus libris unico *t* scriptum invenio, quam lectionem sequitur Polycarpus Palermus; plerique malunt geminare; uti placuit Torquato ex eâdem gente Episcopo Amerino. Perotus illustri genere apud Sentinum Vmbriae alias oppidum, quod nunc *Saxoferratum* dicitur, inter primos bonarum literarum restitutores annumerandus, Theologus ac Rhetor disertissimus ab Vghello appellatur. (*d*) Hunc Paullus Jovius paedagogum, & cum inopiâ colluctantem depingit. Anno 1458. Sipontinus Archiepiscop. renunciatus obiit ann. 1480. Praeter memoratos consule Oldoinum, Jacobillum &c.

(3) Illustris Marchio Maffejus Caldarianas confabulationes Pantheum admodum juvenem exarasse asserit. (*e*) Id ante annum 1480. a Pantheo peractum nonnulli affirmant ex memorato elogio, quod Palermus an. 1478. repertum indigitat. Hic enim cum de verâ Plinii patriâ, eâque Veronâ scriberet anno 1608., lapidem jam annos cxxx. effossum *in aediculâ Divi Blasii teste Pantheo* adnotavit: (*f*) Verùm aliqua, ni fallor, minùs rectè apud Palermum occurrunt, cum Pantheus Hermolai Barbari senioris Veronensis Episcopi a secretis, junioris Hermolai (dum in Patrui aulâ educaretur) diligens in literis praeceptor evaserit. Senior Hermolaus fato cessit an. 1471. (*g*) Ante emortualem igitur Patrui diem Caldarianas confabulationes digessit Pantheus; unde Scipionis Maffei sententiae accedo, ut auctorem in primo juventutis flore constitutum, memorato operi manus admovisse statuamus. Legimus apud Clariss. Facciolatum (*h*) ubi jurisprudentiae professores Patavini Gymnasii recenset ad annum 1478. „ Joannes Antonius Panteus Veronensis „ Graece Latineque doctus jus Pontificium per hos annos in Gymnasio explicuit. Postea ab epistolis fuit Hermolao „ Barbaro Episcopo Tarvisiano „ oportet ordinem invertere, antea enim ab Epistolis postea Pontificii juris professor extitit.

[a] *Libr. VIII. de Viris illust. qui Mss. in Ambros. Biblioth. ibique Polentanus appellatur.* [b] *pag. 1036. in voce conterraneus.*
[c] *In Praefat. ad M. Senec. libros.* [d] *Tom. VIII. col. 857.* [e] *Ver. Illust. libr. III. Par. II. col. 109.*
[f] *Lib. II. Cap. V. pag. 90.* [g] *Vghell. Epis. Veron. Jo: Alb. Fabric. Bibl. med. & inf. latinit. Tom. II. pag. 456.*
[h] *Fasti Gymnas. Pat. par. II. pag. 57.*

novissimè vitâ functum innuat: anno 1477., quo Domitius ad plures transiit, vel huic proximo librum a Pantheo publici juris factum conjicimus. (1)

Hoc quoque loco civibus suis Plinium annumeravit; sed multa in Caldarianis consabulationibus opinata resecavit; novisque argumentis modò patriae suae, modò Comensium caussam adjuvit. Naturalis enim historiae scriptorem ex quadam illius effigie Veronae adhuc permanente hisce verbis sibi vindicavit.

„ Plinius senior, non tam hujus picturae, quae vetustissima est, quàm omnium „ veterum, neotericorumque, & sui ipsius testimonio Veronensis est, quum Catullum sibi conterraneum in naturalis historiae praefatione appellaverit. Lubet hic „ subdubitatiunculam inter nonnullos nostri Aevi doctissimos Viros quaesitu non „ indecoro subortam enodare. Alii enim Eusebii, & Tranquilli non parvo testimonio innixi Plinium Novocomensem dictitarunt: alii autem ipsius auctoris certiore asseveratione in suae narrationis exordio Veronensem autumant. Licèt „ haec sanè parva non sit provincia, talibus utrimque patronis sustentatam litem „ dirimere: tamen si pacatâ animi moderatione a me verum audierint, me fortassis „ honorario jure justè judicantem non aspernabuntur. Refectis singulis, quae in „ medium non tam pensiculatè, quam minus scrupulosè ab eruditis, superioribus „ annis ultro, citroque allata sunt, hoc ingenuè ferendum arbitror, Eusebium, „ Tranquillumque non inscitè Plinium nostrum Novocomensem appellasse, quippe quum in liquido sit ea civitate donatum fuisse, & grande peculium, exuberansque arvorum solum in Comensi agro possedisse, quo quidem incolatu Novi„ comi nomenclatura ab extrariis potissimum nuncupatus sit.

Huc usque Pantheus: Caetera enim, quae de conterranei vocabulo addit, jam ex superioribus dictis innotescunt; quae verò de quatuor, & decem Secundorum Epigrammatibus Veronae, & in Veronensi visendis ad rem minimè faciunt. Quamvis igitur seniorem Plinium Comensi civitate donatum aërеâ, & nescio quâ nam fretus argumentatione crediderit (2); inde tamen apparet Pantheum Eusebii-Chronici sententiam avunculo Plinio unicè adaptasse, & Plinii senioris vitam, ubi Novocomensis appellatur, tanquam genuinum Suetonii foetum recepisse. Laudem procul dubio modestiae, & Christianae tranquillitatis ab omnibus assequetur Jo: Antonius Pantheus, qui literariam hanc disceptationem, summâ verborum, animique moderatione tractavit. A Panthei instituto longè absuit Veronensis alter Matthaeus Rufus, quamvis iisdem sacris initiatus (3), iisdem quoque principiis inniti debuisset. Illud sanè in Rufo satis mirandum notavi, quòd suffuratâ Calderianarum consabulationum supellectile in harenam descendens Panthei recordationem nusquam ingerat; quasi deprehendi potiùs in furto maluerit, quàm mutuum reddere. Vix enim aliquid de suo insignis hic Plagiarius addidit praeter maledi-

cen-

ANNOTATIONES.

(1) Calderinum Angelus Politianus (Miscellaneorum Cap. IX.) decimo inde anno vitâ functum asserit. Miscellanea auctor typis Antonii Miscomimi concessit anno 1489 Verùm cum operum editio saepe protrahatur; neque ordinariò, tempore, quo scripta sunt librariis permittantur; aliunde Calderini obitus petendus erit, nempe a Jacobo Philippo Bergomate, qui illum anno aerae Christianae 1477. aetatis suae 32. Romae ad plures transiisse affirmat. Vide Scipion. Maffej. Veron. Illustrat. Par. II. libr. 3. Col. 114.

(2) Hujusmodi fortasse a Mansionarii annotatione mutuavit. Flavius Blondus opposita Pantheo tradit (a) *Comum Civitas vetusta lacui Lario, cui dat Comensem appellationem — Civem ea habuit paternâ origine Plinium, quem mutatus incolatus vocari fecit Veronensem, qui scribit Comum, & Bergomum Oromoniorum* (ita) *stirpis fuisse*. Quâ ratione Blondus seniorem Plinium ex Comensi Veronensem: eâdem profectò juniorem ex Veronense Comensem fecit Mansionarius, & Pantheus, qui omnes nugantur.

(3) Nempe Divi Thomae Fano praepositus. Hunc de Plinii patriâ egregium scripsisse opusculum, Brixiae an. 1496. editum, nimis confidenter protulit Maffejus, a quo Italico idiomate dicitur *Ruffo*; atque ex Pamphili Saxii auctoritate *Ruffus* latinè. Veron. Illustr. Par. II. libr. 3. col. 130.

[a] *Regione VII. pag. 363.*

centiam, & injurias. Opus suum Justo Justo (1), ut videtur, simili epigraphe dicavit. *Rufus Praelatus in aede Divi Thomae Civitat. Vero. Splendidiss. Equiti, Clarissimoque Juris Antistiti Justo Veronensium Decori Sal. D. P.* In Caldarianis confabulationibus Pantheus Plinii vitam, Suetonii opus non esse, & ubi ad illum pertineret, *Novocomensis* vocabulum, *non a Suetonio scriptum, sed a recentioribus additum* dixerat; Rufus ipsissima retexens *fraudolenter addita* fuisse affirmat. Illustrem, & multam Veronae Secundorum domum, Sammonici, & Macrobii errorem, & omnia a Pantheo adnotata minimè oblitus, ab illo pariter intolerabili hallucinatione mutuavit, Valeriam Secundam Caj filiam, a Cajo Plinio Secundo naturalis historiae scriptore genitam fuisse; & monumento, Panthei diligentiâ, ex aede Divi Blasii in lucem edito fortiter adhaesit. Haec demum unicè ex promptuario suo desumit.

Si Suetonius, & Hieronymus, & denique prisci omnes Plinium Novocomensem dicunt, quo Romanus fuit? Si ipse se Romanum profitetur, quo Novocomensis esse potuit? O deliram, & ridiculam levitatem, o inconstantiam puerilibus simillimam altercationibus, modò Romanum, modò Comensem Plinium asserunt. O extremam arrogantiam, o temeritatem impudentissimam.

Quis enim tam inverecundo, indoctoque ore prolata ferre poterit, cum stivam, & rus, imò calumniam oleant? num fortassis Comensium fraudi adjectum in Plinii vitâ patriae nomen attribuendum, quando neque unus ex nostris hisce de rebus disceptaverat? (2) & ignorantiae adhuc tenebris oppressi cives mei omnem politioris literaturae cultum aspernabantur? (3) num in Plinianis codicibus toto terrarum Orbe dispertitis, patriae suae vocabulum Novocomenses poterant inoculasse; quando non dico ex nostris, sed in cunctis Europae provinciis, vix aliquis invenitur, qui de studiis, multoque minus iis de controversiis cogitaret? Vni Rufo similia licebit imaginari, qui clausulam etiam in Eusebii Chronico *periit, dum invisit Vesuvium*, ab adversariis additam scriptitavit; sed tam bonos habuit adversarios Rufus, ut ne unum quidem naturalis historiae, & latini Eusebii codicis pennâ exaratum volumen Comi inveniatur, neque usquam, quod sciam, extiterit.

Sed quorsum tendunt a Rufo in Comenses, seu in quoscumque alios excogitata, eo quia Plinius sese Romanum profiteatur? nonne eâdem ratione, quâ Comenses nostros, Veronenses quoque suos adurgent? Quot, quantique similia in naturali historiâ adnotarunt (4). Pro nunc Palermi verba sufficiant, qui *in hoc autem*, ait (*a*) *illud etiam erit mirabile, quòd ipse Plinius, quem nos Veronensem fuisse probamus, Comenses verò suum falsò dictitant, Romanum se ferè semper, non externum* (5) *profitetur*. Omnes enim norunt municipibus tum temporis, qui Romae orti non essent, duas adfuisse

ANNOTATIONES.

(1) Justus Laelii Justi Filius J. C. & Eques Clariss. a Polycarpo Palermo vocatur; quo auctore statuam in summo Comitii fastigio ubi forum spectat, Plinio Veronae erectam tradit. Illius obitum ad annum 1482. videtur referre; ubi hujusmodi vera sint, Rufus ante annum 1496. opusculum suum vulgavit, & primigenia editio circa annum 1480. erit collocanda. (*b*)

(2) Fabium Odescalchum Comensem Patricium in Plinii municipis sui naturalem historiam scripsisse ex Henrici Barcelii auctoritate testantur nonnulli; sed cum hujusmodi ab Alfonsi Ciccarellii calamo primùm vulgata dubitem, haud levem falsitatis ingerunt suspicionem. Consule sectionem libri XII. de ineditis naturalis historiae interpretibus.

(3) Civium nostrorum primus, qui de senioris Plinii patriâ adversus Veronenses disceptaverit, is fuit Benedictus Jovius, cui renatae apud nos literae ortum debent. Natus an. 1472. circa illius seculi finem clarere coepit. Vide Orationem nostram in funere Joseph Mariae Stampae.

(4) Johannes Harduinus omnium novissimus ex allatis Plinii locis illum Romanum unicè fecit, quòd ubique se Romanum profiteretur, Veronensem nunquam. Elumbem Harduini argumentationem ostendemus lib. VI.

(5) Haud satis rectè Palermus *externi* vocabulo utitur, saltem ex Plinii sententiâ; hic *suos* quoscumque scriptores appellat, quorum opera latino idiomate constant: *externos*, qui graeco, punico, asiatico eloquio usi fuissent.

[a] *In praefat. de verâ Plinii Patriâ.* [b] *Vid. Polyc. Palerm. lib. III. cap. 5. pag. 275.*

patrias *unam naturae*, *alteram civitatis*, ut Tullius testatur, (*a*) atque ad nobiliorem continuò suis in operibus provocasse.

Hujusmodi Rufi ad Justum nuncupatio Brixianae praefigitur editioni (1), quam anno 1496. Angelus, & Jacobus fratres Britannici vulgarunt. Alexander Benedictus Veronensis Medicus, de quo saepè mentio iis in disquisitionibus occurrit, datâ ad Rufum epistolâ, quaedam admodum infirma adjecit; ut Plinium civem suum, & finitam tot excogitatis ineptiis disputationem comprobaret, Veronensibus Novocomenses humi gramen provolutos porrigere somniavit. Alia insuper ad vindicandum patriae suae Plinium aliquos post annos nullius tamen momenti addidit, atque Plinii naturali historiae anno 1507. praeposuit.

Dum tanta Veronenses ad Plinium sibi adscribendum congerebant; neque unus ex Comensibus pro patriâ pugnabat; nihilo tamen minus cum horum caussam, veritatis tantùm amore compulsi, Viri tum temporis doctissimi tuerentur; quorum praecipui Georgius Merula Alexandrinus, Tristanus Calchus Mediolanensis, & Hermolaus Barbarus junior, augustissimum Venetae Vrbis ornamentum; lis adhuc sub judice manebat, quamvis pleraque horum auctorum opera lucem minimè adspexissent; Merula Tristani praeceptor, & Hermolai amicus, naturalis historiae scriptorem Comensem fuisse, Ferrariae, Venetiis, & Mediolani (, quibus in urbibus illustri conductus stipendio publicè docuit;) adversus Domitium Calderinum (2) ubique praedicabat. Id etiam additis argumentationibus Tristano Calcho visum; atque ab Hermolao Barbaro voce, & scriptis propugnatum (3). Hujusmodi a Pantheo, qui memorati Barbari diligens in literis institutor evaserat, minimè ignorabantur; & priusquam de Plinii patriâ disputationem suis in Caldarianis confabulationibus aggrederetur, (*b*) *Hermolaum juniorem — Virum sanè nostro aevo prudentissimum, integerrimum, scientissimumque, & pace multorum dixerim omnibus, quos doctos noverim, facile praeponendum* appellavit.

Barbarus verò Plinianas castigationes tanto labore, & assiduâ lectione elucubratas, cum Romae ederet annò 1492. in ipso praefationis initio *Conterranei* vocabulum Transpadanis omnibus convenire affirmans, Suetonii, & Hieronymi (4) testimonium indigitat, unde superiorem Plinium Novocomensem fuisse eruitur. (*c*) Malè tum ob indeptum Aquilejense Patriarchatum apud Venetos audiebat Hermolaus; brevique postmodum Romae obiit anno nempe 1493.; unde Matthaeo Rufo, & Alexandro Benedicto cum larvâ luctantibus, summi Viri defuit responsio; Hermolai tamen, & Comensium partes susceperunt alii, neque inter ultimos recensendus est

Raphael Regius, quem nonnulli Brixianum dicunt, eo quia eam Vrbem incole-

ANNOTATIONES.

(1) Vide, quae adnotavimus in Plinianis editionibus seculi XV. ad annum 1496. Arroganti invectivâ Rufus scriptorem aliquem exagitat, qui licèt Plinium Novocomensem fuisse affirmaret, minimè reticebat naturalis historiae auctorem se undique Romanum profiteri. Id etiam ex Marini Becichemi praelectione eruitur: hujusmodi Raphaelem Regium, ut puto, attingunt.

(2) Calderini, & Merulae contentiones, decimoquinto senescente seculo, omnibus innotuerunt. A Politiano Georgius Merula Vir planè doctus, & diligens, & longè quàm Domitius Calderinus in scribendo cautior appellatur. (*d*) In illum postea invectus est, eo quia minorem Georgius de Miscellaneis opinionem haberet; imò quamplura in Politiano reprehenderet. Obiit Georgius Merula an. 1494. (*e*) XV. Kal. April. ut ex Leone Vercellensi Eruditiss. Saxius adnotavit Histor. Typog. literar. fol. CXCVIII. Hoc pariter anno VIII. Kal. Octob. Politianus ad plures transiit. (*f*) Hunc, & Merulam naturali historiae emendandae insudasse suo loco ostendemus.

(3) Antonius Varillasius singulare Hermolai Barbari opusculum adducit in Florentinis Anecdotis, quo ab Aquilejensi Patriarchâ Plinium Comensibus vindicatum asserit. Hac de re in Hermolai Barbari sectione agemus; commenticia siquidem ab eruditis judicantur.

(4) In latino Eusebii Chronico, ubi verba ad Plinium spectantia adjecit Hieronymus. Vide Disquis. Plin. lib. XIV.

[a] *Lib. II. de legib.* [b] *Fol. 111.* [c] *In annot. ad Plinii praefat.* [d] *Miscell. cap. 9.*
[e] *Vid. Baillet. Judic. Doctor. num. 817.* [f] *Ghilin. Theatr. Viro. lit. p. 150.*

leret; rectiùs tamen ab amplissimo, eruditissimoque illius Civitatis Antistite Angelo Cardinali Quirino Bergomas appellatur. (*a*) Hic optimâ ratione a Matthaeo Rufo vulgata rejecit, & aliqua etiam in Novocomensium favorem antea suis operibus inoculasse conjicio, quae tamen mihi adhuc videre non licuit:[1] nostram certè caussam juvit in Plinianae praefationis enarratione. Regio gravissimus insurrexit adversarius Marinus Beciccius[2], seu Becichemus Scodrensis, eâdem Brixianâ in Vrbe, ubi tum politiores literae maximè florebant, publici Gymnasii moderator. Becichemus Veronensium partes suscipiens, Regium, quem *Reginum*[3] *bonorum hostem* appellat, acerbissimè laceravit. Becichemo bilem moverat Regius, ubi purpurato Quirino fidem habeamus, eo quia in illius praeceptorem Johannem Calpurnium[4] satyras potiùs, quam annotationes criticas evulgasset (*b*). Ex infra tamen dicendis Johannis Calpurnii praeceptoris sui potiùs scrinia compilasse, quàm dignitatem propugnasse constabit.[5] Becichemus in Regium scripsit anno secundo supra millesimum; De utriusque laboribus, cum ad Plinii praefationem spectent, in minoribus naturalis historiae interpretibus fusius agemus; & quaedam recondita ad annum 1508. delibabimus.

Illud tamen hoc loco minimè praetereundum videtur, quòd ad Becichemi partes accessit Paullus Suardus, qui lectoribus quaedam admodum inepta inscripsit, quae in Becichemi operum, aliorumque Parisinâ collectione anni 1519. invenies. Hic primus edidit spuriam inscriptionem C. PLINII. VERON. &c., de quâ agemus libro II. sect. IV. Caetera omnia desumit a Pantheo, & Rufo, ut celebrem in Veronensi Secundorum familiam ostenderet, & Valeriam Secundam Plinii senioris filiam & ipse somniaret.

Hellam (sic ipse lustricum praenomen aspirat) Capreolum iis addam, cum & ipse Brixianus illâ in Vrbe de Plinii patriâ quaestionem tractaverit. Fuit hic insignis Jureconsultus, & cum illustrem de rebus Brixianorum chronicam vulgaret, ex *Pliniis Novocomensibus duobus* (*c*) multa desumit. Quaestionis ipsius viscera in gratiam Francisci Arrigonei singulari dissertatione explicavit, quam typis etiam concessit. Sed cum inventu rara sit, multis ab hinc annis acceptam a Paullo Galeardo[6] Viro Clarissimo, subjiciam; eâ etiam ex caussâ quòd paucis absolvatur chartis.

„He-

ANNOTATIONES.

(1) Benedictus Jovius Novocomensium caussam non uno volnmine a Raphaele Regio propugnatam affirmat: (*d*) Thomas Porcacchius elegantissimum Regii opuscnlum contra Matthaeum Rufum celebravit Nob. Com. lib. I. pag. 53. Ante annnm 1488. Reginm scribere coepisse paullo infra ostendemns.

(2) Hic patrio Illyrici sermone vocabatur *Becich*, quòd eâ ratione redditur ab indigenis, uti Italis *Becicc*. A Jacobo Facciolato dicitur *Beciccbius*, vulgo *Becichemus*. Nescio qnid elegantiùs sonet *Becichemus*, nt nomen snnm invertere, & hic Marinus ganderet.

(3) Videtnr, qnòd *Reginus* fuerit gentilicia Raphaelis appellatio, quam in *Regii* gloriosiorem detorsit.

(4) Aliam orthographiam seqnitur Quirinns, & Facciolatus Fasti Gymnas. Patav. fol. LIV. & LVI. attamen Rhetor hic Bergomas appellationem invertens gentiliciam scripsit *Calpurnius*, nt illius opera ostendunt. Vid. Terentinm ab illo editnm, & alia. Tom. I. Bibl. Bunavian. Erat Calpurninm Romanae gentis Clarissimae nomen; ad quod Johannem allusisse credendnm est. Ingenita doctis ejus aetatis adfuit libido, nt a patribus acceptas familiae nominandae rationes detorqnerent. Hic Calpurnins Bergomatibus *Calfrogno* Regii aemulus in politioribus literis docendis cathedram Patavini Gymnasii frustra illo obsistente occupaverat; nnde nil mirum si aliqna in Calpurnium Regins vulgavit. Quae Facciolatus adnotavit minus acerba videri possnnt, quàm per Qnirinum congesta. Vid. Fast. Gym. Pat. Par. I. pag. LIV.

(5) Ex iis constabit Marinnm Becichemum argumenta e Johannis Calpurnii scriptis praeceptoris sui tum defuncti suffurasse. De Johanne Calfurnio consule docti Sambucae Brixianam collectionem, de qnâ infra. Facciolatum Fast. Gymnas. Patav. Par. I. pag. LV.

(6) Paullus Galeardus doctissimns Brixianus Canonicus, cujus plurima ingepii opera teruntur eruditorum omnium manibus; cujusque epistolari commercio ipse juvenis profeci. Consule Brixianam Sambucae collectionem, ubi antiqua Caenomanorum conditio illustratur.

[a] *In epist. ad Joseph. Anton. Sax. pag. 20.* [b] *Citat. epist. ad Saxium.*
[c] *Ante fol. 2.* [d] *Hist. Patr. lib. II. pag. 216.*

„ Helìas [1] Capreolus Franciſco Arrigoneo Equiti doctiſſimo Sal.

„ Petis a me Arrigonee Cariſſime, ut quod Plinii hiſtorici natale ſolum fuiſ-
„ ſe ſentiam, litteris tibi ſignificem, quaſi ambigas unde fuerit oriundus. Faciam
„ quidem libens: ut quam ſic amicè petis, ejuſce rei voto ne frauderis: Quamquam
„ jam annis ferè mille quadringentis, nemo vix fuerit, qui Plinium ipſum patria
„ Novocomenſem negare ſit auſus: licet Matthaeus quidam Rufus Veronenſis il-
„ lum ſibi civem uſurpare longa nunc contentione conatus ſit. Nicolai tamen Pe-
„ roti auctoritate fretus, additis etiam nonnullis aliis: quae cum longa magis ſint,
„ quàm opportuna, ne taedio tibi ſit lectio, hic a nobis praetermiſſa in eorum con-
„ futationem ſervabuntur. Ego igitur, ut ſententiam habeas meam, cum Sueto-
„ nio, Euſebio, Divoque Hieronymo [2] Tertulliano, Blondo Forolivienſi [3], &
„ Hermolao Barbaro, atque cum ipſo Plinio de hujus natali ſolo conſentio, dico-
„ que cum ipſis eundem Plinium procul dubio Novocomenſem fuiſſe, non Vero-
„ nenſem, neque enim obſtat ad eorum fidem tollendam, ut Rufus dicat, ſe non
„ vidiſſe Suetonium de illuſtribus Viris, & Euſebium, vel Hieronymum fuiſſe vi-
„ tiatum. Quippe omnes potuerunt vidiſſe omnia, non unus, non ſinguli. Nec ſa-
„ tis probat Rufus ipſorum teſtium, quod aſſerit vitium; clauſulam enim ipſam
„ = periit dum Veſuvium inviſit = dicit fuiſſe ſuppoſitam, nec Plinium unquam
„ docet non fuiſſe Novocomenſem. Verum hic omiſſis fidelibus tantorum virorum
„ auctoritatibus, quae uti omni probabili ſuſpicione carent, ita refutari iniquiſ-
„ ſimum conſtat, citemus quaeſo ipſum Plinium, ſciſcitemurque ab eo cujas fue-
„ rit. Reſpondebit certè: patriae noſtrae nomen in fronte legas: quot enim libros
„ ſcripſit Plinius toties in eorum frontiſpicio = Plinii Secundi Novocomenſis li-
„ ber vel primus, vel ſecundus, vel alius, numeri intelligi voluit =: Hoc con-
„ ſtat, hoc extra aleam eſt. Nullum enim ejus Plinii volumen, vel manu ſcriptum,
„ vel impreſſum, niſi forte citra Rufi contentionem invenies, in quo ſepties ſupra
„ tricies Plinii Secundi Novocomenſis [4] titulus non legatur. Eſt ne ſufficiens hoc
„ de ipſâ re teſtimonium? Eſt ne credendum Plinio de ſe loquenti? An voluerit Pli-
„ nius, ſi Veronenſis fuit, Novocomenſem potius ſe appellare? Ridiculum planè
„ cenſeo tantum Virum nobili patriae Veronae renuntiare voluiſſe, ut ignobiliorem
„ ſibi vindicaret. Sed Rufus inquit, titulum ipſum non a Plinio, ſed a Veronenſis
„ gloriae aemulatoribus, quod etiam de Euſebii, Hieronymive auctoritate aſſerit,
„ falsò fuiſſe appoſitum, ut Cive ſuo privata Verona, eo Novocomum ditaretur.
„ Quod quidem ſi verum eſſet, majus miraculum videretur, quam quod ex nihilo
„ Mundus, ut ſacrae ferunt litterae, a Deo ipſo Omnipotenti Max. conditus fue-
„ rit. Quonam modo totus Mundus (ſunt namque in omni orbe terrarum Plinii
„ volumina eo titulo praeſignata) contra Veronam conſpiraſſet, ut ei civem ſu-
„ um auferret, & Novocomo condonaret? Nam quid commiſit Verona, quid No-
„ vocomum ab univerſo meruit Mundo, ut Mundus ipſe Veronam Cive ſuo ſpo-
„ liet, & Novumcomum honeſtet, atque exornet? O peſſimum deteſtandumque
„ Ve-

ANNOTATIONES.

(1) Helius dicitur a Fabricio in Bibliothecâ medii Aevi lib. III. contra auctoris mentem.
(2) Divum Hieronymum de unico Plinio loqui, unicum pariter a Tertulliano agnitum libro XIV. fuſius oſtendemus.
(3) Verba Blondi ſuperius attulimus; unde fortaſſis minùs rectè illius auctoritas adducitur a Capreolo, niſi dicamus a Forolivienſi hiſtorico ideo Veronenſem Plinium appellari, quia Veronam incoluiſſe ſomniavit; Paternâ tamen origine Comenſem fuiſſe tradidit.
(4) Plinium in operis fronte Patriae ſuae nomen appoſuiſſe haud facilè credam. Illius tamen recordationem tot in codicibus, iiſque vetuſtiſſimis repetitam, bonam Novocomenſium cauſſam comprobare omnes fateantur neceſſe eſt.

„ Veronenſium flagitium! O Novocomenſium inauditum univerſo mundo obſe-
„ quium, quo Mundus ipſe omnis civem etiam mortuum Veronenſibus ſuffurari,
„ & Novocomenſibus adoptare, conſpiratione facta voluerit. Ego (ut verum fa-
„ tear) ſi tot conſpiratorum manibus ſubeſſe deberem, Veronenſis profectò eſſe nol-
„ lem; quandoquidem neque in domo propria tutus unquam manerem. Adde quod
„ dempta titulorum fide, nullus dici poteſt auctor certus: Rectius igitur omnibus,
„ quàm ſingulis creditur. Singuli enim decipere, & decipi poſſunt: nemo omnes,
„ neminem omnes fefellerunt. Sed dicet adhuc Rufus. Immò quum appellaverit Pli-
„ nius in praefatione operis ſui Catullum conterraneum ſuum, oſtendit omnino ſe
„ Veronenſem eſſe, non Novocomenſem. Ad hoc multa reſpondere pòſſem, quorum
„ ſingulis convincetur Rufus, & quiſquis eo deceptus verbo Plinium ſuſpicatur fuiſ-
„ ſe Veronenſem. Si enim ſciret quiſpiam, quo pacto optimi latinorum *Terrae*,
„ unde conterraneus dicitur, voce uſi ſint, non profectò conterraneum tam angu-
„ ſtè locaret. Plinius ipſe, nec ignoro inquit, ingrati, ac ſegnis animi exiſtimari
„ poſſe merito, ſi breviter, atque in tranſcurſu, in hunc modum dicatur terra omnium
„ terrarum alumna. Italiam dicit. Terra namque pro provincià a doctiſſimis ple-
„ rumque accipitur; ut apud Coſmographos Terra Aegyptiaca, & Indica Terra.
„ Quod autem de regione opponit Rufus, quid mirum ſi Plinius, vel alius quiſ-
„ quam in regiones ſuo arbitratu Italiam diviſerit; quum & eadem Vrbs in regio-
„ nes diviſa videatur. Priſci namque, & Plinii Majores Comum cum Verona in
„ Ciſalpina Gallia poſuerunt. Vnde & Catullus Tranſpadanos omnes conterra-
„ neos ſuos vocitavit. Sed ne longiuſculus ſim, hoc tantùm a Rufo quaerere velim;
„ quid illa Plinii clauſula = agnoſcis & hoc caſtrenſe verbum = ſibi velit, ex-
„ ponat. Non enim invenio Plinium nugatorem, non ſuperfluis verbis abundan-
„ tem; immò, ſi dici fas eſt, opportunis ſaepe carentem. (1) Quur igitur verba illa,
„ poſtquam dixerat conterraneum meum Catullum, addidiſſet, ſi ſupervacanea,
„ immò ſi non neceſſaria eſſent? Caeterum ſi neceſſaria ſunt, quid aliud ſibi volunt,
„ quàm ut oſtendant verbum ipſum = conterraneum = a Plinio non ut a gram-
„ matico, aut ab oratore, ſed ut a caſtrenſi milite, vel plebejo fuiſſe uſurpatum;
„ itaque oſtendere Plinium omninò ipſum nequaquam fuiſſe Veronenſem? Verùm
„ quod fuerit Novocomenſis, audi quaeſo alterum Plinium, ejus de quo agitur ex
„ ſorore nepotem. Is enim in epiſtola quadam ad Fabatum ſua, de Corelia mu-
„ liere honeſtiſſima, ac ipſi Plinio praedilecta, inquit: „ Haec cum proximè iſtic
„ fui, indicavit mihi cupere ſe aliquid circa Larium noſtrum poſſidere: ego illi ex
„ praediis meis quot vellet, & quanti vellet, obtuli, exceptis paternis, mater-
„ niſque. His enim cedere ne Coreliae quidem poſſum. Quum itaque nepos ipſe,
„ qui Novocomenſis negari non poteſt, maternis circa Larium praediis cedere non
„ poſſe dicat, argumentum ſanè praeſtat, matrem ſuam ex Lario, non ex Benaco,
„ & Novocomenſem cum Plinio fratre fuiſſe, non Veronenſem. Evidens enim con-
„ jectura eſt, ipſam Plinii nepotis matrem praedia ea a patre ſuo Larii accola do-
„ tis nomine habuiſſe. (2) Si quis autem diceret, potuit & ipſa cum fratre eſſe Ve-
„ ronenſis, & ex dotis pecunia ea praedia emiſſe. Reſpondeo, non ſufficit dicere
„ = fuiſſe, & emiſſe potuit = ſed oportet docere quod fuerit ita, & emerit. Non
enim

ANNOTATIONES.

(1) Hujuſmodi Plinio Orbis deſcriptionem reddenti utique conveniunt, nam puncta tanquam proponit, ut ſubaudienda ſint reliqua, quòd nos ſuo loco expoſuimus; unde ritè Hermolaus Barbarus Plinii brevitatem inimitabilem affirmavit. In reliquis verò pingui ac florido gaudet ſtylo, cui caeteroquin nihil demere (niſi Sciolis) continget.

(2) Capreoli argumentum optimum, & omnino evidens videtur. Addi tamen poteſt maternorum praediorum nomine avunculi bona intelligere, quae in illum utpote ſororis filium, atque adoptatum obvenerant.

„ enim omne possibile semper ducitur ad effectum. De duobus verò possibilibus,
„ quod magis vero est simile, magis est admittendum. Magis autem verisimile
„ est, praedia ipsa a Patre habuisse, quàm emisse, quandoquidem mulierum non
„ tantum videatur esse mercari. Hac ergo ratione satis probatum est Plinii nepotis
„ matrem, avunculique sororem cum ipso fratre suo fuisse Novocomensem. Eum igi-
„ tur una cum sorore Veronensem contendere absurdum profectò est, delirum, & pu-
„ erile. Rursus sic appellavit Plinius avunculus Catullum conterraneum suum,
„ quemadmodum & Nepos in quadam sua ad Maximum (1) epistola suos asseruit
„ esse Veronenses. Mos est enim amicorum dicere nostrum, vel meum, non tan-
„ tùm civem, municipem, compatriotum (2), vel ejusmodi; verùm, & externum
„ quemque ubivis putet habere amicum. Sed haec, puto, non unquam adverterat
„ Rufus, neque adstipulatores ejus. Instaret tamen adhuc, ut suam Secundorum (3)
„ familiam Veronae existentem responderem. Cui quidem eam ita extare non ne-
„ gabo, etiam forte intuitu, & reverentia Plinii, qui Veronam quandoque inco-
„ luit (4); illum tamen fuisse Veronensem non concedo. Nam & ex agnatione Se-
„ cundorum etiam Plinium nepotem fuisse, docet ejus epistolarum titulus, qui = C.
„ Plinii Secundi (5) Novocomensis Oratoris epistolarum liber primus = ubique im-
„ pressus legitur. Quod si tempora nostra utrumque parentem ex eadem esse Fami-
„ liâ permittunt, eos Plinios ex eadem fuisse cognatione laxiora illa tempora per-
„ misisse non est mirum. Enimvero ad Epigrammata illa, quae Rufus ingentibus
„ Veronae saxis refert, hoc tantum dicam. Si ejuscemodi monumenta comprobant
„ inscriptos in eis Viros ejus patriae fuisse, ubi saxa ea reperiuntur, nostros jacta-
„ re possumus fuisse Cives, C. Julium, Divum Augustum, Tiberium ejus filium,
„ C. Germanicum illius nepotem, Claudium Neronem, & ut semel dicam, omnes
„ ferè Romanos Caesares, ac Consulum multos, nec non ipsum Plinium, quorum
„ omnium nomina, epigrammataque praeclara nostra in Vrbe, ne dicam in agro
„ ingentibus saxis, in foris, in aedibus, in triviis cernuntur exculpta: ut Plinium
„ non totum Veronensem, verùm dimidium forte Brixianum, epigramma ingenti,
„ & vetustate exeso marmore incisum, & ad aureae flammae (6) sacellum, parieti
„ impositum abundè testatur. Caeterum Carolus Valgulius civis noster in utraque
„ lingua eminentissimus, certiorem me fecit, statuam Plinii Secundi marmoream
„ Novocomi adhuc extare antiquissimam. (7) Quamobrem Rufum exoratum ve-
„ lim, ne ultra reluctetur, sed rationi pareat, veritati cedat, & acquiescat, ca-
„ veatque, ne unius adventitii tantùm, vel magis emendicati civis pietate in
„ omnem civitatem suam crudelis appareat. Quandoquidem contendere Pli-
„ nium fuisse Veronensem, omnem antiquam Veronae civitatem sit graviter cri-
„ minari; quippe quae tantum civem suum a caeteris omnibus cognitum, vel non
„ agnovisse, vel a patriâ exulare voluisse videatur. Tu verò, si tibi amicus est Ru-
fus,

ANNOTATIONES.

(1) Hic Maximus Plinii junioris amicus, Veronensis non erat, sed uxorem Veronensem multis ante annis habuerat. Vide epistolam ultimam lib. VI. Plinii Caecilii.

(2) Barbarum vocabulum, uti *Compatriota*, quod tamen ferreis seculis magis commune, quâ de re infra. Similia Christophori Landini exemplo probari possunt, qui conterraneum vertit *Compatrioto*, & tamen Plinium Novocomensem fuisse asserit.

(3) Nullam omnino esse, nec fuisse Plinii aetate Secundorum familiam, sequenti volumine ostendemus.

(4) Seniorem Plinium Veronam inhabitasse neutiquam constat; haec a Blondo mutuavit Capreolus. Contrarium potiùs a Plinii junioris epistolis argui posse conjicimus. Vide a nobis de Cornelii Nepotis patriâ suo loco pensitata.

(5) Haud rectè Secundorum agnationem appellavit Capreolus. Secundi verò cognomen gestavit Plinius Caecilius, vel quia secundo loco natus illud a Patre acceperat, vel adoptionis jure ab avunculo mutuavit.

(6) Pliniae Hermionis monumentum, de quo libro III.

(7) Rem mihi undique ignotam ex Valgulii fide narrat Capreolus. Neque enim videtur antiquissimam statuam illam dici posse, quam anno circiter 1480. in fronte Aedis maximae Cives mei posuerant.

„ ſus, ut haec diligentius conſideret admonere potes. Ego enim ſi vicinioribus con-
„ tra juſtitiam, veritatemque placendum duxiſſem, Ruſo certè non fuiſſem adver-
„ ſus. At omnibus vicinis vicinior mihi ſemper eſt veritas. Quapropter veritate
„ ipsa tantùm inſpecta, ut tibi morem gererem, ſententiam meam his etiam expreſ-
„ ſam feci. Si tardiuſculè forſitan quam expectabas, non animi promptitudinem,
„ ſed negotiorum multitudinem accuſabis. Quotidie enim praeter domeſtica no-
„ ſtrorum hic paganorum multa a me componi eſt opus. Vale Paſſerani pridie no-
„ nas Semptembris MDIII.

„ Accipe nunc ſententiae ipſius meae actuarium, ne dicam teſtem; neque enim te-
„ ſtibus ultro eſt opus. Ille, quem Joannes Picus, Marſilius Ficinus, Angelus Poli-
„ tianus, Pomponius Laetus, & omnis Romana tandem Academia Plinii animam
„ vocitabat: ille, inquam, Hermolaus Barbarus, qui omni Latio pepulit barbariem:
„ (1) qui Plinium ipſum uti ab inferis revocatum omnibus proximè manifeſtavit;
„ quique niſi veritatis amator, tutorque fuiſſet, Veronenſibus potiùs, quàm Novo-
„ comenſibus Plinium dediſſet. Quandoquidem Veronam, cujus in gymnaſio diu
„ educatus fuerat, Novocomo longè cariorem haberet. Ipſe enim ſuper Plinii prae-
„ fatione inquit ⩵ non quod Plinium Veronenſem fuiſſe ſuſpicer, qui abſque du-
„ bio Novocomenſis fuit ⩵ videat quaeſo Ruſus, videant ejus aſſertores, quid ve-
„ rus Plinii interpres, immò quid Plinii anima de ipſius patria nobiſcum ſentiat.
„ Quamquam ego alicui horum ſeculorum Viro nullam de re ipsa fidem praeſto,
„ niſi quantum vel rationis adducat, vel ipſis Plinii coaevis adhaereat. Neſcio e-
„ nim quis contra eos admitti debeat novus vaticinator. Etſi Ruſus teſtes quoſdam
„ ciet, qui vel Veronenſes ſunt, & ideo ſuſpecti, vel Plinium nunquam Veronen-
„ ſem certò teſtantur. Caeterum ſi attendamus duas ut Philoſophi volunt, ſaepe ho-
„ mini eſſe patrias, alteram ex qua oriundus, alteram, quam incolat ortus, per in-
„ colatum quandoque fortè Veronenſis, per exortum Plinius noſter erit Novoco-
„ menſis. Iterum vale, & vive. „

Naturalis hiſtoriae fidei, ac dignitatis plurimum tum temporis detrahebat Nicolaus Leonicenus (2) Vicentinus Medicus. Hic poſt Hermolai Barbari, ac Pici Mirandulae mortem quaſi omni metu ſolutus Plinio graecarum vocum, & rei herbariae ignorantiam objectabat. Tantum facinus minimè tulit Pandulphus Collenucius Piſaurenſis juris conſultus, & orator *ingenio peracri; atque eruditione* clariſſimus.

Hic Leoniceni hallucinationes, & Comenſem Plinium oſtendere aggreſſus, ſuſcepto muneri haud impar apparuit: Collenucii laborem mihi adhuc attingere minimè licuit. Horum loco poſteriores Raphaelis Regii vigilias afferam, cum illas in florentiſſimâ Divi Laurentii Eſcorialenſis bibliothecâ anno 1760. invenerim; atque inde multa circa Plinianae patriae quaeſtionem antea ignorata didicerim. Anno (3) igitur 1508. opuſcula quaedam hujuſmodi epigraphe Regius Venetiis edidit.

Plutarchi Regum, & Imperatorum apophthegmata Raphaele Regio interprete.
Plutarchi Dialogus in quo animalia bruta ratione uti monſtrantur Raphaele Regio interprete.
Raphaelis Regii apologia: in qua quattuor baec quaeſtiones potiſſimum ediſſeruntur.
Vtrum in Pliniani prologi ſecunda periodo, objicere moliar: an obiter emolliam ſit legendum.
Vtrum Imperator an Conterraneus Plinio ſit caſtrenſe vocabulum.

ANNOTATIONES.

(1) Velim hujuſmodi elogium conſiderarent, qui Barbarum ſuſcepto muneri imparem dicere auſi ſunt. Capreolus porro alludit ad verſiculum ejus tumulo inſcriptum
„ Barbariem Hermoleos, Latio qui depulit omnem &c. „
(2) Nicolaus Leonicenus, de quo plura ſuo loco afferentur.
(3) More Veneto intellige: anno nempe 1508. *ab incarnatione*, ut dicunt.

Vtrum hoc pronomen in tertia prohoemii ejusdem periodo Catullum referat, an maximum patrem.

Vtrum in periodi ipsius clausula vernaculis tuis, & famulis, an Veraniolis suis & Fabullis Plinius scripserit.

Cum gratia & privilegio.

Opus nitidissimis characteribus, & papyro constans Venetiis Georgius Rusconus vulgavit, ut verba Coronidi subjecta testantur (1).

Ad praesentem quaestionem adnotasse sufficiet ante laconica Plutarchi apophthegmata Regii praefationem occurrere *Illustrissimo Venetiarum Principi Leonardo Lauredano* &c.: quae verò ad Plinium spectant altero Clarissimo Viro hujusmodi epigraphe dicavit. „ Raphael Regius Joanni Baduario Doctori, & Equiti a Senatu „ Venetiarum ad Sum. Pont. Julium II. Oratori felicitatem. „

Diu mecum ipse dubitavi, facundissime orator: an verbosissimis quibusdam commentis in Plinii naturalis historiae prohoemium nuper editis, aliquid rescriberem: quod adversus meas ipsius epistolae enarratiunculas jam viginti annis, & amplius emissas composita, ac potius compilata esse viderentur. Ac si verus illarum ineptiarum auctor Joannes Calfurnius repentina morte nobis ereptus non fuisset: e vestigio illum & coram, & scriptis facile refellissem. Cum vero quidam non minus moribus quam natione, & lingua barbarus, ac impudentissimus temeritatis alumnus: commenta ipsa sibi arrogarit: proque suis ediderit: sane quod verebar: ne cui de maledictis ejus solicitus esse viderer: qui nec unquam benedicere didicisset: & omnium laudatarum artium ignarus: ne dignus quidem sit: qui in studiosi cujusque scriptis nominetur: sed cum et alii complures Calfurnium illa de schedis suis recitantem audierint: & Pomponius Gauricus acerrimo juvenis ingenio, summaque laudatarum artium ac utriusque linguae scientia Calfurnio ipso dictante scribendo exceperit: atque mihi illo adhuc vivente perlegenda accommodaverit: haud ab re mihi videor esse facturus: si primum auctori suo illas lucubrationes vindicaro: deinde quae mihi vitio dantur: ita refutaro: ut simul & qui scripsit: perverso admodum fuisse judicio: & qui illa sibi arrogavit: nulla prorsus doctrina esse convincantur.

Praefationem *Apologia* subsequitur, ubi summatim Plinianâ methodo exposuit, quae in operis corpore pertractavit, exempli caussâ

Conterraneum esse castrense verbum: Imperatorem vero non esse: quod isti contendunt: vel quae ipsi allegant: aperte demunstrant. Qui Catullum a Plinio conterraneum idcirco dici putant: quia concivis non est receptum vocabulum: maximam praeseferunt vanitatem. Plinium & Novocomensem esse & Romanum se fere profiteri citra ullam tuemur contradictionem. Mentitur qui me conterraneum pro concive ait exposuisse. Plinius junior nusquam Veronensem se vocat.

Reliqua ad enarrandam Plinii praefationem cum spectent, suo loco attingemus. Ex allatis igitur Regii verbis satis constat illum ante annum 1488. suas in Plinium enarratiunculas edidisse; quibus obstitit voce & scripto Jo: Calfurnius Regii civis, & hostis simul; Calfurnio vitâ functo, illius scripta proprio nomine typis concessit Marinus Becichemus, quem licèt innominatum apertè designat moribus, & linguâ barbarum. Vt supra monuimus Regius peculiari ex causâ Calpurnii hostis extitit docuitque in Patavino gymnasio an. 1482., ac subinde a Calpurnio exclusus (2). An-

ANNOTATIONES.

(1) „ Impressum Venetiis opere & impensa Georgii de Rusconibus anno ab incarnatione Domini M. DVIII. die II. „ Octobris sub inclyto Principe Leonardo Lauredano. „

(2) Vide Facciol. Fasti gym. Patav. part. I. pag. LIV., ubi dicit Calpurnium obiisse anno 1503.

Antonius Faber Ferrarienſis, cum naturalis hiſtoriae praefationem commentario illuſtraret anno 1510., Plinianae patriae quaeſtionem in Novocomenſium favorem tractavit, & pleraque Veronenſium argumenta haud infelici niſu retundere aggreſſus, eodem anno opus ſuum apud Jacobum Mazzocchium Romanae Academiae impreſſorem publici juris fecit.

Tot tantaeque Brixianae literariae contentiones Comenſium animos paullulum exciverunt, ut tandem & ipſi editis opuſculis de revindicando ſuperiore Plinio cogitarent. Antiquiſſimâ perſuaſione traditum erat, naturalis hiſtoriae ſcriptorem noſtris in finibus natum eſſe, atque id ab omnibus communi opinione receptum. Hinc utriuſque Plinii imagines penicillo adumbratae priſcis temporibus viſebantur (1). Hinc avunculum, & ſororis filium Decuriones elogio, & marmoreâ ſtatuâ anno circiter 1480. condecorarunt, quae in hanc uſque diem in fronte maximae Aedis poſitae publicum forum exornant. Quamvis enim ex appoſitis ad junioris commendationem notis hujuſmodi anno 1498. peracta videantur; nihilo tamen minus has inſcriptiones ſublatis veteribus adjectas irrefragabili teſtimonio comprobamus. Vtraeque enim Benedictum Jovium auctorem agnoſcunt, qui illas ſtatuis jam aliquot ante annis exiſtentibus ponendas curavit, ut ipſemet in epiſtolâ ad Nicolaum Caſtillionaeum Mediolanenſem Patricium teſtatur (*a*), ubi (2) inter alia hujuſmodi occurrunt. *Quâ ratione moti Novocomenſes duos Plinios cives ſuos in ſacratiſſimâ Templi maximi fronte poſitis ſtatuis affabrè elaboratis honeſtandos cenſuerint, neſcire te ſcribis, cum locus ille Deiparae Virgini dicatus a Religionis noſtrae nimio multùm diverſis, & impiis minùs quadret. Statuae illae me adhuc adoleſcente ibi poſitae cum quâdam inſcriptione a Thomâ Plato Mediolanenſe verſibus compactâ, cujus initium.*

Sanguis uterque Comi, celebras quos numinis inſtar (3).

Hanc ipſe poſt aliquot annos tanquam non ſolùm frigidam, ſed etiam ineptam, amovendam curavi. Illic autem has ſtatuas poni decretum fuiſſe audivi, & permiſſum, tum quia non intra Templum, ſed extra locabantur; ut in celeberrimo Vrbis loco, tum quia vel authore Tertulliano non parum faviſſe Chriſtianis junior viſus eſt, quoniam eo ſuggerente Trajanus Imperator de perſequendis Chriſtianis edictum temperavit, cujus etiam Euſebius in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ ad verbum meminit. Id quoque praecipuè ex Trajani epiſtolâ ad Plinium ipſum eâ de re colligitur. Subſcriptionem ipſam, quae nunc extat, ipſe poſtea apponi feci (4).

Duo igitur ex allatis huc uſque verbis colligimus; antiquiorem nempè ſtatua-

ANNOTATIONES.

(1) Semiveteres utriuſque Plinii imagines poſſidet Fulvius Tridius Comenſis Decurio antiquitatis ſtudio, & bonarum artium culturâ, toti Inſubriae notiſſimus. Antiquiores extant apud Aloyſium Odeſcalchum Com. Patricium affinem meum, in quem a Corticelliis pervenere; inde noſtrae effluxerunt.

(2) Nicolaus Caſtillionaeus Othonis filius, non ſapientibus tantùm Juriſconſultis, Poëtiſque illuſtribus annumerandus, utpote qui omnis eruditionis ſtudioſiſſimus a Benedicto Jovio appellatur, verùm etiam in Chriſtianae Perſuaſionis diſputationibus profundus, & muſices peritiſſimus evaſit. Praeter Paullum Morigiam, Bonaventuram Caſtillionaeum, Beſſam Negrinum, alioſque a Jo: Sitono, & Philippo Argelato adductos celebratur Nicolaus a Gandentio Merulâ ob mirum animi, & eruditionis candorem. Inter Juriſperitos Collegii Mediolan. receptus eſt an. 1489., illiuſque memoriam uſque ad an. 1531. inveniri tradit Sitonus (*b*). Hoc anno vitâ functum ſcripſit Argelatus, (*c*); attamen annum 1533. exceſſiſſe (quo uxor Camilli Trotti Julia Caſtillionaea Nicolai filia obiit) geminae Benedicti Jovii epiſtolae conteſtantur.

(3) Ex allato initio, quaſi ex ungue Leonem, Carminis, & dictorum ineptam confuſionem utique percipere valemus. Similia Platum in primo juventutis flore conſtitutum exaraſſe credendum eſt, ut docent tempora; ideoque poſtmodum meliorem politiorum literarum cognitionem fuiſſe aſſecutum. Illuſtribus ſiquidem doctiſque viris annumeratur, qui Ludovico Sfortiâ imperante Mediolani degebant, ob recluſum in patriâ juventuti gymnaſium, & juris ſcientiam, quâ Ludovico Principi carus admodum vixit. De illo Morigia, & Ripamontius, & pleniſſimè egit Pet. Paullus Boſca (*d*). Habes Bartholomaeum Curtium (*e*), & Joſeph Antonium Saxium (*f*), a quo duplici *t.* nempe *Plattus*, appellatur. Luſtrico praenomine Johannes Thomas dictus fuit, ut diligens Mediolanenſium ſcriptorum collector Philippus Argelatus adnotavit Biblioth. col. 1106.

(4) Meliorem procul dubio operam patriae ſuae navaſſet Jovius, ubi tempora, quibus Decreto Decurionum ſtatuae poſitae fuerant, utroque in elogio reliquiſſet. Id enim ſublatis quoque Plati carminibus aſſequi non vetabatur.

[a] *Epiſt. Mſs. Bb.* [b] *Pag. 66.* [c] *Tom. I. part. II. pag. 381.* [d] *De Pont. Gaſp. Vicecom.* [e] *Pag. 185.* [f] *Col. XL.*

rum, quàm elogiorum esse positionem; ipsaque nunc visenda elogia sublatis prioribus apposita, e Benedicti Jovii calamo profecisse; quòd cum anno vulgaris aerae nonagesimo octavo supra millesimum, & quadringentesimum acciderit; jam ex tunc de Plinio patriae suae restituendo Benedictum Jovium cogitasse dignoscimus. Et sanè decimo sexto ineunte seculo cum vetera Romanorum monumenta Comi, & in Comensi latitantia perquireret; & venerandas antiquitatis memorias (1) e situ, & ruderibus in publicam lucem educeret, multa in hanc rem conscripsit, quae Johanni Mariae Catanaeo secunda in juniorem Plinium commentaria edenti innotuerunt. (*a*) Aggressus subinde Jovius Plinianae praefationis enarrationem in ipso operis exordio *apologiam* de superioris Plinii patriâ contra Veronenses exaravit. Hanc circa annum 1508. Francisco Minicio Calvo inscripsit, (*b*) multumque post temporis elegantissimâ epistolâ ad Matthaeum Gibertum Veronensem Episcopum mittendam curavit, quam utpotè brevem, & nondum typis concessam subjicimus.

„ Benedictus Jovius Matthaeo Giberto Episcopo Veronensi S. D. P. „

Facit quae inter te, & fratrem meum Paulum Jovium Episcopum Nucerinum intercedit amicitia, ut has ad te virum integrum, & omni virtutum laude cumulatum scribam, & Plinianae patriae defensionem a me elucubratam, quae nondum in publicum prodiit, mittam, amicis verò quibusdam tantùm ostensam. Idem quoque frater meus me admodum impulit, & sponte currenti calcaria addidit, ut eam incorrupto judicio tuo, censuraeque submitterem, ut rei veritate patefactâ Veronenses tui (2)*, te non dissentiente, patiantur Plinium Secundum historiae naturalis authorem a Francisco Petrarchâ Como abductum,* (3) *& Veronae carceri mancipatum, patriaeque suae, unde abductus fuit, & quâ diu caruit* (4)*, ceu postliminio restitui. Nolui enim olim edere, ne quem fortasse veritati refragantem offenderem, veluti Matthaeum Rufum* (5) *virum alioqui doctissimum, sed amore patriae deceptum, qui argumenta Apologiae suae passim collegit, quae nos validioribus (ut reor) probationibus confutavimus, eam legito, & cum ocium fuerit, quid sentias ingenuè (ut tuus est mos) mihi rescribito. Vale.*

Patriam demum condens historiam Benedictus Jovius, cuique supremam manum imposuit anno 1532. (*c*) (6) hanc ipsam argumentationem eâ, quâ suffultus erat totius antiquitatis eximiâ tractavit scientiâ; sed cum talem sortitus esset indolem, ut vix aliquid, & quidem difficulter in publicam lucem emitteret, haec omnia intra domesticos parietes delituerunt, vel saltem paucis calamo exaratos Codices licuit pertractare.

Cuncta tamen Benedicti Jovii argumenta, & studia Andreae Alciato tum penè puero innotuerunt. Hic apud Alciatum ejusdem nominis vicum quinto ab Vrbe Co-

ANNOTATIONES.

(1) Haec adhuc ineditae paucorum manibus teruntur.

(2) Veronenses *tuos* Giberto scribens appellat, eo quia Matthaeus illius Vrbis erat Episcopus. Caeterum hic Genuensis origine apud Panormum natus pluribus annis Veronensi Ecclesiae praefuit, obiitque penultimâ die Decembris an. 1543. Gibertum pietate, & studiis clarissimum docti omnes illius seculi commendarunt. Illum penè puerum laudat Honoratus Fascitellus, firmatâ aetate virum Paullus Jovius, Johannes Casa, Petrus Bembus, Hieronymus Vida, Lazarus Bonamicus, Obertus Foliera, aliique, quos in annotationibus ad hanc epistolam suo loco memoravi. Consule & Clariss. Maffejum, & Ballarinios fratres in Jo: Matthaei Giberti vitâ. Nescio quo malo afflatus genio de illo parum honorificè loquatur Guicciardinus.

(3) Petrarcha duplici loco Plinium Veronensem appellat, nihil tamen de patriae quaestione attingit.

(4) Nullus Comensium ante Jovium hujusmodi disputationem contra Veronenses tractaverat.

(5) Fortasse Franciscus Minicius Calvus insignis typographus Jovii opusculum Ruso vivente minimè edendum judicavit. Nihil tamen ex auctoris epistolâ certi eruitur, ut colligere possimus eâ de caussâ opus suum Calvo misisse, ut illud typis concederet.

(6) Benedicti Jovii historia patria diutius quàm decebat ab exteris ignorata delituit, usque ad annum 1629., quo illam Sigismundus Boldonus ab Antonio Pinello Venetiis edendam curavit. Sed quamvis emendatam a se, & recognitam profiteatur, pessimè habitam fuisse indolemus: iisdem, si non majoribus scatet mendis Lugduni-batava impressio a Pinelliano exemplari unicè desumpta, quam in Petri Burmanni collectione vulgavit Petrus Vanderaa an. 1722.

[a] *Vid. edit. Plinii epistol. Mediol. an. 1518.* [b] *Consule Jovii opera omnia Msst. pag. 53.* [c] *Vid. edition. Ven. an. 1629. p. 254.*

Como lapide natus anno 1492. Jovium eximiè coluit, dilexitque. Quantus in omnibus disciplinis Vir fuerit Alciatus Mediolanensium rerum scriptores, (*a*) imò omnes literarum studiosi, & nos ipsi alio loco indicavimus (1). In rem praesentem illud adnotasse sufficiat, quòd aetatis suae anno vicesimo secundo, frementibus barbaris, novum jurisprudentiae nitorem adduxit, cum reliqua inter dispunctionum libros publicasset anno 1514. (*b*) Ibi Panthei, & Matthaei Rufi, qui Plinium ad Secundorum familiam insulsâ argumentatione traducebant, opinionem convellit (*c*); & Accursii in Romanorum appellationibus lapsum indigitavit (2). Novocomensium demum caussam toto vitae suae curriculo suscepit, eamque in patriis antiquorum inscriptionibus (3), in Mediolanensi historiâ (4), aliisque in operibus, (quorum etiam Clarissimus Muratorius specimen dedit) (*d*) optimo patrocinio illustravit.

Iisdem Benedicti Jovii, & Andreae Alciati temporibus vixit Franciscus Cigalinus, qui patre medico natus genitorem in medicinâ faciendâ longè supergressus, adeò in omnibus disciplinis, & graecis praesertim literis excelluit, ut non tantùm apud Comenses cives suos, sed quoque extra terram Italiam inter doctissimos recenseretur (5). Hujus quaestionis Plinianae negocium quamvis exactè a Benedicto Jovio absolutum affirmaret (*e*), multa tamen & ipse erudita, & validissima congessit, e junioris Plinii epistolis praesertim desumpta, quibus eandem cum avunculo patriam sortitum esse contendit.

Francisco Cigalino Comensem alterum, eique supparem jungemus Gabrielem nempe Paravicinum (6), quem Poëtam, & insignem Oratorem Benedictus Jovius appellat. (*f*) Hujus praesertim auctoritate Gabrielem impulsum fuisse conjicio, ut communem, & ipse caussam tutaretur; talia enim inter Jovii lususoccurrunt. (*g*)

„ Benedictus Jovius Gabrieli Paravicino S. P. D. „

Post Volturrenam tuam (7) de quâ nuper ad te scripsimus non indecorum fore existimavi, antiquitatem patriae nostrae Comi, etsi qui illustres Viri inde prodierunt, literis tradere, quam ad te mittimus, ut si qui sunt, qui nos obscuros velint, & etiam nunc de Plinii senio-

ANNOTATIONES.

(1) Consule orationem, quam Mediolani habui pro novo Ratiocinatorum Collegio an. 1745. fol. XL.

(2) Dispunctionum, & Parergωn libros postea cum secundis curis Alciatus retractasset, nonnulla, quae ipsi exciderant de medio sustulit, vel genuinâ interpretatione donavit. Exemplo sint notae illae OVF., quas in Plinii Caecilii monumento *Olim Veteri Familiâ* fuerat interpretatus: ob hunc errorem (si error conjectura tunc omnibus ignota dicendus est) arguitur a Johanne Massonio, Ludovico Muratorio, Joseph Antonio Saxio, aliisque permultis. Nemo tamen verborum Alciati (quae libro IX. Parergωn Capite 16. occurrunt) recordatus est; ubi notas OVF. OVF*entinam* Tribum significare postmodum novit.

(3) In Plinii Caecilii elogio, quod ex aediculâ Divi Juliani apud Fegium in lucem eduxit.

(4) Rerum patriae, seu Mediolanensis historia LXXV. post Alciati obitum annis Jo: Baptista Bidellius primùm vulgavit.

(5) Franciscus Cigalinus patre Paullo, Avo Mariano, Proavo Augustino, omnibus illustribus Medicis natus anno 1489. obiit aetatis suae LXI., vulgaris aerae 1550., uti autographae Paulli filii annotationes innuunt, quae genitoris libros de nobilitate patriae subsequuntur. Falsus igitur est Ballarinus, qui Francisci obitum viginti annis praeoccupavit (*h*). Multa scripsit Franciscus Cigalinus, quae a Bened. Jovio in patriâ historiâ, & alibi celebrantur. Nonnulla typis concessit a Jovio, & Porcacchio memorata. Longè tamen plura ipsius manu exarata, & nondum edita apud me asservantur, quae multiplicem ipsius doctrinam ostendunt. Eruditas de rebus divinis epistolas Erasmo dedit, uti ex illius responso colligitur, quod vide Tom. III. par. I. Operum Erasmi col. 920. & seq. Inter alia, quae publicam lucem non viderunt tres de Nobilitate patriae libros scripsit, quorum ultimo argumenta, ubi Plinium Comensibus asserit, inveniuntur.

(6) Gabriel Paravicinus politiores literas Comi docuit ab anno 1496. ad 1538., & nonnulla elegantissima illius carmina in Cigalinorum codicibus inveniuntur, fuitque Benedicti Jovii amicus, ut Benedicti ad Gabrielem testantur epistolae.

(7) Cur Volturrenam potiùs quàm Vallem Tellinam dixerit in annotationibus ad orationem meam Comi habitam an. 1734. invenies. Caeterum Gabriel Paravicinus in eâ totius Europae nobilissimâ Valle natus, ut videtur, a Basilio filio Comensis appellatur, quia Tellina Vallis, non tantùm Comensis dioecesis partem componit; sed quia Paravicinorum Gens illustris ab Vrbe Como originem deducit. Nostro Aevo tandem accidit, ut geminae Paravicinorum familiae Comum (unde priscis temporibus bellorum caussâ secesserant) e Valle Tellinâ redierint, splendidoque incolatu antiquae patriae dignitatem adaugeant.

[a] *Vid. Morigiam, Ripamont., Landum, Crescentium, Picinellum, Saxium, Argelatum &c.* [b] *Vid. Jo: Vincent. Gravin. de ortu, & progres. jur. civ. lib. 1. pag. 91.* [c] *Lib. IV. Dispunct. cap. 1. §. Si quis in nomine.* [d] *Thesaur. veter. inscript. tom. II. pag. MCCXXXII.* [e] *Lib. III. de nobil. patriae fol. 19. Mss.* [f] *In Carmine ad Protas. Porrum pag. 214. Mss.* [g] *Vid. Farragin. lusuum pag. 46.* [h] *Chr. Comi pag. 220.*

nioris patriâ, vitilitigent, communis caussae patrocinium adversus invidos suscipere non dedigneris. Vale.

Gabrielis Paravicini de Plinii superioris patriâ opus, quamvis a Basilio ejus filio memoretur (*a*), ubi nunc quaerendum sit, prorsus ignoro. Fortassis in haeredum tablino ignotum delitescit, ut saepius iis accidit lucubrationibus, quas a filiorum diligentiâ publicandas primigenius auctor speravit. Huc usque Jovius, Cigalinus, Paravicinus multa ad Plinii patriam ostendendam collegerant, quae utpote chalcographicis typis minimè concessa a plerisque ignorabantur. Horum tamen labores Thomae Porcacchio (1) homini Etrusco profuerunt, qui Comum veniens, & omnem e bibliothecis tum publicis, tum privatis pulverem excutiens, Benedicti Jovii, & Francisci Cigalini annotata perlegit eâ ratione, ut postmodum illius *Comensis Vrbis Nobilitas* splendidissimâ apud Jolitum editione prodierit anno 1569. Hocce in opere italicâ manu conscripto, quae tum a Benedicto Jovio, tum a Francisco Cigalino fuerant exarata ad superiorem Plinium Comensibus vindicandum, se patrio idiomate reddidisse profitetur. Veriùs tamen a Cigalino voluminis titulum, & multa alia mutuavit; Jovii demum *Apologiam* vernaculâ linguâ dum aemulatur, auctoris sensum non ubique assequitur: unde, qui acri praeditus ingenio a Ghilino affirmatur, haud omnino literario Virorum illustrium theatro dignus, & mediocri instructus supellectili alienos labores a nativo candore dejecisse mihi videtur. Obiit Porcacchius anno 1585. (*b*) Meliora sanè Porcacchio congessit, & Aegyptiorum veluti opibus suffarcinatus in harenam descendit Paullus Cigalinus, laudati Francisci filius, quartus familiae suae continuâ serie medicus (2); neque doctrinâ, graecarumque literarum cognitione patre minor; imò illi, medendi felicitate, docendique famâ longè praehabendus. Hic dum primum artis suae in Imperatorio, Regioque Ticinensi gymnasio occuparet subsellium, & Plinium (ubi de materiâ medicâ agit) interpretandi provincia ipsi obvenisset, injunctum munus duplici, eâque elegantissimâ oratione praeoccupavit (3). Primâ namque Plinii patriam, Comum indigitare, secundâ verò naturalis historiae fidem, atque auctoritatem elevare curavit. Vtramque habuit paullo ante, quàm supremum diem obiret, quòd contigit anno nonagesimo octavo supra millesimum, & quingentesimum, maximo bonorúm omnium moerore. (*c*) De edendis praelectionibus tum agebatur, quae calamo tantùm exaratae discipulorum manibus terebantur (*d*) Hieronymus Tattus, cujus recordatio in Plinianis interpretibus occurrit, Cigalini opus magni fecit, cum ait (*e*) *quòd Plinius Novocomensis fuerit vide tractatum Pauli Cigalini Novocomensis praeceptoris mei nunquam satis laudati*. Hujusmodi Hieronymi Tatti verba ad annum 1601. rejicienda sunt, quo nondum typorum auxilio Cigalini lectiones appa-

ANNOTATIONES.

(1) Thomas Porcacchius, seu Porcacchus apud Castellionum Arretini Agri vicum natus ob editum Comensis Vrbis nobilitatis opus *La nobiltà della Città di Como*, & praecipuè ob vindicatum Comensibus Plinium laudatur a Basilio Paravicino, Francisco Ballarino, Primo Aloysio Tatto, aliisque. Hoc in opere Porcacchius sic mentem suam aperit (*f*) *ho io pensato di registrare un discorso apologetico di M. Benedetto Giovio, che tolse a diffendere il suo compatriota contro Mattheo Ruffo, & Gio: Antonio Pantheo aggiungendovi ancora altre autorità, & ragioni*. Hujusmodi Etrusci hominis confusa verba errandi occasionem praebuerunt Francisco Polae, & Polycarpo Palermo, ut Benedictum Jovium eodem eloquio de Plinii patriâ scripsisse affirmaverint. Mirandum, quòd cum Porcacchius in ipso operis fronte se ad Arretinos spectare dicat, & ubique Etruscus appareat, Comensis ab Astrucio vocitetur (*g*).

(2) Paullus Cigalinus fratrem habuit Zanninum medicum & ipsum illustrem, utpotè qui *sci..tiâ, usu, felicitateque, ac disciplinarum omnium cognitione* singularis in apposito epitaphio appellatur, quod Comi in Aede maximâ spectatur.

(3) Vtramque praelectionem Cigalinus in celeberrimae Academiae *Affidatorum* aulâ recitavit. Vid. pag. 1. Patrui opus Paullus Franciscus Cigalinus inscripsit Ptolemaeo Gallio S. R. E. Cardinali, qui innumeris beneficiis patriam suam Comum ditavit.

[a] *In Praefat. ad Lector. in tract. Apologet.* [b] *Vid. Hieronym. Ghilin. theatr. pag.* 419. [c] *Vid. Franc. Ballar. Chron. Com. pag.* 220. *Prim. Aloys. Tattum in append. ad III. decad. an.* 1598. *pag.* 71. [d] *Vid. praefat. Basil. Paravicini ad lectorem.* [e] *In fine Cod. Mss. histor. natur.* [f] *Libr. I. pag.* 40. [g] *Histor. natur. Occitaniae:* (du Languedoc) *par. II.* 12. *p.* 285.

apparuerant; quatuor enim post annos nempe 1605. Comi publicam lucem viderunt, illarum editionem curante Paullo Francisco Cigalino fratris filio. Johanni Alberto Fabricio, (*a*) & Petro Burmanno (*b*) innotuerunt, & naturali historiae praefixas recudit Marnius Francofurti anno 1608., & Hackii Lugduni Batavorum 1669., (1) laudatusque Burmannus histor. Italiae tom. IX. Cigalinum Plinii vitam scripsisse affirmat Ballarinus; minùs tamen rectè loquitur, cum multa quidem ad Plinium spectantia hocce in opere attigerit Cigalinus; quod tamen C. Plinii vita nusquam poterit appellari. Cum igitur sextodecimo ineunte seculo de edendis Cigalini praelectionibus eo pacto tractaretur, ut de earum impressione nonnulli dubitarent: Basilius Paravicinus, Gabrielis, cujus supra meminimus, filius, & ipse insignis medicus ***apologeticum*** opus Comi vulgavit (2) anno 1601., quo inutilibus resecatis argumentis, se permulta noviter addidisse, ut Plinium Novocomensem ostenderet, non absque ratione affirmavit. (*c*) Haeserat aliquo tempore Paravicinus, utrum a se compacta publici juris faceret, quia non ignorabat patriae caussam eleganti oratione a Paullo Cigalino defensam; sed cum illius labores adhuc a tenebris premerentur, & typographicae lucis spes in dies decresceret: lucubrationem suam amicis suadentibus interim vulgandam constituit. (3) Rationem addit, cur ipse opusculum patrio idiomate conscripserit, ut ab omnibus nempè intelligeretur. Argumentatione potiùs, solidisque rationibus, quàm verborum cultu innixus, opus suum Ptolemaeo Gallio Grabadonae Comiti inscripsit (4).

Quid de Cigalini, ac Paravicini laboribus sentiendum, ex infra dicendis magis constabit, cum in toto operis corpore illos contra Polycarpi Palermi accusationes tutari conabor; atque in plerisque non Cives nostros, sed Veronensem jurisconsultum falsum esse ostendam. Fuit Paravicinus Vir doctus, & probus, latinis literis abundè instructus, uti ex ejus scriptis liquet arguere. Autographa prae aliis epistola ad Nicolaum Peregrinum medicum illustrem data anno 1553., satis ostendit quânam disciplinarum omnium culturâ splendesceret. Artis suae theoremata in Patavinâ Vniversitate explicavit anno CIƆ.IƆ.L. (*d*) Ptolemaei Cardinalis Gallii famulitio addictus multis annis Romam incoluit, indeque in patriam reversus, solidioribus curis intentus, medicum pallium ecclesiasticâ veste commutavit, remque divinam licèt decrepitus conficiens ad plures transiit anno 1606.

Nemo Veronensium, Jovii, Porcacchii, Paulli Cigalini, & ipsius Basilii Paravicini scriptis occurrebat; imò neque unus post Pantheum, Rufum, & Bechichemum hanc disputationem, nisi perfunctorio calamo, alibique cursum intendens susce-

ANNOTATIONES.

(1) Opus Cigalini ab aliis memoratur, & praesertim a Jacobo Perizonio, Johanne Massonio (*e*) Jo: Alberto Fabricio (*f*) a Jo: Nicolao Funcio paginâ 540. In Bibliothec. Falconetiâ, &c. Videtur quòd Johannes Laetius tempora quibus scripsit Cigalinus, nimiùm protrahat: cum enim ipse Plinii editionem Lugduni Batavorum absolveret anno 1635.; atque in operis coronide quaestionem de Plinii patriâ attingat „ scripsere, inquit, (*g*) de hac controversia multi „ alii, & nuper copiosè Paulus Cigalinus Novocomensis. „

(2) Allata Bib. Falconetia.

(3) Hujus quoque opusculum Ballarinus Plinii vitam appellans, eodem jure, quo Cigalini lectiones, parique titulo deformat. Paravicinus librum nuncupavit *Trattato Apologetico — nel quale si prova, che Plinio Secondo autore de la naturale historia fu Comasco &c.*

(4) Ptolemaeus Gallius natus est Marco Ptolemaei Cardinalis fratre: Scaldasolis Marchio, Grabadonae, Dongi, & Surici Comes, Divi Jacobi Eques; subinde Albeti Regulus (*Duca d' Alvito*) obiit Comi anno 1613. Ab hoc Ptolemaeo Gallia Comensis Gens plures in familias distincta effluxit, quarum duo adhuc supersunt Albetina Neapoli degens, & Trivultia Mediolani; ubi paterni, maternique generis gloriam aemulatur Antonius Ptolemaeus S. R. I. Princeps Trivultius, ex Hispaniarum Magnatibus, Aurei Velleris Eques &c. Neque minor familiae ornamento fuit Maria Cajetana Archinta Ptolemaei uxor Mariae Ludovicae Galliarum Regis Primogenitae Hispaniarum Infantis cubiculo praeposita anno 1754., quamque ad plures transisse tertio Kal. Octobris anno 1762. deflere non sinam.

[a] *Bib. latin. tom. I. cap. XIII. pag. 401.* [b] *Thes. antiquit. histor. Ital. tom. IV. part. I. in praef. ad histor. patr. B. Jovii pag. II.*
[c] *In praefat. ad lector.* [d] *Facciol. Fast. gymn. Patav. tom. I. pag.* 380.
[e] *Initio vitae Plinii junioris.* [f] *Bibl. latin. tom. I.* [g] *Tom. III. pag.* 579.

ſuſceperat. Quaecumque enim Onuphrius Panvinius, (1) vir caeteroquin doctus, in Faſtis recollegit (*a*), ii antea attigerant; & parum etiam prudenter mutilam inſcriptionem ad ſenioris Plinii genitores ſpectare, ipſius quoque Joſephi Scaligeri teſtimonio (*b*) affirmavit. Torellus Saraina (2), (*c*) Hieronymus Curtius (*d*), Johannes Franciſcus Tinctus (*e*), aliique (3) Plinium quidem Veronenſibus attribuunt, ſed horum dicta nullâ firmantur auctoritate, cum praecipuè ad Secundorum familiam, quae nuſquam extitit, reſpiciant. Arnaldus Pontacus (*f*) Epiſcopus Vaſatenſis Veronenſem ſeniorem Plinium fecit, & verba latini chronici *periit dum inviſit Veſuvium* in nonnullis codicibus deſiderari adnotavit.

Joſeph Scaliger paucis poſt Arnaldum annis in harenam deſcendens Veronenſium ſuorum partes juvit, & Pontaci obſervationibus adhaerens Plinianae vitae ſcriptorem pluſquam quatuor ſeculis poſt Suetonii obitum, illumque Hieronymo recentiorem aſſeruit; totus demum in *conterranei* verbi explanatione innixus, conterraneos illos dici pronunciat, qui eidem matrici urbi attribuuntur, *ut Sirmio priſcorum Scaligerorum ſeceſſus*, (4) *unde domus Catullo erat*, *accenſebatur Veronae*, *propterea Plinius Veronenſis*, *& Catullus Sirmionenſis*, *conterranei ſunt*. Quàm verò hujuſmodi infirma ſint, doctorum, & quidem Gallorum, Italorumque teſtimonio reprobata oſtendemus; pro quibus nunc ſufficiat Hadriani Turnebi auctoritas, qui *nec ſequitur*, ait (*g*) *ex hoc loco Plinium eſſe Veronenſem*, *potiùs quàm Novocomenſem*, *poſſunt enim ex eâdem terrâ eſſe*, *qui non ſunt ex eâdem vrbe;* Turnebo addamus Catullum non Sirmionenſem, ſed Veronae natum in Euſebii latino Chronico affirmari, ut etiam Illuſtris Maffejus adnotavit; (*h*) unde falſam *conterranei* ſignificationem quamvis a Lexicographis receptam dignoſcimus.

A Scaligero prolata doctiſſimis tamen viris placuiſſe haud inficior, quos inter Iſaaccus Caſaubonus (5) in illius ſententiam pedibus, manibuſque ivit, & naturalis hiſtoriae ſcriptoris vitam Suetonio indignam pronunciavit, addiditque (*i*) *ſcripſiſſe tamen Tranquillum Plinii hujus vitam teſtimonio eſt locus ille*, *quem ex ejus libro de Viris illuſtribus laudatum commemorat Achilles Statius*, *dum idem Plinius legiones in Siciliam duceret eruptione favillarum ab Aetnâ eructantium praefocatus interiit anno vitae ſuae LVI.* Futilia adeò Caſaubonum ſcripſiſſe quis credet? Attamen cum iterum in Plinianae vitae examine veniant penſitanda, illum, reliquoſque omnes, qui antea vixerunt, auctores omittam, ut ad Polycarpum Palermum, qui unus pro omnibus ſufficit, me citiùs conferam.

Polycarpus Palermus Veronenſis Jureconſultus *Vir in forenſi pulvere quotidie verſatus*

ANNOTATIONES.

(1) Onuphrius Panvinius obiit florenti aetate anno vulgaris aerae 1568. Vid. Theatrum Ghilini pag. 342. Tirinum Comm. in Sacram Scripturam in Syllabo Auctorum: Scipionem Maffejum Ver. Illuſt. Par. II. libr. IV. col. 183.

(2) Torellus, ſive Taurellus Saraina antiquior rerum Veronenſium Scriptor vetera quoque patriae ſuae elogia complexus eſt, quae anno 1540. in publicam lucem emiſit. Scipio Maffejus alia quoque Sarainae opera recenſet Veron. Illuſtr. libr. II. Part. IV. col. 197.

(3) Aliorum teſtimonia, qui Plinium Veronenſem fuiſſe aſſerunt Polycarpus Palermus congeſſit, quorum judicium in Conterranei praeſertim explanatione invenies. Ex Veronenſibus porrò, qui Plinium civem ſuum fuiſſe contendunt (praeter a nobis hic, atque alibi allatos) Petrum Donatum Avogarium in libro de Viris illuſtribus, & Bartholomaeum Vitalem Equitem I. C. recenſet (*k*). Hic ultimus eodem Palermo referente de Plinii Patriâ ſingulari opere diſceptavit. Avogarii, & Vitalis labores in tablinis deliteſcere exiſtimo. Omnium vetuſtior fuit Guilielmus Paſtregius, qui Plinium Veronenſem XIV. ſeculo affirmavit, uti ad Jo: Manſionarii ſectionem innuimus. Miror Palermum civis ſui opus typis licèt conceſſum ignoraſſe.

(4) Joſeph Scaliger ad Burdoniam leviſſimam familiam procul dubio ſpectabat. Attamen cum Julius Caeſar Joſephi pater originem a Scaligeris Principibus, qui Veronae imperaverunt, deducere non dubitaſſet; genitoris commenta filius pertinaciſſimo ſpiritu propugnavit, unde hic etiam priſcorum Scaligerorum memoriam ingerere nitebatur.

(5) De Caſaubono, caeteriſque conſule librum XII.

[a] *Comm. ad Faſt. ann. 853. & alibi.* [b] *Comment. ad Euſebii Chronicon.* [c] *In libro de Vir. illuſt.*
[d] *Hiſtor. Veron. libr. I.* [e] *Orig. Veron. pag. 26.* [f] *In not. ad Chron. Euſeb. pag. 602.*
[g] *In annotat. praefat. ad hiſt. nat.* [h] *Ver. illuſtr. de Catullo.* [i] *In animad. ad Sueton.* [k] *Lib. II. cap. 6. pag. 106.*

tus (*a*), ſed cui eruditionis, & politioris literaturae ornamenta minimè defuerunt, tres de verâ C. Plinii Secundi ſuperioris patriâ, atque eâ *Veronâ* libros edidit anno 1608., (1) quibus Paulli Cigalini, aliorumque contrariam ſententiam confutare intentavit. Atque utinam juris prudentiae, & politioribus literis addictus homo neceſſariae in ſcribendo modeſtiae minimè oblitus eſſet, ut non minùs argumentationibus, quàm jurgiis, contumeliiſque toties diſceptans, calumnias quoque in Comenſium opprobium adducere non dubitaverit. In ipſo operis fronte, quod Hieronymo Novarino, & Lycurgo Spolverino Veronae Duumviris dicavit, Plinium ope ſuâ patriae ſervatum, & e Comenſium manibus, qui illum Veronenſibus eripiebant, aſſertore calamo vindicatum affirmat; ipſius verò laboris diu efflagitati editionem in longum diſtuliſſe, quò perfectiùs, & limatiùs prodiret; illam tamen *immaturâ, & fortaſſis etiam praecipiti feſtinatione* acceleraſſe ex jam nimis concitato Comenſium animo, qui in Plinio Veronenſibus adimendo totus inhiabat. Similia glorioſè magis, quàm verè prolata miſſa faciamus; non autem, quae addit, Comenſes nempe *iſtaec ſua figmenta non ſolùm per totam Italiam* (*diverſis libellis infra ſex annos proximos ſubinde editis*) *latè, brevique tempore circumtuliſſe, verùm etiam Germaniam, & alias Tranſalpinas provincias — eiſdem ceu labe quadam, vel potius faſcino contaminare voluiſſe, excusâ praeſertim illis curantibus nuperrimè Francofurti unâ cum Plinii noſtri libris de Naturali hiſtoriâ quadam Pauli Cigalini medici Comenſis oratione* (*ut ab amicis audio*), *quâ veram illius Patriam Comum fuiſſe acutè magis diſſerit, quàm verè probat, minimè tutum eſſe ratus, nec e Patriae dignitate amplius cunctari, & libellorum meorum, quos jamdudum conſcriptos paulatim recenſebam, editionem longius ſupprimere, ad illam quamquam invitus feſtinanter acceſſi, ne tam effuſa licentia ulterius impunè vagaretur, vel ſaltem ut noſtris rationibus, ceu moly quodam deguſtatis, quicumque fortaſſis tam noxiis veneficiis tenebantur, ſalutari remedio opportunè ſanarentur.*

Figmenta perſaepe, & quidem pueris ipſis dignoſcenda a Palermo in ſcenam allata, toto opere occurrunt, quae tamen auctori, non Veronenſibus omnibus objiciemus. Cur diverſos Comenſium libellos appellat, quando unicè tum temporis Paravicini, & Cigalini opuſcula prodierant; caetera verò, atque ante ipſius nativitatem ſcripta quidem, ſed typis minimè vulgata omnino ignorabat? (2) Numquid a Cigalino, Paravicinoque impreſſoribus conceſſa, tantum acerbitatis virus evomebant, ut Germania, & Tranſalpinae regiones labe, & faſcino contaminarentur? Quiſnam Palermo retulit Cigalini orationes Comenſium ſollicitudine Francofurti recuſas? ſegnes profectò hacce in curâ fuerunt Cives mei, cum neque unum Marnianae editionis exemplar Comi inveniatur. Sed non alia profectò ratio excogitanda erat, niſi quòd Claudius Marnius, cum recentiſſimam naturalis hiſtoriae editionem pararet, Paulli Cigalini praelectiones, quae triennio ante Comi lucem viderant, lucri gratiâ recuderit, cum hac de re unicè typographus, neque de Plinii patriâ angeretur. Fortaſſe Comenſes a Cigalino propugnata, tantis poſt Polycarpi Palermi obitum annis tertiò edenda curaverunt, cum Hackii Lugduni Batavorum ſuam naturalis hiſtoriae impreſſionem moliebantur? Sed uni Palermo hujuſmodi conjecturae placeant, qui modò ſupinam Comenſium ignorantiam arguere, mo-

ANNOTATIONES.

(1) Palermi opuſculum recuſum fuit in Theſauro Hiſtor. Italiae Tom. IX. poſt Paulli Cigalini orationes. Innotuit Antonio Teiſſerio, apud quem legimus adverſus *Cicalicum* (reſtitue Cigalinum) ſcripſiſſe (*b*). Vtriuſque lucubrationes ritè memorantur a Freytagio (*c*); atque in ſyllabo Biblioth. Falconetiae, Bunavianae &c.

(2) Quae Benedictus Jovius ſcripſerat, nuſquam attigit, ut ex infra dicendis nitidiùs conſtabit.

[a] *Vid. Francisc. Polam. lib. II. elog.* [b] *Catalog. Auctorum pagin.* 278.

[c] *Apparat. literar. tom. I. num. XXXIV. pag.* 117.

modò tenebras discutere: demum populum integrum insectari non destitit, ubi aliquem ex Civibus nostris errasse contendit. Quale a similibus encomium consequatur, ii dijudicent, qui & nostra, & illius opera volutabunt. Quis enim credet, hominem, qui se verae gloriae stimulo incensum tali pacto descripsit, & tam grandia de se promens ingessit eâ methodo, quâ neque aliquis e priscis Ecclesiae Patribus loqueretur: adeò perfrictae frontis fuisse, ut Cives omnes nostros ineptâ argumentatione criminari non erubuerit. *Haec ego*, inquit (*a*), *dum mecum ipse recolo, saepissimè autem recolo, nihil unquam habui antiquius, quam actiones meas ad rectam rationis normam ita dirigere, ut me, & ipsius vitae nunquam poeniteat, & posterorum memoriam, cujus desiderio in primis teneor, non reformidem.* (1) Post haec Palermus se a Basilio Paravicino, ad praelium magis, quàm ad scribendum magnâ animi confidentiâ lacessitum describit; (*b*) sed cur ipse in Paravicinum congesta, atque ante quinquennium Augustino Cardinali Valerio lecta, Paravicino vivente non edidit? cur lacessitus pugnam tanto tempore detrectavit; cumque hoste praelium post octogesimum annum ineunte, illo tantùm vitâ defuncto publicavit, ut Pliniano adagio, nova larva cum mortuis luctaretur? talibus demum armis congressus est, ut non omnia suorum hostium tela dignoverit, & statim affirmaverit, Benedictum Jovium italicâ linguâ, quâ Paravicinus scripsit, hanc disputationem tractasse, ut in ipsissimum Francisci Polae errorem & ipse incideret, qui Plinium Civibus suis arrogans: *Quidquid*, ait (*c*), *Novocomenses illum nobis semper inviderint, & surripere temerè contenderint, ineptâ planè sententiâ, & deredicul is conjecturis; quas primùm a Benedicto Jovio Etruscè perscriptas, mox a Paulo Cigalino eruditâ, perpolitâque oratione peroratas, a Basilio denique Paravicino frigidâ, & insulsâ, in unum collectas, editas, pugnacissimo spiritu confutavit, & contrivit Polycarpus Palermus J.C., & Philarmonicus noster; vir quidem in forensi pulvere quotidie versatus; sed & omnium politiorum literarum, antiquitatisque omnis scientissimus: cujus in hoc genere libellus latinè conscriptus propediem prodibit.*

Haec Polae etiam ampullas projicientis sententia mitiori stylo coërcenda apparebit, ubi neque Plinium Veronensibus invidisse, neque ineptâ argumentatione, nec derididiculis conjecturis Novocomenses pugnasse, neque Etruscè Benedictum Jovium aliquid circa Plinii patriam scripsisse, neque tam frigidâ, & insulsâ manu opellam suam Paravicinum digessisse, Deo juvante, ostendere conabimur. Verùm ad disputationis historiam recurrat oratio, ut non dubiae vanitatis indicia in Palermi praefatione deprehendamus. *Toto* inquit, (*d*) *opere jam exacto, & manu jam de tabulâ, ut ajunt, sublatâ, cum nihil aliud restaret, nisi ut propediem typis excudendum traderetur, ecce repente nuntiatur dari operam a Comensibus, ut imprimeretur quaedam Pauli Cigalini medici Comensis oratio aliàs Ticini habita, quâ multis argumentis & ipse nititur, ut Plinium, de quo agimus, a nobis avertat, & civem suis Comensibus adsciscat: quo nuntio allato aliquâ morâ conatus nostri intercepti sunt, neque enim sine magnis Comensium consiliis haec acta fuisse existimabam, mecum ita statuens, hanc illos artificem dimicandi rationem iniisse, ut postquam ipsum Paravicinum velitis specie, aut antecursoris alicujus, primò emissum, insignem aliquem bellatorem, atque ipsum porrò Cigalinum hac suâ oratione suas partes pugnaciter tuentem in nos armarent, atque ita me (quem Paravicini libello respondere praesenserant) vel incautum opprimerent, vel gravissimi hominis auctoritate permotum a scribendo deterrerent. Illam igitur jamdudum editam cum mibi primus omnium vir cla-*

ANNOTATIONES.

(1) Sententiam mutuatur a Plinio Caecilio libr. V. epist. 8.

[a] *Praefat. pag.* 1. [b] *Pag.* 2. [c] *Eleg. lib. II.* [d] *Pag.* 5.

clarifs., & consiliorum meorum non ignarus Jordanus Seraticus Comes tradidisset, avidissimè semel legi, mox iterum, ac saepius legi; utque in eâ summum hominis ingenium, nec obscura magnae eruditionis argumenta sum conspicatus, ita nihil prorsus fuit, quod me a priore sententiâ revocaret. Quamvis enim omnia acutè, multa probabiliter, & singula miro ordine subtilis disputator edisserat, ea tamen esse videbam, quae facillimè suâ congruâ responsione tollerentur: sic itaque alacri animo intermissum diu studium revocavi, & toto opere revoluto, bisque suo loco, quàm aptiùs fieri potuit, insertis, quae ad solutiones argumentorum Cigalini spectabant, tandem scribendi finem feci: ac tanto rerum successu, sicuti mihi persuadeo, ut in posterum Comenses de Plinii Patriâ quaestionem nobis refricantes non simus amplius audituri.

Bonâ tamen Palermi pace huc usque allata sibi invicem opponuntur; librum propediem typographo traditurus erat; cum ipsi relatum est Comenses dare operam, ut Cigalini oratio in publicam lucem prodiret. Vnde, quaeso, id aliquo consilio a civibus meis peractum judicavit Palermus; quando omnino contraria affirmare debuisset? Ideo enim opus suum Paravicinus vulgasse asserit, quia a Cigalino recitata adhuc delitescebant, verebaturque, ne ampliùs typographis concederentur. Vtrùm Palermum Paravicino respondentem Comenses praesenserint, prorsus ignoro. Id sanè compertum habeo, neque ante, neque post illius operis editionem Palermiani laboris meminisse (1). Cigalino jam vitâ functo, quaenam gravissimi viri auctoritas Palermo erat suspicienda? (2) Num fortassis a recentissimo scriptore poterat edomari, quem Hermolai Barbari, Tristani Calchi, Johannis Mariae Catanaei, Gaudentii Merulae, Andrae Alciati, Antonii Fabri, Turnebi, Vineti, aliorumque sententiae, (3) a suscepto consilio non amoverunt? Avidissimè semel, iterum, ac saepius Cigalini orationem *jamdudum editam* (4) se legisse profitetur; sed quâ de caussâ illam sibi antea mittendam non curavit, cum tanto hujus disceptationis pruritu angeretur; & qui propediem librum vulgare intendebat, eôdem contextu *intermissum diu studium* revocasse subiicit. Demum quâ nam fiduciâ victoriam, & perpetuum Comensium silentium sibi persuadit, cum vix superioribus pagellis scripsisset dubitare ne opus suum *potius praecox, immaturusque foetus, quâm justus, absolutusque partus videretur.*

Quid de hujus operis valore sentiamus totis hisce disquisitionibus constabit, cum in plerisque Palermo refragemur. Nihil enim ab illo adductum omisimus, non dissimulatis interim Jovii, Cigalini, Paravicini, caeterorumque civium nostrorum erroribus; qui tamen tolerabiliores Panthei, Rufi, Becichemi, Sarainae, Curtii, ipsiusque Palermi excogitatis comparati evadunt. Quae verò Palermus primùm invenit, haud difficili labore infirmari posse credo; & quidquid a nemine civium nostrorum adhuc peractum fuerit: talem provinciam vix dum vulgatis Palermi libris a Laelio Bisciolâ Societatis Jesu Theologo (ut potè de viro doctissimo liquet con-

ANNOTATIONES.

(1) Franciscus Ballarinus, Paullus Bertarellus, Johannes Bonanomius, Primus Aloysius Tattus cives nostri, qui post Palermum hanc de Plinii patriâ quaestionem agitarunt, illius nunquam meminerunt. Neque alius, quòd sciam; illudque mihi mirandum magis evadit Palermi opus in Hieronymi Borsaerii ad Laelium Bisciolam epistolis minimè recenseri, quamvis illius cognitio Bisciolae non defuerit: fortasse Borsaerius hanc quaestionem tractavit in illis Theatri sui partibus, quas delitescere summopere indolemus.

(2) Cigalinum ad plures transiisse e Paravicini opusculo Palermus didicisse tenebatur.

(3) Allati Scriptores inter multos non verbis tantùm, sed adductis argumentationibus Novocomensium caussam propugnaverant.

(4) Cigalini orationem jamdudum editam affirmat, cum anno 1605. unicè apparuisset.

jicere) ſuſceptam fuiſſe arbitror, atque hac fortaſſis de cauſsâ Hieronymum Borſaerium (1) tanto oneri haud imparem; memoratum Biſciolae officium reliquiſſe.

Comum tum incolebat Laelius Biſciola Mutinenſis (2) vir non apud ſuos tantùm, ſed ubique eruditionis famâ notiſſimus. Hic ut ex multis Borſaerii epiſtolis conſtat Plinium Novocomenſibus vindicandi cauſſam ſuſcepit, pluribus ab eodem Borſaerio notionibus inſtructus, qui amicum hiſce verbis patrio idiomate ſcriptis hortatur, ut operi ſupremam manum induceret. (*a*) *Optimis utique inſiſte principiis, quibus niteris, ut ſeniorem Plinium Novocomenſem fuiſſe oſtendas, tanto magis cum ad me ſcribas, te non abſque ſcrupulo oppoſitam ſententiam tutari poſſe*. Labores ſuos ad optatum exitum Biſciolam perduxiſſe indubio patet argumento, itemque de illis in publicum emittendis cogitabat; quod tamen minimè accidit, cum aliquibus ſibi parum faventibus Jeſuitis opus ſubjicere detrectans; publicationis facultatem a ſupremo Societatis Praepoſito impetrandam cenſeret. Lucubrationem Biſciola Comenſibus Decurionibus, ut videtur, inſcripſit, quibus librum edendi onus incumbebat: & Aloyſio Tatto primam Annalium decadem publicante anno 1663. incolumis in publico civitatis Archivo ſervabatur (3). Nunc tamen, neſcio quo malo fato, deperditam indolemus, cum neque ego laudatum opus, neque Fulvius Tridius Comenſis Patricius totius antiquitatis ſtudioſiſſimus, & diligens indagator illud invenire valuerit. Liquidè mihi conſtat aliis quoque Biſciolae opus innotuiſſe, & praeſertim Sigiſmundo Boldono, qui cum ſuam Larii deſcriptionem publicaret anno 1617. *Comenſem*, inquit, (*b*) *eſſe ſeniorem Plinium adeò jam percrebuit, ut nullus ſit dubitationis locus. Caeterum & validiſſimis argumentis Benedictus Jovius, & tandem Jeſuita Biſciolus, qui municipum ſuorum bonori conſulens in id demonſtrandum omnes intendit nervos, tam palam id, & perſpicuum vel diſputationibus, quibus ora adverſariorum obſtruxit, vel luculentiſſimis commentariis fecit, ut qui rurſus velint baec pertimeſcere, quae jam ille extorſit, non conſtantiae, aut acuminis laudes, ſed* ευτυχιας *appellatione ornari a bonis debeant*.

Franciſcus Ballarinus, qui tertiam Comenſis Chronicae partem edidit anno 1619. Lae-

ANNOTATIONES.

(1) Hieronymus Borſaerius qui XV. labente ſeculo, & XVI. ineunte floruit, Vir fuit nemini ob multiplicem eruditionem poſthabendus. Hujus lucubrationes plerumque ineditae adhuc ſunt, quarum meliorem partem poſſidebat Hieronymus Marchio Herba, Caeſaris, & Auguſtae a penitioribus conſiliis, novumque Senatui Mediolanenſi additum decus, cum in tantâ ſanguinis, ac dignitatum claritudine politiores literas ubique, & impensè adamaverit. Viri optimi laudes libentiùs hoc loco ingero; quia Borſaerianos codices mihi ad multum temporis commodavit: obiit anno 1761. Borſaerium Frideric. Card. Borromaeus (cujus ſervitio addictus erat) Jo: Baptiſta Guarinus, Erycius Puteanus, Aquilinus Coppinus, Jo: Boterus, Franciſcus Card. Mantica, Marcus Velſerus, Franciſcus Barbus Patriarcha Aquilejenſis de Romanâ, Graecâque hiſtoriâ toties conſulebant. Philippo Argelato Mediolanenſem Bibliothecam invulganti plura Borſerii opera indigitavimus; illumque demum horrendâ anni 1630. peſtilentiâ necatum conjicimus. De Plinii patriâ adverſus Veronenſes nonnulla congeſſerat Borſaerius, quae an adhuc in ejus codicibus inveniantur, non auſerim affirmare.

(2) Minorem de Biſciolae operibus opinionem, ſeverumque judicium profert Morhofius, illumque retulit *ad locorum communium ſcriptores gregarios* (*c*): Biſciolae *horarum ſucciſivarum* volumina mendosè edita pariter aſſerit, quod ultimum ſatis verum. Ipſe tamen Mothoſius oſcitanter titulum legit, cum Biſciolam Hiſpanum faciat, & operis inſcriptionem invertat; quae eſt hujuſmodi *Laelii Biſciolae Mutinenſis horarum ſubceſivarum Tomus Primus*.

(3) Primus Aloyſius Tattus, cum peculiari ratione auctores recenſeret, qui Plinium Comenſibus vindicarunt, hiſce verbis Laelium Biſciolam ultimo loco nominavit „ *Lelio Biſciola Theologo inſigne della Compagnia di Gesù in un opera di molto pregio c' hora ſi conſerva nell' archivio della Città di Como* „. Annal. Sacr. Decad. I. ad ann. Chr. 81. Vid. & syllab. Auctor pag. 1039.
Biſciola, ex privatis, ut ſuſpicor, controverſiis nonnullorum ſodalium ſuorum cenſuram reformidabat; ideoque ad Joh. Paullum Olivam ultimò provocavit, qui operis edendi facultatem conceſſit. Inter multas Borſaerii ad Biſciolam epiſtolas, hanc quia brevem ſubiiciam, unde ad illum quoque de hoc opere imprimendo ſcripſiſſe conſtat. Ita enim reſpondet Borſaerius. „ Al P. Lelio Biſciola: Como: Tutio è venuto alla ſentenza. Troviſi il quarto Vfficiale, „ e reſterà liberato il prigionere. V. R. ſaprà forſe meglio di me, che per ordine proprio della Compagnia non „ poſſono pubblicarſi opere di fratelli, ſe prima non ſon paſſate per le mani di quatro riveditori, i quali ſogliono „ darne i voti ſegretamente a chi loro elegge per coteſta carica. Scriva dunque ella quanto deſidera al Provinciale, „ che hora ſi truova in Genova, e ſarà maggiore Apollo a ſe medeſima di quello, che poſſa in ciò eſſer io. Di „ Milano „. Quem carceri mancipatum innuit, is erat Plinianus Biſciolae foetus, nominatiſque tribus cenſoribus quartus adhuc deſiderabatur.

[a] *Tom. I. epiſt. Mſs. pag.* 355. [b] *Pag.* 77. [c] *Polybiſth. literar. tom. I. cap.* 21. *pag.* 246.

Laelii Bisciolae multâ cum laude sermonem ingerens sibi illius de Plinii patriâ opus notum fuisse innuit (*a*). Habent certè cives mei haud levem dolendi caussam, quòd memorata Bisciolae disceptatio in publicum tunc temporis non apparuerit; in praesens verò ubi lateat, ignoretur. Mihi verò haud levis subsidii evasisset, ut tot implicatas nexibus quaestiones, doctissimi hujus viri, veluti phosphori alicujus processu rescinderem. Quis enim dubitabit, an strenuè, ac feliciter suscepto oneri defunctus fuerit, cum omnia ex Bisciolae calamo profecta limam sapiant, & ad Cleantis, ut ajunt, lucernam sint elaborata? Illum Palermi libris respondisse temporum vicinitas, argumentum superioribus annis a Cigalino, & Paravicino tractatum, immensum cum sapientissimis aetatis suae hominibus literarium commercium utique suadent. Vlterius tamen progredi haud inspecto opere prohibemur. Nondum tamen spe decidimus, quòd ex aliquâ Jesuitarum bibliothecâ, ubi autographum Johanni Paullo Olivae missum delitescat, in publicam lucem hoc tandem seculo eruatur.

Aliquâ saltem ex parte vatem me hoc loco fuisse exitus comprobavit, nam Carolus Innocentius Rozzonus Societatis Jesu Presbyter, Vir politioribus literis, Mathematices scientiâ, morumque candore spectatissimus Laelii Bisciolae Commentarios in septimum Plinii librum mihi insperatò obtulit, quosque absolutis jam Plinianis disquisitionibus ad longum temporis volutavi. Quatuor Tomis comprehenduntur; inque operis exordio disputationem de Plinii patriâ Novocomensium favore suscepit. Pauca quaedam, sed optimo judicio adversus Polycarpum Palermum congessit; quâ de re fusiùs, ubi de septimi naturalis historiae libri illustratoribus disseremus. Videtur quòd alia etiam de Plinii natali solo tractaverit; haec epistolis italicâ manu exaratis conclusit, quarum inveniendarum spes jam nulla superest (1).

Post Bisciolam nemo, quòd sciam, peculiari opere de superioris Plinii patriâ disceptavit; sed cum de illius natali solo apud eruditos sermo incideret, modò Veronensibus, modò Comensibus attributum invenio. Primus Aloysius Tattus (*b*), Johannes Bonanomius (*c*), aliique tum ex nostris, tum ex Veronensibus hanc disputationem elapso seculo attingentes nihil novi, jam in scenam prolatis addiderunt.

Inter illos, qui Veronensium caussam foverunt peculiari ratione recensendi videntur Johannes Gerardus Vossius (*d*), Jacobus Baunius (*e*) (2), Sebastianus Tillemontius (*f*). Baunius misellis, ac pugnantibus argumentis usus, exauctorata (parum sanè prudenter) in medium iterum protulit, cum Plinii Caecilii panegyricum ad usum Delphini illustraret. Vossius, & Tillemontius, viri ubique cum honoris praefatione nominandi, Scaligeri argumentis innituntur; a quo Vossius in eo tantùm distat, ut Divum Hieronymum a scriptore Plinianae Vitae deceptum affirmet; cum e contrario Joseph Scaliger memorati elogii auctorem Hieronymo recentiorem judicaverit.

Johannes Harduinus, cum naturalem historiam in usum Delphini interpretaretur anno 1685. ex communiori eruditorum, & ipsius etiam Polycarpi Palermi sententiâ Plinium Veronensem asseruit; sed postmodum in novissimam abiit opinio-

ANNOTATIONES.

(1) Quae in Plinium Bisciola exaravit ignota evaserunt Allegambio, & Sotvello, cum in Bibliothecâ scriptorum Societatis Jesu praetermittantur, ubi legimus (*g*) „ Laelius Bisciola natione Italus, patriâ Mutinensis — anno salutis 1555. die 25. Martii a S. P. N. Ignatio Romae admissus est — obiit demum grandi aetate Mediolani die 10. Novembris 1629.

(2) *De la Baume*. Hujus argumenta utpote a Schvvarzio recusa infra subiiciemus.

[a] *Pag. 246.* [b] *Decad. I. lib. I. pag. 41. & seq.* [c] *Lib. II. vit. Plin. junior. pag. 79. & seq.* [d] *De hist. latin. lib. I. cap. 29.* [e] *In Plinii Caecilii vitâ ejus panegyrico praefixâ.* [f] *Hist. Imper. tom. II. artic. 5. pag. 59.* [g] *Pag. 537.*

nionem, & Romanum unicè agnovit: quâ in re arguitur a Matthaeo Crofio, Jo: Alberto Fabricio, Scipione Maffejo, tanquam inconftanti, & fophiftico ufus fit argumento; quantùm a recto veritatis tramite in iis omnibus aberraverit Harduinus, hujus operis libro V., & fequenti oftendemus.

Johannes Albertus Fabricius, ubi de Plinii patriâ controverfiam attingit, Veronenfibus potiùs, quàm nobis acceffit. (*a*)

Poft Fabricium noftro aevo hanc difputationem aggreffus eft illuftris Scipio Marchio Maffejus, Veronae, imò totius Italiae ornamentum, & pleraque a Rufo, & Palermo allata, etrufco, nitidiffimoque idiomate perftringens novis obfervationibus adauxit (*b*). Maffejo in praefens minimè occurrendum cenfeo; ab illo enim vulgata longam rerum indaginem, & attentam naturalis, & Romanae hiftoriae ponderationem requirunt; idque in operis corpore pertractabimus. Neque enim Viro doctiffimo, atque humaniffimo hujufmodi nova evafiffent, (1) cum me Veronenfium fententiae obluctantem audire dedignatus non fit, quamvis in primo juventutis flore conftitutum, & Mediolani praefertim apud Virum clariffimum Antonium Comitem Simonettam (2) non unicâ vice de Plinii patriâ difceptaverimus. De Maffejo hujufmodi judicium reliquit Muratorius (*c*). *Graviffimis nuper etiam argumentis in fuâ Veronâ illuftratâ clarifs. Marchio Maffejus quaeftione hujufmodi pertractatâ, ut fuae Patriae feniorem Plinium vendicaret, follicitè ftuduit. Alciato contraria fententia placuit, cujus tamen tela elumbia effe jamdiu fibi perfuafere Veronenfes*. Alia inter argumenta, quibus eo loco utitur Maffejus, Plinii Caecilii elogium, a Muratorio allatum, arbitrariis infcriptionibus annumeravit: (3) ad quae an refpiciat Muratorius prorfus ignoro, cum eodem ipfiffimo loco praecipuum Plinii Caecilii monumentum a Maffejo inter adulterinos rejectum illuftraret.

Johannes Funcius Marpurgenfis, cum librum de imminenti linguae latinae fenectute vulgaret anno 1736., utriufque Plinii patriam longâ fatis digreffione inquirit, & Veronenfium partibus acceffit. Mirandum tamen quòd homo doctus aëriis infiftat argumentis; quaeque jamdiu ab ipfo Polycarpo Palermo, & illuftri Maffejo exauctorata affirmantur, Germano fcriptori adeò placuiffe, ut poft Onuphrii Panvinii ineptias, ad lapidem in Benacii ripâ inventum provocaret.

C. PLINI – – VERONENSIS
– HISTORIARVM. H. L.

Sed bonâ Funcii pace, ubi Palermum, & alios, quos fibi faventes adducit, non primoribus tantùm labiis, fed debitâ deguftaffet diligentiâ, Reinefii circa memoratum lapidem conjecturas dubio procul reprobaffet. Alciati, Jovii, Cigalini argumenta faltem ex Palermi lectione minimè ignoravit, & pro Veronenfi contra hos ftetit. Divum Hieronymum a fcriptore vitae Plinianae deceptum, & quantùm in fe ex duobus Pliniis unum concinnaffe affirmavit. *Conterranei* vocabuli poteftatem

ANNOTATIONES.

(1) Scipionem Marchionem Maffejum natum Kal. Junii anno 1675., defideratum III. Idus Februarii ann. 1755. publico funere decoratum pro concione laudavit M. Antonius Marchio Pindemontius multiplici eruditione, & politiorum literarum culturâ jamdiu notus; cujus elegantiffima oratio, & Veronenfium adjecta carmina omnibus Maffej elogiis fufficient.

(2) Antonius Comes Simonetta fanguinis fplendore, morum innocentiâ, utriufque linguae peritiâ, ftudiorum, ftudioforumque amantiffimus, obiit Mediol. Kal. Mart. anno 1759.

(3) Nullâ ratione Maffejus de hujus elogii legitimitate dubitavit, & fententiam fubinde mutaffe oftendit, cum illius auctoritate in Veronenfi Mufeo utatur, ut numeralium notarum valorem in celeberrimâ Velejacium tabulâ explanaret. Quâ de re alibi.

[a] *Bib. latin. tom. I. cap. 13.* [b] *Ver. illuftr. par. II. lib. I.*

[c] *Nov. thefaur. veter. infcript. tom. II. claff. X. pagina* 13. CC. XXXII.

tem attingit, ipſumque vocabulum primùm a Plinio fictum adſtruit. Funcio ſuis locis reſponſionem, ubi tractanda lector intraverit, utique inveniet.

Chriſtianus Schvvarzius, poſt Cortii, & Paulli Danielis Longolii (qui Plinii Caecilii epiſtolas illuſtraverant) vigilias pari mole illius Panegyricum edendum curavit an. 1746. De Pliniorum tamen patriâ, rebuſque geſtis nequaquam ſollicitus Baunio unicè fidem ſuam videtur obſtringere, cujus verba in hanc ſpeciem retulit. [a]

C. Plinius Caecilius Secundus Patre L. Caecilio, & Matre Plinia C. Plinii Majoris ſorore, naſcitur in Provincia Tranſpadana, Novocomi (1). *Nam quod ajunt* Catullum, *qui Veronenſis erat, a Plinio* ſuum *appellari l. IV. ep. 27. vehementer errant: neque enim a Plinio, ſed a Sentio Augurino eo modo appellatur.* Veronenſes *vero ultima epiſtola l. VI. dicit* ſuos, *ſeu quod maternum inde genus duceret, ſeu quod ejus urbis eſſet patronus; ſeu propter Veronae, & Comi viciniam, vel eo ſenſu quo epiſt.* 18. *l. VI. ad* Sabinum *ſcribens Firmanos* ſuos *appellat, & Catullus* Epigram. in Egnatium *Tranſpadanos ſuos vocat: nimirum ut ſuum erga Veronam affectum exprimeret: ſeu demum (ut ait* Onuph. Panvin. de illuſtr. Veron.) *quod adoptatus ab avunculo Plinio Veronenſi, non modo ejus nomen, uti mos erat, acceperit; ſed factus ſit quoque, itidem ut ille, Veronenſis.* (2)

Quod autem majorem Plinium alio errore Novocomenſem faciunt nonnulli ex Euſebii loco: cujus haec verba ſunt ab Hieronymo latine (3) *reddita ad annum Trajani duodecimum:* Plinius Secundus Novocomenſis orator, & (4) hiſtoricus inſignis habetur, cujus plurima ingenii monimenta (5) extant. Periit dum inviſit Veſuvium, *falluntur illi. Nam hic de juniore Plinio haud dubie agi, ut caetera argumenta deſint, hoc unum evincit, quod omnium conſenſu major Plinius ad haec Trajani tempora nunquam pervenit* (6). *At enim junior Plinius ad Veſuvium non periit, ſit ita ſane: ſed dicendum cum Arnoldo Pontaco, aut librariorum errore voces aliquot excidiſſe: cum legendum eſſet* nepos illius qui periit, (7) *aut ab iiſdem perperam additum, quod delendum eſſe, nec in ſcriptis manu codicibus reperiri teſtatur Scaliger,* (8) *nec parum confirmat, quod Caſſiodorus, Honorius, & Beda, qui hunc locum uti ab eis repertum eſt, exſcripſere:* (9) *haec verba non habeant. Quod autem is de quo agitur hoc loco Plinius* hiſtoricus *appellatur: nihil hoc prohibet, quo minus de juniore Plinio intelligi poſſit: cum is ipſe in elogio, quod, ſub ejus ſtatua cernitur Comi, hoc nomine donetur: & vero hiſtoriam a ſe conſcriptam teſtari videtur cum* ep. 8. *l. V. ſcribendae hiſtoriae deſiderio flagrare ſe ait, &* ep. 4. *l. VIII. Caninium docet quomodo belli Dacici hiſtoria ſit ab eo conſcribenda: ac demum ep.* 3. 13. 15. *lib. VIII. & ep.* 13. 18. 20. *l. VIII. conſcriptorum a ſe libellorum complurium mentionem facit* (10). *Fortaſſe Euſebii hallucinatio eſt Plinium alterum ab altero non ſatis diſtinguentis. Fortaſſe etiam id Hierony-*

ANNOTATIONES.

(1) An Comi, an in Comenſi natus ſit, prorſus incertum.

(2) Omnes omnino interpretationes attingit, quarum nonnullae ſibi invicem digladiantur. *Suos* vocaſſe Veronenſes propter Avunculum Plinium, qui inde fuit, a Buchnero affirmatur: oppoſitum ſenſit Cataneus, qui *ridiculum*, inquit, *eſſet per hoc dicere Caecilium Veronenſem, cum ubique ſe Comenſem fateatur.*

(3) Hic verborum primigenium auctorem facit Euſebium.

(4) Perperam apud Schvvarzium irrepſit *eſt*.

(5) *Opera* lego in omnibus latinis Euſebii Chronicis.

(6) Hujuſmodi omnibus conſtant. Verùm ſimilia Hieronymus ignoravit, Pliniumque (qui apud Veſuvium periit) naturalis hiſtoriae conditorem ad Trajani uſque tempora perveniſſe poſt Sammonicum Serenum, & Aur. Macrobium ſibi perſuaſerat. Vid. Diſquiſ. lib. XIV.

(7) Pontaci divinatio inepta omnino, atque extra chorum poſita.

(8) Illam recipit Divus Proſper, qui parum a Hieronymi aetate diſtitit, atque in multis vetuſtiſſimis exemplaribus inveniri ſuo loco oſtendimus.

(9) Ii omnes non ex integro latinum Euſebii chronicum excribunt; atque in eodem Hieronymi errore verſantur, cum unicum tantùm Plinium, eumque Novocomenſem agnoverint.

(10) Videtur quòd haec omnia argumenta a Policarpo Palermo exceperit Baunius; verùm omnino exauctorata ſunt; nullumque hiſtoricum opus ſcripſiſſe Plinium Caecilium innuit Apollinaris Sidonius; neque Sidonio oppoſita ex allatis locis liquet deducere.

[a] *Pag. LXXXV., & LXXXVI.*

ronymo, a quo Euſebius latinus factus, eſt tribuendum (1), *quem Plinii junioris epiſtolas nunquam legiſſe inde colligit Joſephus Scaliger; idque ut credat eo magis adduci ſe ait, quod ante Hieronymum ſimili errore Sammonicus Serenus deceptus ſit, ut apud* Macrobium Saturn. *l. II. c.* 12. *videre eſt. Ut ut eſt, non mirum ſi Plinianae vitae, quae ab imperitis Suetonio attribuitur, verus auctor, ſequioris, ut ait Scaliger, haud dubie ſeculi, atque adeo Hieronymo poſterior; non mirum, ſi Macrobius, ſi nonnulli alii tantorum Virorum auctoritate decepti in eundem errorem impegerunt* (2). *Etſi autem in vulgaribus majoris Plinii editionibus idem error irrepſit* (3), *negat eſſe in veteribus Codicibus doctiſſimus Pellicerius in eo Plinio, quem ejus manu ſcriptis aliquot notis auctum in bibliotheca noſtra Claromontana ſervamus. Et vero quomodo in praefatione ſua Catullum, ut omnes ſciunt, Veronenſem* conterraneum ſuum *vocat, niſi idem fuiſſet Veronenſis? Sic itaque maneat, Plinium majorem hiſtoriae naturalis ſcriptorem Veronenſem fuiſſe; nunc ad Plinium noſtrum Novocomenſem redeamus.*

Hucuſque allata ad controverſiam de ſuperioris Plinii patriâ, hiſtoricis narrationibus dignoſcendam, quibuſve invicem patronis diſceptatum ſit, ſufficere arbitrarer. Caeterum ne quid a nobis lector deſideret huc uſque recenſitis auctorum ſyllabum ſubiiciam, qui tum nobis, tum Veronenſibus adſtipulantur. (4) Veronenſem fuiſſe Plinium aſſerunt Guilielmus Paſtregius, qui illuſtris an. 1337. habebatur, Andreas Dandulus Venetiarum Princeps, Franciſcus Petrarcha, Aeneas Sylvius Piccolhominaeus, Raphael Volaterranus, Angelus Decembrius, Coelius Rhodiginus, Lilius Gregorius Giraldus, Leodegarius a Quercu, Conradus Lycoſthenes, Paullus Manutius, cumque illo Lexicographorum plerique, (5) Johannes Tarchagnotta, Bernardinus Barduccius, Hieronymus Ruſcellus, Johannes Glandorfius, Joſeph Roſaccius, Albertus Burerus, Conradus Rittershuſius, Antonius Pinetus, Angelus Roccha, Johannes Raviſius Textor, Andreas Schottus, Hieronymus Huerta, Franciſcus Razzius, Franciſcus Deſeineus (6), Petrus Baelius (7), Thomas Popeblountius, Martineus Pleſſius (8), Niceronius Auctor memoriarum ad hiſtoriam Virorum illuſtrium, Johannes Maſſonius, Aloyſius Morerius, Jacobus Vanierus, Pellegrinus Orlandus, Bruzenius Martinerius, Rollinius, Creverius, Johannes Aſtrucius, (*a*) Hadrianus Richerius, (*b*) Johannes Maria a Turre (*c*), Ladvocatus, aliique (9). Hi tamen patriae quaeſtionem nequidquam attigerunt. Quintius Aemilianus, Jodocus Berganus, Franciſcus Alumnus, Achilles Statius, Samuel Pitiſcus, Antonius Teiſſerius, Franciſcus Oudendorpius (*d*) aliqua ex agitatis quaeſtionibus Veronenſium favore delibarunt. Laurentium Vallam, Flavium Blondum, Jo: Ma-

ANNOTATIONES.

(1) Hoc loco de Hieronymi hallucinatione dubitat, quem antea Euſebii verba latino eloquio reddidiſſe affirmavit.

(2) Nempe ut utrumque Plinium conflarent.

(3) Videtur quòd de clauſulâ, quae in latino Euſebii chronico legitur *periit dum inviſit Veſuvium* loquatur. Mentem ſuam tamen haud ſatis hoc loco explicat Bannius.

(4) Auctores omnes, qui Plinium Veronenſibus, aut Comenſibus adſcripſerunt, hoc loco adducere minimè intendo. Cui enim mortalium infinitos libros conſulere datum eſt? multorum tamen ſeriem dediſſe; cuique ſimilem nemo exhibuerit, praeſenti, & ſequentibus diſquiſitionum voluminibus confido. Inde autem fidem noſtram legentes comprobabunt, cum nonnullos Palermo ignotos, quamvis illo vetuſtiores, ingenuo candore ſubjecerim. Neque hos adhuc Veronenſibus ignoratos impudenter dicam. Quae enim Palermum ſcribentem latebant, aliis tanquam in ſpeculo notiſſima evadere potuerunt.

(5) In voce *Conterraneus*. Horum auctoritates libro XV. perpenduntur. Lexicographis addendi viderentur, qui conterraneum pro municipe, ſeu populari acceperunt, Landinus, Brucidlus, Dominicus. Verùm militari conſuetudine vocis poteſtatem dilataſſe argumento erit Landinus, qui Plinium in ipsâ naturalis hiſtoriae aemulatione Novocomenſem fatetur, uti ex illius autographo oſtendimus.

(6) *Deſeine.*

(7) *Bayle.*

(8) *Martineau de Pleſſis.*

(9) Aug. Buchnerus in annotat. ad ultimam epiſt. lib. VI. Plin. Caec. &c.

[a] *Hiſtor. natural. Occitan. par. I. pag. 39.* [b] *Breviar.* Abregè Chronologique *pag.* 155.
[c] *Hiſt. Veſuvii cap. III. pag. 41.* [d] *Annot. ad Sueton.*

Mariam Catanaeum, Ambrosium Calepinum, *Dictionarii* historici auctores a Carolo Stephano recognitos, Jacobum Philip. Bergomatem, Bernardinum Corium Veronensium caussae adhaesisse Palermus affirmat; neque ab illorum partibus abhorrere Gasparem Bugatum autumavit (1).

Ambrosius Calepinus nihil de Plinii patriâ vulgavit (2). Jacobus Philippus Bergomas, & Bernardinus Corius iis annumerandi sunt, qui sibimetipsis refragantur, modò enim Veronensem, modò Novocomensem Plinium dixerunt. Laurentius Valla in oppositam omnino sententiam abiisse visus est, dum Gasparem Barzizium Bergomatem conterraneum suum appellavit. Flavius Blondus Comensibus potiùs favit, cum Plinium naturalis historiae scriptorem Comensem origine, ex incolatus mutatione postea Veronensem dictum fuisse, quamvis arbitrariò, affirmaverit. Carolus Stephanus Philippo Bergomati, & Corio jungendus videtur, cum Veronensem quidem Plinium dixerit, sed elogia a Comensibus utrique Plinio exarata *a gratis Civibus — marmoribus incisa fuisse* addiderit. Catanaeus, & Bugatus nobis omnino adstipulantur.

Inter auctores demum, qui sibi opposita de Plinii patriâ vulgarunt, connumerandi sunt Franciscus Lopesius Villalupus (3), Johannes, & Gulielmus fratres Blaevii (4), Ferdinandus Vghellus, & Jacobus Tirinus, ut videtur: cum Plinium Veronensem dicat, atque ad illa provocet documenta, unde Comensem fuisse innotescit. Iis addere possumus Franciscum Berlingerium, & Claudium Verderium; in utroque enim, ni fallor, contraria satis leguntur.

Novocomensibus verò Plinium naturalis historiae scriptorem adjudicarunt Suetonius Tranquillus, Divi Hieronymus, & Prosper, atque ii omnes Chronici auctores, qui utrumque Plinium eâ ratione conflant, ut avunculum (quem unicé ex operibus noverunt) ad Trajani usque tempora pervenisse crediderint. Plerique, iique antiquiores naturalis historiae Codices IX. X. XI. XII. XIII. & posterioribus seculis exarati. Fabius Odescalchus, qui XI. & XII. seculo vixit, Petrus Baccharinus Orthanus, & Henricus Barcellius, qui XIV. seculo floruerunt; quibus in testimoniis fidem meam minimè obstringo, sed ad auctores unde hujusmodi desumpta sunt, relegabo.

XV. Seculo Guarinus Veronensis, Guilielmus Capellus, Georgius Merula, Johannes Andreas (5) Aleriensis Episcopus, Theodorus Gaza, Hieronymus Bononius: prima naturalis historiae editio anni *1469.*, eamque omnes toto eo seculo per universam Italiam subsecutae. (6) Christophorus Landinus (7) Ang. Politianus (8).

XVI. Seculo Caesar Caesarianus, Hieronymus Serra, M. Antonius Casanova,

ANNOTATIONES.

(1) Polycarpus Palermus in operis sui calce auctorum testimonia congessit, qui Plinium Veronensem affirmant, vel subindicant, aut Comensem prorsus negant, a cujus elencho multos hoc loco allatos resecamus, & nonnullos nobis faventes, vel sibimetipsis refragari ostendimus.

(2) In primigeniis Ambrosii Calepini editionibus a Palermo notata omnino desiderantur. Addita enim a recentioribus fuere, qui Calepini *Dictionarium* locupletarunt. Id nos suo loco ostendemus. Eâdem ratione infinita apud Morerium occurrunt, quae primigenius auctor nusquam digessit; cujus rei exemplo esse possunt nostrae de superioris Plinii patriâ conjecturae, in Venetâ Morerii impressione inoculatae. Novissimè tamen adjecta in Veneto exemplari omnes facili negocio dignoscent, cum notulis ab operis corpore distinguantur; sed hanc methodum non omnes Angentes adoptaverunt.

(3) *Lopez de Villalobos.*

(4) *Blau.*

(5) Ita a plerisque dicitur, ab aliis minus rectè Jo: Antonius, quâ de re agemus libr. X.

(6) Consule libr. X., ubi ab omnibus typographis Plinium Novocomensem appellari invenies, usque ad annum *1496.* quo Veronensem illum dixerunt Matthaeus Rufus, & Johannes Britannicus; sed in operis titulo, atque in Plinii elogio per Suetonium exarato Novocomensibus adscribitur. Vide & Venetam ejusdem anni impressionem, ubi Veronensis a Rufo, & in praefatione operis dicitur; sed in Suetoniano elogio Novocomensis appellatur.

(7) Quamvis Landinus Plinianum Conterraneum vertat *Compatrioto.*

(8) Ex illius pennâ exaratis annotationibus autographis.

(1) Galeacius Capella, Ferdinandus Pintianus, Abraham Ortelius, Gaſpar Bugatus, Raphael Tuſcanus, Andreas Thevetus, Laurentius Schraderus, Paullus Morigia, Theodorus a Mayerniâ Turchettus, Baſilius Jo: Heroldius, Franciſcus Cicereius.

XVII. Paullus Merula, Aubertus Miraeus, (2) Antonius Varillaſſius, Philippus Cluverius, Melchior Malateſta, Petrus Franciſcus Minotius, Cherubinus Ferrarius Lignanus, Ezechiel Spanhemius, Petrus Paullus Boſca, Fortunatus Muſocchus, Lazarus Caraſinus, Hieronymus Ghilinus, Paullus Albinianus Rajus, (3) Gregorius Laetus (*a*).

XVIII. Lazarus Auguſtinus Cotta, Petrus Burmannus, (4) Hieronymus Barizzaldus, Jacobus Philippus Gerbaldus, Servilianus Latuada, Jacobus Facciolatus (*b*), Joſeph Blanchinus Veronenſis vir humaniſſimus, doctiſſimus, ſanctiſſimus. (5) Hieronymus Comes Silveſtrius illi morum innocentiâ & doctrinâ conjungendus (*c*).

Nobis ubique, Veronenſibus poſtremo labore (*d*) Plinium eripere intentavit Jo: Harduinus inanibus profectò, & derediculis argumentationibus. Harduini opinionem a nemine, quòd ſciam, amplexatam reor, niſi fortaſſe illi acceſſerit Argenvillaeus, qui Plinium unicè Equitem Romanum agnoſcit. Videtur enim inibi Romani (6) vocem poſſe non tantùm dignitatem, ſed & patriam deſignare. Verùm tantis erroribus pauca quaedam de Plinio allata conſpurcantur, ut mirandum omni aevo evadat, hominem anno 1755. opus ſuum edentem tradidiſſe, quod Plinius naturae indagator I. Chriſtianae Aerae ſeculo ſub Trajano claruerit (7). Neque enim illum aliâ ratione excuſare poſſumus, niſi Titi loco Trajani nomen exciderit; verùm Tito ſaltem Veſpaſianum parentem addere debuiſſet.

DIS-

ANNOTATIONES.

(1) Hic Patre Comenſe Romae natus. Caeteri municipes noſtri, qui diſputationis viſcera minimè pervadunt, hoc loco omittuntur.

(2) *Le Mire.*

(3) *De Rayas.*

(4) Conſule praefationem ante Benedicti Jovii hiſtoriam patriam, & reliqua Tom. IV. (*e*), atque annotationes ad Plinii vitam a Suetonio conſcriptam (*f*).

(5) In autographo Elogio, quod praepoſuit Italico volumini. „ Parere ſopra la cagione della morte della Signora Conteſſa Cornelia Zangari ne' Bandi „ mihique dono dedit.

(6) Eques Romanus utique eſſe poterat Plinius quamvis origine, atque ortu Comenſis, aut Veronenſis extitiſſet. Romatius ille Firmus, qui abſque ullâ dubietatis aleâ Comenſis erat, utpote qui a Plinio Caecilio dicitur: *Municeps tu meus, & ab ineunte aetate contubernalis:* ad hanc dignitatem non certè amiſsâ naturae patriâ ex amici Caecilii beneficio pervenit, uti ex ſubſequentibus verbis agnoſcimus (*g*) „ *Igitur, ut te non Decurione ſolùm, verùm etiam E-* „ *quite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas Equeſtres facultates* CCC. *millia nummûm* „. Si igitur ad cenſum unicè ſpectavit Argenvillaeus Tranſpadanis Plinium non adimit. Verùm cur patriam Equeſtri dignitati minimè addit? Nos Plinium ultimo vitae curriculo in ampliſſimum ordinem fuiſſe cooptatum potiùs colligemus.

(7) En verba „ Pline Second Chevalier Romain ſurnomè le Naturaliſte, & qui vivoit dans le premier Siecle ſous „ l' Empereur Trajan à ſi fort etendue l' hiſtoire naturelle, qui l' à rendue univerſelle: auſſi Dupinet ſon traducteur „ Francois l' appellet-il le Monde de Pline (*h*).

[a] *In vita Carol. V. part. IV. lib. V. pag.* 483. [b] *Calepin. edit. octava an.* 1758. [c] *Mſſt. autograph. An.* 1761.
[d] *Vid. edition. natur. hiſt. an.* 1723. [e] *Theſ. antiq. & hiſtor. Ital. tom. II. par.* 2.
[f] *Vid. Sueton. edit. Amſtael.* 1736. *tom. II. pag.* 409. 410. [g] *Lib. I.* 19. [h] *Hiſtoir. naturelle eclaircie &c.*

FINIS LIBRI PRIMI.

DISQVISITIONVM PLINIANARVM

LIBRI SECVNDI

SECTIO PRIMA

DVos celebrati nominis Plinios agnovimus, quorum illuſtriorem Veronenſes, & Novocomenſes ſibi vindicare invicem contendunt; quibus autem id egerint argumentis in operis corpore enucleandum; cumque utriuſque civitatis ſcriptores ſeniorem Plinium longâ majorum ſerie ad ipſos ſpectare affirmaverint, in utramquae partem actitata in praeſentiarum ſubjiciemus. Eâ potiſſimum ex cauſsâ Plinium Secundum ſibi munipicem dicebant Pantheus, & Rufus, aliique Veronenſes, quia multa Secundorum nominibus inſcalpta elogia Veronae, inque Veronenſi extantia, naturalis hiſtoriae ſcriptorem e Secundorum familiâ ortum oſtendebant; imò id ex ipſiusmet Plinii elogio comprobare nitebantur. Gemina hujus diſputationis capita curſoriis tantùm verbis perſtringenda nobis erant, (cum neminem tam docto ſeculo, qui falſiſſimis opinionibus calculum addat, futurum exiſtimemus) niſi clariſſimus Maffejus iis acceſſiſſe videretur, dum Panthei, Becichemi, Avogarii ſententiam Plinium Veronae ex illuſtri Secundorum progenie natum affirmantium memoravit. (1) Quare cum huic, & Johanni Harduino, diſpari tamen ex cauſsâ, occurrendum (2) ſit; quaeſtionem Jovio, Alciato, Porcacchio, & Cigalino praemonſtrantibus amputatam, cogimur retractare. Avunculo demum Plinio attributa elogia (quamvis ipſius Scipionis Maffeii judicio reprobata), adhuc tamen parum prudenter in ſcenam allata oſtendam, ne unicâ eruditiſſimi adverſarii auctoritate rejiciantur, quae ipſis loquentibus ſaxis ad ſeniorem Plinium nuſquam ſpectare poſſe innoteſcit. A veritate igitur quàm longè aberrarunt ii omnes, qui Johanne Pantheo duce plurimam Veronae Secundorum familiam, indeque ortum avunculum Plinium tradiderunt. Suo enim ipſe gladio confoditur Pantheus, ſive Pliniae, ſive Secundae familiae monumenta afferre credat, cum non ad unam, cognatamque, ſed ad diverſas omnino Gentes ſpectent ab ipſo collecta elogia, quorum primum tribus ab urbe Veronâ lapidibus viſendum adductis, inſcriptiſque ſequentibus verbis. (a) (3)

 LAE-

ANNOTATIONES.

(1) Maffei verba ſunt hujuſmodi „ *merita oſſervazione affermarſi dal Panteo, Becichemo, ed Avogario, che Plinio nacque* „ *in Verona dell' illuſtre ſchiatta dei Secondi* „ Veron. Illuſtr. Par. II. lib. I. pag. 14.

(2) Johannes Harduinus Plinium matre Secundâ Pomponii Secundi materterâ natum affirmavit; quod praeter novitatis ineptiam Plinii Caecilii dictis aliquâ ratione opponitur, ut in ſenioris Plinii vitae initio oſtendemus.

(3) Pantheus, & Rufus magnâ incuriâ, neque ſervato verſuum ordine has omnes inſcriptiones vulgarunt. Id autem hoc loco ſatis mirandum occurrit Laeliae Clementinae elogium, quod tertio a Veronâ lapide Pantheus; Rufus in Caſtello Montis viſendum teſtatur: a ſchedis Farneſianis, & Comite Francisco Brembato Romae indigitari. (*b*) Haud igno-

[a] *Conſabul. ad Therm. Calderian. pag. 112. & ſeq. Vid. & Paul. Cigal. lect. I. pag. 7.*

[b] *Vid. Theat. Murator. pag. M. CCC. LXIV. 9.*

LAELIAE (1) CLEMENTINAE VXORI INCOMPARABILI Q. FVRIVS
SECVNDVS MARITVS ET SIBI VIVVS FECIT
FVNCTA JACES HIC SED VIVIS VIVESQVE SECVNDO
L A E L I A T V O

Secundum circa Benacum (2)

L . AQVILIVS . SECVNDVS . L . AQVILIO
CHARITONI . ET . PVBLICIAE . VENERIAE
PARENTIBVS PIENT (3)
LIBERT . LIBERTAB (4)

Tertium in Benaci insulâ in hunc modum legit Pantheus.

EPVPPA . (5) ALBICONIS . F . SECVNDVS ETALBANVS QARTIO . FILIO
PVDENT (*a*)

Quartum in antiquâ apud Benacum tabulâ.

SEX. LAETILIO . (6) SEX. F. FABIO (7) FIRMINO VIRG. (8) AVG.
LAETILIAE VERA ET SECVNDA FRATRI PIISSIMO

Quintum Veronae.

L. SOLLIVS . L. F. SECVNDO (9) PAP. (10)
TICINENSIS SIBI
PAVLONIAE L. F. MAXIMAE VXORI

Vltimum demùm ex agro Polyzelano insignem Secundorum memoriam per haec verba protulit.

CALPVRNIA (11) L. F. PRISCA SIBI
ET L. CALPVRNIO QVADRATO PATRI
VALERIAE C. F. SECVNDAE MATRI
L. CALPVRNIO PVDENTI FRATRI
VI . VIR . (12) AVG.

Iis

ANNOTATIONES.

ignoro prodigiosas antiquorum lapidum migrationes; magnoque indicio sufficient Comenses Mediolanum, & Cremonam deductae: Verùm si Romam usque (ubi tot tantaque hujus generis) pervenit Clementinae monumentum; id paullo post editum Rufi librum accidisse fatendum erit, cum Farnesianae Schedae ultra CC. & LX. annos fuerint exaratae; nisi oppositum potiùs contigerit, ut nempe e Tiberi ad Athesim primâ origine fuerit delatum.

(1) Rufus legit LELLAE, puto, ut carminis vitium tolleret in sequenti *tetrasticho*, ubi quoque refert LELLA; nihilo tamen minùs LAELIAE nomen retinendum, cum proprium familiae sit. Neque enim tam delicatus fuit Q. Furius, cum & alia in subjecto elogio adsint peccata. Integros versiculos subjecit Rufus; sed cum Laeliae vitae annos omiserit: inscriptionem e Veronensi Museo, ubi degit in praesens (*b*), mutuabimur, cum neque in Farnesianis schedis fideliter relatam assirmandum videatur ob distortum versiculorum ordinem, qui tali pacto apud illustrem Maffejum asservatur.

L A E L I A E C L E M E N T I N A E
V X O R I I N C O M P A R A B I L I
Q. F V R I V S S E C V N D V S M A R I
T V S E T S I B I V I V V S F E C I T
F V N C T A I A C E S H I C S E T V I V I S V I V E S Q V E S E C V N D O
L E L I A T V O D E B E T N E C B E N E F A C T A
M O R I
T E T E L V S S A N C T O S Q V E P R E C O R P R O
C O N I V G E M A N E S V O S I T E P L A C I D I
T V L E V I S O S S A T E G A S . V I X I T A N N. X X V I I.

(2) In Villâ Francâ Agri Veronensis Rufus, & Muratorius.

(3) Muratorius PIENTISS. Vid. pag. MCCXLI. 2.

(4) Haec ultima duo vocabula reticet Rufus.

(5) Barbarum, & insolens Epuppae nomen hoc etiam loco Panthei oscitantiam videtur arguere. Priores enim hujus elogii notas D. M. (quae Diis Manibus significant) vitiatas Pupae nomini praeposuit. Lapis in insulâ Benaci lacus existens tali pacto e Schedis Farnesianis a Muratorio describitur Nov. Thes. Inscription. Tom. III. pag. MCCLXXIII. 14.

D. M.
P V P P A E
A L B I C O N
S E C V N D V S
A L B A N V S M A T R I

An caetera a Pantheo allata legenda sint, prorsus ignoro, cum malè adeò sibi invicem copulentur.

(6) Rufus legit SEX*to* LAETIBIO, itemque —— LAETIBIAE VERA ET SECVNDA.

(7) Nomen FAB. complere volens Pantheus ad gentem Fabiam quoque retulit suum Laetilium; verùm in elogio per hujusmodi verba FAB., illum ex Tribu FAB*iâ* fuisse ostenditur, ita enim non FABIO extabat. Porrò inscriptio ad Veronensem virum minimè spectat; siquidem Veronenses in Tribu POB*iliâ* censebantur.

(8) Sphalma hic quoque adest: lege VI. VIR. AVG*ustali*. Id muneris frequens, & inter minora officia recensetur.

(9) Ita Pantheus. Cigalinus aliquâ ratione Panthei lapsus emendavit, & scribit SECVNDVS (*c*): mihi tamen ipsissima Panthei verba afferre placuit.

(10) Intellige ex Tribu PAP*iâ*, quam ad Ticinenses spectasse pulchrè docet allatum elogium, unde hac etiam de causâ Pantheo omittendum erat. Ab hac Tribu Ticini nomen in *Papiam* commutatum eleganter colligit Muratorius, a quo Panthei hallucinationes, & negligentiam lector dignoscet (*d*), ubi legat.

L. SOL-

[a] *Panth. cit. lib. fol. 116.* [b] *Vid. Maffej. Mus. Veron. pag. CLXXIII.*
[c] *Pag. 8.* [d] *Pag. M. LXXVII. Vid. nostram Plin. Caecil. vitam sect. 3.*

. Iis praesertim monumentis certabant Pantheus, ac Rufus, quibus sanè nihil ineptius potuit excogitari, tum magis cum Valeriam Secundam ultimo in elogio memoratam, Plinii senioris filiam, Calpurnio Quadrato nuptam somniaverint; quo e conjugio Calpurniam Priscam junioris Plinii consobrinam (ad quam binae ejusdem extant epistolae) natam esse, confidenter affirmant. Mirum sanè dictu tam paucis verbis infinitos errores protulisse, ut seniorem Plinium gignendis liberis operam dedisse: Calpurniam junioris uxorem, parum sibi constantes in consobrinam vertere cogitaverint. Sed de iis infra. Romanorum nominum leges in praesentiarum excutiendae, ut illas omnino post Xicconem Polentanum Pantheo (*a*), Rufo (*b*), Becichemo (*c*), Sarainae (*d*), Quintio Aemiliano (*e*), Jodoco Bergano (*f*), Hieronymo Curtio (*g*), (1) Paullo Suardo (*h*), aliisque ignotas ostendamus. Vbi verò Bened. Jovii, Alciati, Porcacchii, Primii Aloysii Tatti, Cigalinorumque auctoritas minimè sufficiat, Carolum Sigonium adeant, ipsumque Veronensem Panvinium inter eruditorum coronas hoc maximè studio numerandos. In omnibus enim huc usque prolatis epigramatibus, non Secundorum, sed Furiorum, Aquiliorum, Laetibiorum, (2) Valeriorumque familia innotescit.

Haec verò ut nitidius elucescant, utque tam perspicuè loquar, ut quivis librum hunc nostrum legens queat intelligere; difficillimae olim quaestionis viscera pervadere juvabit; ac primò quidem aliquâ saltem veniâ dignos esse putaverim Pantheum, Rufum, ipsumque Becichemum, caeterosque, qui non exculto admodum seculo nati Romanorum appellandi rationem penitus ignorarunt. In maximum illum Accursii errorem faciles inciderunt (3), ut ex posterioribus antiquorum nominum leges metirentur. Nemo siquidem, cujus vulgata fuerit opinio, usque ad Andreae Alciati diem extiterat, qui ab Accursiii sententiâ recessisset; quâ ratione, eodem Alciato teste *Matthaeus & Pantheus Plinium ex Secundorum familiâ fuisse crediderunt* (*i*). Acerbiùs sanè arguendi videntur Torellus, sive Taurellus Saraina, Quintius Aemilianus, Jodocus Berganus, Lilius Gregorius Giraldus, Johannes Franciscus Tinctus (*k*), & Hieronymus Curtius, (quorum plerique Alciato suppares, nonnulli etiam Panvinio recentiores), nihilo tamen minus Plinium e Secundorum familiâ progenitum affirmarunt.

Ediderat jam sanè incomparabilis ille juvenis Andreas Alciatus annum vix attingens vicesimum secundum dispunctionum libros, & paradoxorum; quibus ex humo sublatâ legum scientiâ, frementibus barbaris, doctioribus verò novum Jurisprudentiae nitorem admirantibus novus literario Orbi Phosphorus illucebat (*l*); nihilo tamen secius allati omnes auctores falsis Panthei, ac Matthaei Rufi principiis insistentes, recentibusque additis cavillationibus indoctos magis sectari, quàm sa-

ANNOTATIONES.

L. SOLLIVS L. L. SECVNDVS . PAP. TICINENSIS . SIBI
ET PALLONIAE L. F. MAXIMAE . VXORI . IN . A.
P. XV. IN . FR. P. XXII. H M. H. N. S.

(11) Hujusmodi inscriptio diverso literarum ordine affertur Palermo pag. 71., & Pontoni in hortis Nichesoliis collocatur; nunc in Veron. Museo. Consule Maffejum (*m*).

(12) Nempe *Sextum Viro Augustali*. Palermus |IIIII| legit; in aliquibus codicibus, uti apud Cigalinum V. loco VI. perperam irrepsit.

(1) Hieronymus Curtius italicè *dalla Corte* scripsit vernaculo idiomate Veronensem historiam, quam duobus voluminibus comprehensam edidit anno 1596.

(2) Laetibii enim, non Laetilii legendum.

(3) Andreas Alciatus Accursii, aliorumque jurisconsultorum errorem primus ostendit in aureis Dispunctionum libris: quartum prae reliquis consule *capite I. §. Si quis in nomine*.

[a] *Cit. loc. pag.* 113. [b] *In epist. ad Justum*. [c] *Praelect. in Plin.* [d] *De ampl. Vrbis Veron.*
[e] *In Carmine Encomiast. Vid. nat. hist. Venetiis editam an.* 1507. [f] *Benac. libr. II.* [g] *Hist. Veron. libr. I. pag.* 40.
[h] *In monit. ad lector. praefix. operib. Marini Becichemi*. [i] *Dispunct. lib. IV. cap. I.* [k] *Orig. Vrb. Veron.*
[l] *Vid. citatum Jan. Vincent. Gravinam de ortu, & progressu juris civil. lib. I. pag. XCI.* [m] *Museo Veron. pag. CXV.* 2.

ſapientiae principem maluerunt. Nemo tamen in praeſens ignorabit, diverſum poenitus a noſtro appellandi morem Romanis extitiſſe.

Quae nobis ad luſtricas aquas impoſitae ſunt appellationes, & primo feruntur loco *nomina*; quae a patre in filium derivantur *cognomina* dicimus (1). Romani contra veris eloquii utentes etymologiis, quod Gentilicio nomini differentiae cauſsâ praeponitur, *Praenomen*, (*a*), ut *Marcus* (2): quod cum avo, patre, liberiſque commune in familiâ eſt gentilicium, *Nomen*, ut *Tullius*; quod verò gentilicio nomini ſubjungebatur, *Cognomen*, ut *Cicero*, definiebant. Noſtram igitur appellandi conſuetudinem improbè Seniores illi cum Accurſio Romanis comparantes, veterem nominandi uſum perverſo ordine ſtatuerunt, ut Valerium ex Maximâ, Tullium ex Ciceronum, & Plinium ipſum e Secundorum familiâ natos aſſerere minimè dubitaverint. Id falſum vel unico oſtendebatur argumento, ubi noviſſent pleraque nomina, quibus veterum Romanorum Vir aliquis denotatur, in IVS uti *Valer*IVS, *Tull*IVS, *Plin*IVS, (3) neque in RO: MVS: DVS: ut *Cice*RO, *Maxim*VS, *Secund*VS terminari. (*b*)

Id moris Romanae Reipublicae, utriuſque Plinii, & poſterioribus etiam temporibus incorrupto ordine invaluiſſe dignoſcimus: ſic liberti etiam, & peregrini, in Romanam aliquam familiam adſciti, ut ad illam ſeſe ſpectare indigitarent, gentilicium latinum nomen ſuis appellationibus praeponebant. (4) Nihil igitur ad Plinium pertinent relata epigrammata, ſed cui familiae memorati in Elogiis homines ſint adſcribendi, a gentilicio nomine in IVS deſinente elicitur, unde Laetibius, Aquilius, Sollius, Calpurnius in recitatis elogiis recenſentur; qui licèt cognomen *Secundi* geſtarent, nullâ ratione ad Plinium cognomine pariter *Secundum* accedebant, cum *Secundi* cognomen, utpote ordinis, cuique familiae commune evaſerit. Hanc praenominis, nominis, cognominis, & agnominis differentiam antiqui Grammatici notaverant, quos inter Soſipater, Donatus, ac Diomedes vetuſtate, & doctrinâ ſpectandi. Sufficiat Valerium a Sigonio adductum audire *omnia*, ait, (*c*) *quae ad unum quemque noſtrum definiendum excogitata ſunt, eandem vim ſignificandi hominis obtinent, quod per proprietatem dicitur hoc diſtat, quia eo genus cognoſcitur, nam quod praeponitur* praenomen, *quòd poſt fertur* (5) cognomen, *quòd ad ultimum adjicitur* agnomen *vocatur* (6). Rem ipſam nitidiùs exponit laudatus Sigonius per haec verba *vocabulorum quibus Romani capita recenſebant, quatuor genera ſunt praenomen, nomen, cognomen, agnomen.* Praenomen, *quod nomini gentilicio* (*differentiae cauſsâ*) praeponitur, *ut Publius*: Nomen, *quod originem gentis declarat, ut Cornelius*: Cognomen, *quod nominibus gentiliciis ſubjungitur, ut Scipio*: Agnomen, *quod extrinſecus addi ſolet, ex aliquâ ratione, vel eventu quaeſitum.* Quidquid enim ſit de hoc ultimo agnomine a Valerio, & Sigonio hic

ANNOTATIONES.

(1) Minùs rectè (uſus tamen invaluit) ut ita quoque latinè ſcribamus. Longè meliori ratione luſtrica appellatio, *praenomen*: Gentilicia, ſeu familiae, *nomen* diceretur.

(2) Franciſcus Fabricius Vir caeteroquin doctus impropriè locutus eſt, cum in ſuâ Ciceronis hiſtoriâ per Conſules digeſtâ, Marcus *cognomen* dixit, quod *praenomen* appellare debebat. Vid. tom. I. operum Ciceronis ſub initio.

(3) Perpauca gentilicia excipienda ſunt, quae in VS terminantur, exempli cauſsâ, ANNAEVS, POPPAEVS, NORBANVS, SAMMONICVS. Non memini hujuſmodi Sigonio, Panvinio, caeteriſque de Romanorum nomine diſſerentibus innotuiſſe.

(4) Romanorum appellandi ratio obſolevit tertio, & quarto Chriſtianae Aerae ſeculo. Galenus celebris ille medicus, (qui ſub Hadriano natus Antonino Baſſiano Caracallâ imperante obiit) in Claudiam Gentem adſcitus, *Claudius Galenus* dictus eſt; unde perperam in Amaltheo Caſtello-Brunoniano Claudius *praenomine* appellatur (*d*). Is enim Claudii Patroni *nomen* aſſumpſerat. Sic Aſclepiades Medicus Artoriae familiae adſcriptus M. Artorius Aſclepiades dictus fuit.

(5) Intellige poſt nomen gentilicium.

(6) Vide & Pauſaniam in Achaicis apud allatum Sigonium Ἐπὶ κκλῆνται &c.

[a] *Vid. Carol. Sigonium de nomin. Romanor.* [b] *Vid. Theſaur. Crit. Gruter. tom. I. pag.* 1407. *Franciſc. Robortell. Onuph. Panvin. de nomin. Romanor. Phil. Ludov. Hannech. de cur. domeſt. Roman. diſſertat.* 3. *num.* 9.

[c] *Vid. Sigon. cittat. loc. col.* 1951. *tom. II. Theſ. Graevii.* [d] *Vid. pag.* 375.

hic allato, nobis in praesens, nimii ne simus, examinandum susius non erit. Seniorem siquidem Plinium, praenomine, nomine, & cognomine tantùm gaudentem invenimus. Potiùs enim in Panvinii, & Graevii sententiam (*a*) inclinarem, ut quae praeponuntur *praenomina*, quae secundo loco occurrunt, cum gentilicia, & propria familiae sint, *nomina* (1); caetera omnia, quae postponuntur *cognomina* dicamus. (2) Id eleganter eodem de Romanorum nominibus libro ostendit Panvinius, ut *praenomina* Marcum, Cajum, Publium; gentilicia familiae *nomina* Tullium, Julium, Cornelium; demum *cognomina* Ciceronem, Caesarem, & Scipionem Africanum affirmet. (*b*) Sed cum haec agnominis ratio disputationem nostram minimè attingat, lectores ad Graevium relegabo. Id nobis probare sufficiat communem Romanis appellationem *praenomen* dici, gentiliciam verò *nomen*; idque ex Graecis etiam scriptoribus erui, Dionysio praesertim (3), & Plutarcho in Coriolano, ubi tertiam illi appellationem inditam tradit: ex quo intelligi potest Caii illius propriam fuisse, (4) Martii verò gentiliciam. Primae igitur appellationes, quae propriae sunt, & distinguendis ejusdem familiae viris inserviunt: erant Cajus, Lucius, Publius, Cnejus: secundae, gentis, seu familiae (5) caussâ communes, ut Plinius, Manlius, Cornelius, Pompejus: tertiae, quae a nativitatis ordine, vel aliâ qualibet ratione, ut Secundus, Torquatus, Sulla, Strabo. Haec omnia eruditè de more tractavit Antonius Augustinus, (*c*) & Hannechenius, illisque vetustiores Alciatus, Sigonius, & Panvinius; ex quibus omnibus, atque ex ultimo praesertim, deduci potest ad gentilicias familiarum appellationes dignoscendas feminarum nomina optimè inservire. Neque enim praeter rationem *Plinia* Caj Plinii soror, (*d*) *Cornelia* Cornelii Scipionis, *Julia* Caj Julii Caesaris (6) filiae (*e*) nuncupantur; cum id nominis, gentis originem ostendat, quòd pulcherrimâ hujusmodi genealogâ serie Sigonius comprobavit.

C. Laelius Pater.

Laelia Caj Laelii Filia, Vxor Q. Mutii Scaevolae Aug.

Mutia Quinti Mutii Scaevolae Filia, Vxor M. Licinii Crassi Or. Cos. (7).

Licinia Marci Licinii Crassi filia Vxor P. Cornelii Scipionis Nasicae. (8)

Huc

ANNOTATIONES.

(1) Hujusmodi post Alexandrum ab Alexandro, & Tiraquellum eruditè attingit in Veron. Illustr. Scipio Maffejus (*f*).

(2) Plinius in XIV. libri fine, cum de Novellio Torquato loqueretur, illique Tricongii cognomen obvenisse docet, itemque de Catinio Labeone, cui cognomen fuit Macerioni lib. VII. 44. nullum cognominis, & agnominis fecit discrimen. Cognomina igitur erant Torquatus, & Tricongius, uti Labeo, & Macerio.
Perperam omnino apud Valerium Maximum (*g*) lego. „ Curii, & Fabricii Q. Tuberonem cognomine Gratilium discipulum fuisse merito quis existimaverit, cui consulatum gerenti „ &c. scribendum — vel Quintum Tuberonem nomine Gratilium, vel Quintum Gratilium cognomine Tuberonem, ne quidem dubito: nam Quintus praenomen, Gratilius nomen, Tubero cognomen est. Quo tempore Consul fuerit, Oliverius Arzignanensis minimè indicavit. Ego illius nomen omnino corruptum judico. Vbi enim hic Consul Gratilius Tubero? Invenio historiam a Plinio indigitatam (*h*), a quo Catus Aelius dicitur, uti Nepos Cornelius. E Cato Aelio Gratilium excriptores apud Valerium ineptè conflarunt. Vocabatur Sex. Aelius Poetus Catus. Consul. an. V. C. 555. Infra a Val. Max. dicitur Q. Aelius Tubero (*i*): sed hujusmodi corrupta sunt procul dubio cum Valerius Max. alibi ostendat nomen esse gentilicium (*k*).

(3) Vide Dionysium in Lucumone Μαθὼν ὅτι Ῥωμαίων ἑκάστῳ κοινὸν ὄνομα κεῖται, καὶ μετὰ τὸ κοινὸν ἕτερον, ὃ δὴ συγγενικὸν ἐστὶ, καὶ πατρωνυμικόν. Alibi idem Dionysius *Lucium* commune nomen, *Tarquinium* verò gentilicium appellat.

(4) Quam Dionysius communem, Plutarchus propriam appellationem dixit, quia praenomine *Caj* a reliquis Martiae familiae hominibus distinguebatur Ἐκ τούτου τρίτον ἔσχεν ὄνομα τὸ Κοριολανὸν, ᾧ καὶ μάλιστα δῆλόν ἐστι τῶν ὀνομάτων ἴδιον ὂν ὁ Γάϊος. τὸ δὲ δεύτερον, οἰκίας ἢ γένους κοινὸν ὁ Μάρκιος.

(5) Gentis nomen latiùs quàm familiae sonare vel Tyrones norunt. Hoc tamen loco promiscuè accipiuntur, cum nulla inde oriatur confusio, & persaepe ab auctoribus absque distinctione reddantur. In Gente familias comprehendi prae aliis ostendit Suetonius Neronis vitae initio, cum *ex Gente Domitiâ*, ait, *duae familiae claruerunt Calvinorum, & Aenobarborum*. Vt originem inveniamus, semper ad gentilicium nomen provocabimus, quod in *IVS* desinit: Domit*IVS*.

(6) Julia Caesaris filia nupsit Pompejo Magno; Juliaeque nomen gentilicium in C. Julii Caesaris familiâ indigitat. Id ex ipso Caesare ostenditur. *Amitae meae Juliae maternum genus ab Regibus*. Conf. Sueton. cap. 6. in Caesare.

(7) Praenomen Licinii Crassi omittit Sigonius, quod nos ad uberiorem intelligentiam addidimus. Fuit M. Licinius Crassus collega Lucii Calpurnii Pisonis Coss. anno V. C. 779. Aer. Ch. 27.

(8) Non

[a] *Vid. Praefat. Graevj ad lector. adduct. tom. II.* [b] *Allato tom. II. Graev. col. 2036.* [c] *De Legibus.*
[d] *Vid. Panvin. in comment. ad fast. Consul. an. 853.* [e] *Alciat. allat. lib. IV. dispunct. cap. I.*
[f] *Part. II. lib. IV. col. 65.* [g] *Lib. IV. 3.* [h] *Lib. XXXIII. II.* [i] *Lib. IV. 4.* [k] *Lib. IV. 6. de M. Plautio.*

Huc usque allata satis superque illorum errorem coarguunt, qui Secundorum familiam extitisse affirmarunt; quod si post tantas auctoritates aliquibus adhuc incertum nostrum videretur argumentum, veritatem ex ipsiusmet Panthei adductis inscriptionibus eliciam. Familiae nomen esse, quod in aliquâ gente perpetuum, ipsius familiae, sive gentis propriam (1), & gentiliciam originem declarat, omnes, ut puto, concedent; ideoque etiam pro gente *nomen* aliquando usurpari opportunè apud Poëtam Hannechenius animadvertit — *Nostrumque in nomen iturae* (*a*).

Quod enim Gentis caussâ commune est, *nomen* appellatur. (2) Nonne videt Pantheus, & Rufus in memoriâ Aquilio Charitoni dicatâ, *Aquilii* nomen Genitori, & Filio commune, *Secundi* verò cognomen unicè filio adaptari? Sic in IV. epigrammate *Laetibiorum* gentilicium esse nomen, cum Sextus Laetibius frater extiterit Laetibiae Verae, & Laetibiae Secundae, quae ideo Secunda appellari videtur, quia secundo loco nata (3). In ultimâ demum inscriptione, quis adeò Romanarum rerum ignarus esse potest, ut de Calpurniorum, Valeriorumque, non de Secundorum familiis agi, minimè animadvertat? Nonne *Calpurnia* Prisca sibi, & *Calpurnio* Quadrato Patri, Calpurnio Pudenti Fratri, & *Valeriae* Secundae Matri monumentum construxit?

Plura hujus veritatis exempla ex ipsis Capitolinis tabulis petita Cigalinus affert (*b*), ut videre est apud ipsum; duo iis addo, alterum ex Petro Appiano, alterum a Muratorio desumpta, quorum primum Mediolani in aede Divi Carpophori, cujus verba haec sunt (*c*).

V. F. (4)
(5) ATILIVS MACRINVS
SECVNDVS (6)
ATILIO MACRINO PATRI
ET SVRE PVPAE MATRI
ET MACRINO PRIMO FRAT
ET MACRINAE (7) SECVNDINAE (8)
SORORI (9).

Alterum Ameriae extra Vrbem in fronte aediculae Divi Juvenalis.

(*d*) SEX. ARTORIO . SEX. F. PATRI
PRAECONNIAE . C. F.
POSILLAE MATRI
SEX. ARTORIO . SEX. F. FRATRI
ARTORIA . SEX. F. SECVNDA
FECIT.

Ex

ANNOTATIONES.

(8) Non omittendum, femininae huic demonstrationi nonnulla objici posse, quae licèt a nemine (quod sciam) in harenam prolata, aliquam docto lectori difficultatem facere possunt. Agrippina C. Caesaris mater, nata M. Vipsanio Agrippâ, nusquam Vipsania nominatur. Agrippina Germanici filia C. Caesaris soror Neronis mater, non alio nomine distinguitur; quod idem in reliquis ex Caesarum familiâ exortis ostendi potest. De primâ Agrippinâ M. Agrippae filiâ Juliae quoque nomen initio gestasse crediderim, cum a Juliâ Augusti prognata esset: unde ex materni generis splendore paternum abjecerit (quod jamdiu ipsemet genitor repudiaverat), ut ex praeclaro M. Senecae testimonio deducitur: *Vipsanii*, inquit (*e*), *nomen, quasi argumentum paternae humilitatis sustulerat, & M. Agrippa dicebatur*. Apparet igitur, quâ de caussâ Vipsanii filia vocatetur *Agrippina*: inde in subsequentes *Agrippinae* cognomen nominis locum occupavit; & memorandâ serie in Caesarum familiâ permansit. Reliquae differentiae peculiares sunt in iis, qui rerum potiebantur, atque ut prolem, neptes, proneptes distinguerent, & qualemcumque originem ad gentem Juliam, subinde ad Octaviam, ad Claudiam demum referrent, accidisse fatendum erit. Hinc de Tiberio Valerius Maximus adulatorio calamo scripsit lib. V. 5. *Claudiae prius nunc, & Juliae gentis intueri decus*. Quid verò de Plancinâ Cn: Pisonis uxore dicendum, quorum fraudibus Germanicum petiisse creditur? solutionem ab aliquo Viro docto expectemus: antequam conjecturis indulgeamus. Plancina enim cognomen a Planco deductum videtur nominis vicem praestare.

(1) Gens latius patet, exempli caussâ, ex gente Corneliâ fluxit Scipionum familia.

(2) Non omnia apud antiquos absque delectu afferenda: caeteroquin in errorem quandoque inducerent. Legimus apud Tacitum hist. II. hisce verbis Othonem mori volentem fidos milites allocutum. „ Post Julios, Claudios, Servios „ se primum in familiam novam imperium intulisse „! cur Otho Sulpicii Galbae praenomen Juliis, Claudiisque immiscet! nonne Galba Imperator fratrem habuit Cajum praenomine? quare Cajus, & Servius ad Gentem minimè pertinent.

(3) Ante Laetibiae Secundae appellationes recensetur Vera, utpote primo loco nata; quòd Laetibiarum commune nomen apertè declarat, cum unicâ vice prolatum duabus sororibus, nempe LAETIBIAE VERA ET SECVNDA.

(4) Siglae V. F. *Vivus Fecit* non apparent in schedis Francisci Cicereii. (*f*)

(5) In hoc elogio desiderantur virorum praenomina: Atilius enim Gentis nomen est, cui Macrini cognomen perpetuum fuisse videtur, ut Gens Atilia, Macrinorum Familia haud incongruè dici possit.

(6) SECVNDVS utpote natu minor, cum illi frater MACRINVS PRIMVS extiterit.

(7) Ii omnes Mactini ad Atiliam gentem pertinebant unde haec femina potiùs Atilia Secundina, quàm Macrina Secundina erat appellanda, nisi Macrini cognomen perpetuum nominis vicem praestaret.

(8) Muratorius SECVNDIN.

(9) Hoc ultimum Appianus praetermittit.

[a] *Dissertat. III. num. 9.* [b] *Pag. 80. & seq.* [c] *Appian. p. 33.* [d] *Murat. nov. thesaur. tom. III. pag. M. CCXLI. num. 7.*
[e] *Lib. II. contr. 12.* [f] *Murat. Nov. thes. tom. III. pag. M. CC. XLII. 2.*

Ex utroque elogio extraria eo pacto agnoscuntur Secundorum cognomina, ut illa ad nativitatis ordinem spectare haud obscurè dignoscamus. Quid enim apertiùs conjici potest, quàm quòd Macrinus Secundus fratrem habuerit natu majorem, cui Macrini Primi appellationes obvenerant, & sororem itidem Secundinam, quae pari, vel adventiciâ aliâ ex caussâ id cognomen gestaverit? Atilii enim generis, & Macrinae familiae communia (non Secundorum) nomina gestabant. Sic in Ameriñâ inscriptione Artoriam Secundam, id cognominis neque a Patre, neque a Matre sortitam, neque Artoriis gentile scimus, cum filiae unicè adaptetur, & parentibus, & fratri ignotum evaserit. Ad Artorios igitur, non ad Secundos spectant Sextus Artorius pater, & filius, & Artoria Secunda: uti ad Praeconnios, non ad Posillos censenda Artoriorum mater, & conjux Praeconnia Posilla. Hanc sanè nominandi rationem a nonnullis adhuc ignoratam intueor. Johannes Rhodius, qui pereruditi laudem a multis (1), atque ab eruditissimo Johanne Baptistâ Morgagno promeruit, (*a*) neque primoribus labiis traditam Romanorum consuetudinem gustavit; Hic enim antequam Cornelium Celsum Romanis adscriberet, de illius patriâ dubitavit, quia Julium Celsum, aliosque Celsi cognomine distinctos agnoscebat (*b*). Sed ii eâdem ratione ad Cornelium Celsum spectant, quâ Plinius Secundorum familiam (nullibi inveniendam) attingebat. A gente Corneliâ (2), non a Juliâ petenda erat Cornelii Celsi agnatio; uti a Pliniis, nequaquam a Secundis Plinii Secundi origo investiganda.

Ex iis igitur omnibus constat ineptè (ut Plinium Veronensem ostenderent) ad Secundorum inscriptiones provocasse, neque Pantheo, Rufo, caeterisque XIV. Secundorum epigrammata in Veronensi existentia proficere; unde minùs opportunam Clariss. Marchionis Maffej ponderationem invenio, quâ naturalis historiae scriptori, ex Panthei, Becichemi, & Avogarii opinione originem e Veronensi Secundorum familiâ attribuebat.

SECTIO. SECUNDA

QVae de Romanorum appellationibus huc usque dicta sunt, licèt cuique melioribus literis abundè diviti exploratissima conjectarem, caussatius tamen praetereunda non erant, cum neque numero, neque auctoritate contemnendi scriptores a nostrâ diffideant opinione. Praeter Maffejum cum Harduino quoque nobis disputandum; verùm illi in Plinianae vitae exordio occurremus, cum aliâ de caus-

ANNOTATIONES.

(1) Th. Ianfonius Almeloveenius Johannem Rhodium famâ super aethera notum dixit (*c*), & a Johanne Antonio Lindenio *Vir* appellatur *inter seculi, & nostrae aetatis primos*.

(2) Celsi, qui de medicinâ scripsit, appellationes dicuntur *Aurelius Cornelius Celsus*. Verùm in iis inquirendis parum exacti huc usque fuere Celsi operum doctissimi illustratores. Neque enim ullam invenio rationem, cur duplicia Nobilissimarum Gentium Aureliae, & Corneliae nomina gereret Celsus; atque interim praenomine minimè gauderet. Potiùs igitur conjiciendum erit *Auli* praenomen ab imperitis librariis in *Aurelii* nomen fuisse protractum; nam in antiquis codicibus teste Henrico Stephano, ipsoque Johanne Rhodio, scriptum erat *A. Cornelii Celsi Artium libri VI.* Adde quòd Auli praenomen saepe redditur prioribus elementis sic: AV. unde facili negocio tertium a sciolis additum fuit AVR: indeque AVRELIVS ab indoctis amanuensibus. Gratis enim, & falsò Rhodius affirmavit, quòd Celsus triplici appellatione a Plinio nominetur, cum unicè in naturali historiâ, *Celsus*, *Cornelius Celsus*, & *Celsus Cornelius* recenseatur; quòd variationis gratiâ dictum, ut *Nepos Cornelius*, & *Scipio Cornelius*; caeteroquin ex ordine Cornelius Scipio, & Cornelius Nepos veniunt appellandi. Sic apud Vellejum Paterculum (*d*) legimus *A. Caecina*, & *Silvanus Plautius consulares* — *Sejanum Aelium principe equestris ordinis patre natum* — atque infra eodem libro *usus operâ Flacci Pomponii* (*e*): genuinae appellationes sunt *Plautius Silvanus*, *Aelius Sejanus*, *Pomponius Flaccus*. Invertunt nomina saepe M. Seneca, Cornel. Tacitus eâ ratione, ut cognomen nomini praeponant: nunquam tamen invenies praenomen nomini posthabitum.

[a] *In epist., quae praemittitur Cornelii Celsi libris.* [b] *In vitâ Cornelii Celsi pag. LII,*
[c] *Prolegom. ad Celsum pag. XLII.* [d] *Histor. lib. II.* [e] *Lib. II. versus finem.*

sâ, ex cognatione nempe, maternâque origine, *Secundi* cognomen naturalis historiae scriptori obvenisse conjecerit. Debita hoc loco Polycarpo Palermo laus minimè praeripienda, cum Panthei, ac Rufi hallucinationes agnoscens indoleat, quòd rectam nominum Romanorum rationem nonnulli ex Veronensibus suis ignoraverint. Quamvis igitur ad Secundorum familiam nusquam provocaverit, ut Veronensibus seniorem Plinium adscriberet, nihilo tamen secius & ipse elogium, (quod Plinii Secundi nomine insculptum contendit) in literariam hanc scenam adduxit, ut sin minùs ad naturalis historiae conditorem, ad Plinium aliquem, & quidem Secundi cognomine vocitatum pertinere comprobaret; indeque Plinia familia Veronae celebris ostenderetur.

Proferendam inscriptionem Veronensibus Comenses invidere, illamque mordaci animo discerpere, atque convellere insimulans, omnium crimininationum auctorem Jovium facit [1], elogiumque aperto odio Cigalinum insectari testatur; sed cur Andream Alciatum, atque Antonium Fabrum praetermittit, cum horum opera ante Jovii *apologiam* typis concessa in publicum apparuissent; parumque honorificè de Plinianâ Veronensi inscriptione loquerentur? Quâ nam ex caussâ Jovium criminationis auctorem dicit, cum subinde nihil adeò sibi molestum fateatur, quàm quòd hujusmodi sugillationis ansam ipsi Veronenses praebuerint; ut primo quidem, ubi lapis repertus: deinde de inscriptionis veritate, & fide, ob multiplicem verborum, ac rerum dissensionem haud modicè dubitaverimus. Pantheus siquidem in suis ad Calderianas Thermas confabulationibus haec habet. *Sed ne vos diutius morer illud expromam, quòd de tanto certamine victoriam nobis expromat. Id enim nuper in Aediculâ Divi Blasii repertum est* PLINIVS SECVNDVS AVGVR PATRI MATRI MARCELLAE TESTAMENTO FIERI IVSSIT, *abrosit vetustas ex lapideâ tabulâ paternum Plinii nomen.*

Matthaeus Rufus haec in lapide descripta jacere testatur PLINIVS SECVNDVS AVGV. LERI . PATRI . MATRI . MARCELLAE TESTAMENTO FIERI IVSSIT. *Nomen patris cum jactura quorundam aliorum verborum dimidiatum est* (*a*).

Huc usque nullo servato dictionum, & versiculorum ordine, adjectis immutatisque literis elogium retulerant Pantheus, & Rufus; cum Alexander Benedictus haud obscurae famae Medicus (*b*), quodque magis refert Panthei amicissimus (cujus quoque opera edenda curaverat) in epistolâ ad Veronenses cives de naturali historiâ a se iterum emendatâ, quaeque Venetae editioni anno 1507. vulgatae praeponitur, inscriptionem sic legit (*c*) [2].

I N I V S
C V N D V S
A V G V R
R C I V I A I [3]
R I
E R I [4] P A T R I
M A E M A T R I
M A R C E L L A E
T. F. I. [5]

To-

ANNOTATIONES.

(1) Polycarpus Palermus veram Benedicti Jovii aetatem ignoravit. Obiit B. Jovius anno 1545., neque verbum suis in operibus addidit, ubi lapis inventus sit; sed unicè alia etiam praeter Plinii nomina referre posse adstruens, jejunum elogium claris. viro indignum judicavit. Jovio igitur cum Pantheo, & Rufo tantùm res fuit, neque Sarainam, minùsque Panvinium ex operibus nosse potuit.

(2) Polycarpus Palermus Alexandrum Benedictum accusat, quòd *truncatam*, *& lapidis fide prorsus in omnibus non servatâ* retulerit. Benedicti tamen lectionem non affert. Hanc nos e memoratâ Plinii editione, atque a Porcacchio mutuatam exhibemus.

(3) Paullus Cigalinus apud Benedictum legit RCIVIAE (*d*).

(4) Apud Cigalinum, ut supra, CRI, sed typographicus est error, quem Hackii sustulerunt anno 1669. (*e*)

(5) Quintius Aemilianus Cimbriacus Poëta in Alexand. Benedicti gratiam, cum Plinianam castigationem laudaret in eo carmine, quod incipit.

Veronae decus, & domus Secundae
PLINI gloria cognitumque lumen
Ingens historiae perennioris,
Quis te sic nitidum manu expolivit, &c,

Ita rem claudit

Veronam petito, & videte saxum,
Sacris quod posui ossibus parentum
Tunc dices tripodas tibi locutos.

Hinc

[a] *In allatâ ep. ad Justum.* [b] *Vid Maff. Ver. illust. par. II. lib. 3. col. 129.* [c] *Sub initio allat. edition.*
[d] *Lect. 1. pag. 90.* [e] *Plinian. edition. tom. I. pag. 37.*

Torellus Saraina Alexandrum Benedictum subsequatur, uti proximior aetate, quamvis versiculorum distinctionem nequaquam servaverit, & corruptâ serie hujusmodi legat (*a*).

PLINIUS SECVNDVS (1) AVG. (2) MARICIVIAE MAR
CELLAE MATRI POSTERI PATRIAE
MATRI MARCELLAE
T. F. I.

Torellus Saraina Veronensium antiquitatum supinus magis, & stupidus depravator, quàm solers investigator a Palermo hoc loco appellatur: (3) qui addit Plinianam inscriptionem ita integram effecisse, ut contaminatissimam, barbaram, & prorsus ineptam reddiderit. Sed eodem pacto omnes illos arguere deberet, qui aliquibus innixi conjecturis trunca verba supplere voluerunt; seque ipsum in hoc albo comprehendere, cum non integrâ fide Sarainae civis sui scripta retulerit; indeque Hieronymum Curtium accusare Veronensium rerum scriptorem, Maffejo judice, inter omnes conquisitum, (*b*) qui ipsa volens a Sarainâ allata producere, vel suâ, vel typographi incuriâ, in deterius corrupit. Postquam enim Plinium Veronensem fuisse ex nobili Secundorum familiâ ortum, circa annum humanae salutis LXXXI. (4) floruisse affirmavit, haec italico idiomate subjecit. *Libro de viris illustribus ostendit Saraina Plinium hunc ob literas antiquissimo marmori in Domo illustrium Nogarolarum Comitum extanti insculptas e Secundorum familiâ, illâ aetate, nostrâ hac in Vrbe nobilissimâ originem deduxisse. Verba hujusmodi sunt.*

C. PLINIVS SECVNDVS AVG. MARRI
CINIAE MARCELLAE MATRI
POSTERIS PATRIAE MATRI
MARCELLAE T. F. I.

Alteram Panvinius a Sarainae, & Curtii lectione satis diversam exhibuit, dum consulares fastos commentariis illustraret. Ibi enim senioris Plinii congestâ recordatione *quod si*, inquit, (*c*) *Veronensis non fuit* (*ut quidam affirmant*), *cur antiquissimum adhuc extat marmorei frusti epitaphium a Plinio parentibus suis, & sorori factum, quod inter rudera octuaginta annis antea in agro Veronensi inventum est.*

C. P - - INIV - -
NDV - -
AVG.
- - RCIVIAE
- - CELLAE
- - RI
ERI PATRI
MAE MATRI
MARCELLAE (5).

Mirandum sanè, quòd Panvinius vir de Romanorum nominibus optimè meritus,

ANNOTATIONES.

Hinc ipsissimam subjecit inscriptionem, praeterquam quod in italicâ Landini aemulatione, quae Venetiis prodiit anno 1516. ultimo versiculo, loco T. F. I. habet T. E. I., quòd typographi mendum esse apparet.

(1) Versiculorum ordinem sequor ex Sarainae libris petitum: utrùm hac, vel antiquiore editione Porcacchius, Cigalinus, & Palermus usi sint, prorsus ignoro. Ab illis tamen nulla versiculorum ratio habetur.

(2) AVG. per compendium legunt, apud Sarainam Porcacchius, Curtius, & Cigalinus. E contrario Polycarpus Palermus refert AVGVR: unde qui contumeliis municipem suum oneravit, ipse oscitantiae arguendus esset, quia Sarainae verba hoc loco depravavit. Saraina enim inter plures maculas, has saltem notas AVG. (quae ad Auguratum non spectant) retulit, prout jacebant; quòd ante Sarainam non egerunt Pantheus, Rufus, & Benedictus. Fateor quidem a Sarainâ reliquas inscriptiones mendosè vulgatas fuisse: sed fortasse Panvinius quamvis longè doctior hac in re minimè culpandus?

(3) Palermus Lipsium affert tanquam per jocum praestantem ingenio virum Sarainam dixerit: illum tamen aliquâ posterorum memoriâ dignum ostendunt coaevi scriptoris Julii Caesaris Scaligeri carmina ab illustri Maffejo adducta

Acer judicio, ingenio Torellus amoeno,
Legibus insignis, nobilis historiâ.

(4) Anno Christianae Aerae LXXXI. Plinius vitâ functis annumerabatur, cum obierit anno Reparatae Salutis LXXIX. Titi imperantis I. Vbi affirmasset Curtius illum usque ad annum Christi LXXXI. vixisse: id faciliùs esset tolerandum, cum veteres permulti Christi nativitatem duobus annis praeoccupaverint; idque Curtio scribente ab eruditis ignoraretur.

(5) Post cognomen ultimo versiculo relatum legendae erant notae T. F. I., hasque ipsemet Panvinius subindicavit: quâ igitur ratione minimè retulit? Id vitii, ut mutila antiquorum elogia exhibeat, a multis Panvinio objicitur, atque alios inter a Muratorio observatur.

[a] *Lib. V. de monum. antiq. pag.* 251. [b] *Ver. illust. par. II. l. IV. col.* 297. [c] *Ad ann. V.C.* 853.

tus, insulsè adeò notas illas — — RI sexto versiculo extantes, superadditis elementis suppleverit, ut — — RCIVIAE — — CELLAE fratrem extitisse Plinium crediderit, cum oppositum ex legendis adhuc characteribus omnino eruatur; & novissima opinio traditis per Onuphrium regulis adversetur. Id in maximis etiam viris humani ingenii imbecillitatem comprobat, quòd vix paucis ante versibus Pliniam Plinii senioris sororem appellaverat: ut post hanc illi — RCIVIAM..CELLAM, diffidentibus appellationibus, sororio vinculo copularet.

Hujusce rei difficultate motus in aliam postmodum abiit sententiam Panvinius (ubi Palermo fidem habeamus) illasque notas — — RI, *uxo*RI potiùs legendas censuit, uti ex quodam autographo codice apparet, qui apud Caesarem Nichesolam elapsi seculi initio asservabatur. (*a*) Quantam & haec restitutio redoleat falsitatem, omnes ex infra dicendis apertissimo suffragio comprobabunt.

Fallitur enim procul dubio quisquis hujusmodi monumentum ad Plinium, ejusque parentes traducit; & vano pariter commento se ipsum decipit Achilles Statius, qui ex literis primo versiculo allatis ad Plinii senioris genitores accomodavit, ubi virorum illustrium imagines, atque elogia complexus, tali pacto deformatae inscriptionis fragmenta collegit. (*b*)

C. P - - - - I N I V S . . .
. . . D V S . . .
. . . A V G. . .
R . C I V I A E
. . R I
. . E R I P A T R I . .
. . M A E M A T R I . .
. . . M A R C E L L A E . .
. . T. F. I. . .

Vt in tantâ excriptorum contrarietate extantes in elogio literas eliciamus, ad Polycarpum Palermum provocare necesse est, qui lapidem ipsum olim Ludovico Comiti Nogarolae in deliciis, sibi a Carolo Tonso donatum diligentissimè perscrutabatur. Indoluit tamen ignis vapore, rimisque deductis reliquum marmoris dissiluisse, eo tamen ordine, ut literae paullatim a supremo usque ad imum decrescant in hunc modum. (*c*)

. . . . I N I V . .
N D V . (1) .
. . . A V G.
. . . R I C I V I A E . (2) .
. . . C E L L A E
. . . R I
. . . . E R I P A T R I
. . M A E M A T R I
. M A R C E L L A E
T. F. I. (3)

Hanc inscriptionem Veronensibus Comenses invidere; *eamque mordaci calamo*, ut caetera eorum argumenta liberè discerpere, & convellere, nescio quânam libertate affirmaverit. Num fortassis municipes nostri similia praeterire debebant, quando Veronensium ingeniorum culpam, levitatem, atque inconstantiam ipse Palermus coarguit? Non Jovius profectò *omnium in eam criminationum auctor est*, ut ineptè affirmat Palermus, quando unicè Porcacchius Arretinus Pantheum, Sarainam, & Panvinium de loco ubi eruta fuerit inscriptio disceptantes (4) describit (*d*). Hos ultimos utpote se juniores Jovius recensere non valuit, hosque cursoriis tantùm notis Cigalinus indigitavit (*e*): *non dicam si quaeratur de loco, in quo inventum epigramma*

ANNOTATIONES.

(1) Typographico sphalmate legitur apud Palermum...NDVS. Consule in voluminis calce insigniorum erratorum restitutionem.
(2) RCIVIA. Vid. Maff. inter spurias Mus. Veron. pag. C. LXXVII. n. 8.
(3) T F I. Maffejus.
(4) Malè omnia Porcacchii verba ad Jovium refert Palermus, & haec praesertim, cum Porcacchius in hanc speciem attingat, quae Jovius jam vitâ functus nosse non poterat. *Ma adducono i Veronesi un antica inscrittione d'un marmo, trovato, come vole il Saraina, nel giardino, ch'hora è del nobilissimo, & valorosissimo Signor Conte Francesco Nogarola, benchè il molto dotto, & accurato Frate Onofrio Panvino dica nel contado di Verona, & prima di loro il Pantheo disse nella Chiesiciuola di San Biagio: la quale inscrittione non è fundamento punto stabile a provar Plinio Veronese.*

[a] *Vid. Paler. lib. II. cap. 5. pag. 101.* [b] *Vid. imag. & elog. vir. illust. ex bibl. Fulvii Ursini.* [c] *Vid. Pal. p. 91.*
[d] *Nob. civ. Comi pag. 53. & seq.* [e] *Lect. I. pag. 92.*

ma sit, unde erutum, inter adversarios non convenire, quòd vis, & nervus offensionis epigrammate mihi, non loco effossionis positum esse videatur. Cur igitur tantâ facundiâ excurrit Palermus, & injuriis innoxium lapidem affectum, & Comenses Andabatarum more pugnantes describit! Num fortassis ocularis elogii inspectio evadit necessaria, cum tela ipsi Veronenses ministrent, ut illorum opinionem rejiciamus? Quâ enim ratione Panthei, ac Rufi impostura ferenda erat, ut integrum *Plinii Secundi* nomen excribentes nullam tot deficientium literarum mentionem exhiberent! Si coaevo auctori Alexandro nempe Benedicto literae ... INIV .. in priori tantùm versiculo ... si in sequenti . CVNDVS unicè apparebant; quid opus erat ad ostendenda Panthei additamenta, ut elogium Comensium oculis subjiceretur? Benè igitur, ac sapienter Cigalinus importunam Panthei liberalitatem voluit elucere, quâ integro nomine, atque cognomine relato majus argumento robur addere credebatur. Verùm neque hujusmodi Andream Alciatum illo aevo primum in omnigenâ literaturâ fastigium obtinentem moverunt, ut Veronensium partibus subscriberet: cum enim quaedam Mediolanensia elogia explanaret, ubi Plinii Caecilii nomina legebantur, longè absuit, ut Plinium Caecilium Mediolanensem affirmaret, imò *nec tamen eam*, addit, (*a*) *fidem hisce inscriptionibus adhibendam esse duxerim, ut quod aliqui faciunt contra omnium auctoritatem hoc argumento ducti quidquam innovemus. Scripsit Tranquillus, Eusebiusque seniorem Plinium patriâ Novocomensem fuisse. Negare hoc ausi sunt recentiores quidam, eo maximè loco opinioni suae confirmari, quòd Veronae Secundorum familia fuerit, unicumque marmore inscriptum illic extet epigramma Plinii mentionem referens, sed hi velim mihi dicant, num & hac ratione Caecilius Mediolanensis esset, quòd ut affirmare vani hominis esset, ita credere insanientis prorsus est*. Firmis adeò principiis sententiam nostram innixam credidit Alciatus, ut quamvis hujusmodi elogium Veronae existens ad naturalis historiae scriptorem esset referendum, nihilo secius illum adhuc Novocomensibus vindicaret. Certior demum factus, quòd in allato epigrammate primae omnino deficerent literae Pantheum controversiae nervos, ipsamque de tanto certamine victoriam infirmo satis argumento commisisse demirabatur; (*b*) cum non potiùs Plinius, quàm Asinius, Caninius, Cominius, Licinius referre lapis potuerit. Hujusmodi ab Alciato, Jovio, Porcacchio, & Cigalino observata Alexandro Benedicto officient.

Torellum Sarainam, & Hieronymum Curtium praetereo; tantis enim lapidem ineptiis confarciunt, & *Mariciviae*, *Marriciniae*, *Marcellae Matri*, *Posteri*, *Posteris*, *Patriae*, iterumque *Matri Marcellae* dicatam memoriam dum affirmant, eo usque procedunt, ut vix recensendi omnibus eruditae mentis evaserint.

Ab Alexandro Benedicto ad Onuphrium Panvinium nostra sese conferat Oratio, qui in primo lapidis versiculo legit C. P .. INIVS. Quamvis enim id ipsius Polycarpi Palermi testimonio falsum appareat, neque litera P.. Alexandro Benedicto tot ante Panvinii nativitatem annis scribente dignosceretur [1]; nihilominus tamen, quae nos ratio urgeret, ut Plinii nomen legeretur? cur non potiùs Pleminius, vel saltem eâdem ratione, ut Cigalinus adnotavit? (*c*) Iis adde Papinius, Patinius, Pe-

ANNOTATIONES.

(1) Onuphrius Panvinius natus est anno Aerae Christianae 1530. obiitque 1568. Consule auctores superiore libro allatos, Ghilinum, Tirinum, Scipionem Maffejum.

[a] *Lib. II. hist. patr.* [b] *Ejusdem libri ad calcem. Vid. Cigal. lect. I. p. 16.* [c] *Lect. I. pag. 19.*

Petinius, Pinius, Pomptinius, Putinius, quorum omnium elogia apud lapidum collectores, & praesertim in novo clarissimi Muratorii thesauro invenies; nonne Ferrariae in publico Museo per me ipsum inspectum extat hujusmodi epigramma (a)

D. M.
P. PAPINI
SECVNDI
MVRIA
VALENTI
NA CONIV
ET . PAPINIVS
PETRONIANVS
FIL'IVS . B. M.
POSVERVNT

Nonne harum omnium familiarum viri, Caj praenomen, Secundique cognomen gestare potuerunt? utrumque sanè ita commune evadit, ut nihil faciliùs, & passim inveniatur; & ubi vera Panvinius adnotasset, lacunae spatium ab ipso inter P.. & INIVS relictum, longiora familiarum nomina, uti Papinius, Patinius, Petinius requirere videretur: idque magis, magisque Achilli Statio objiciendum, qui vacuum duobus saltem elementis implendum reliquit.

Eâdem ratione mancae in sequenti versiculo literae .. NVD.. vel .. DVS, non magis SECVNDVS quàm VERECVNDVS, vel JVCVNDVS referre potuerunt, cujus rei ne infinita addamus inscriptionum exempla, sufficiat Cigalinum, Appianum, Gruterum, & Muratorium consulere. Vt veriora tamen adstruamus, priores literae C . P .. in Veronensi epigrammate, Panvinii aevo omnino desiderabantur, cum Plinii praenominis Pantheus, & Rufus nusquam meminerint: & Alexander Benedictus, qui primus versiculorum ordinem exhibuit .. INIVS . unicè proferat. Alciatus demum ante Panvinii nativitatem audivit,, plerosque asserentes saxum illud, „ quod Plinii nomine inscriptum tradunt, ita prioribus elementis abrosu[illegible], ut pla„ nè intelligi non possit, Plinius sit, an Caninius, Licinius, Asinius, Comin[illegible]s, Atinius, & si qua similia. „

Videat igitur, quânam ratione elementa C. P.. in prolato epigrammate Panvinii temporibus extitisse, Palermus comprobare possit, cum Panvinio antiquiores, & ipse Panvinio recentior frustra illa perscrutaretur. Neque enim Palermum juvabit, ubi accusatâ seniorum oscitantiâ, Panvinium iis diligentiorem fuisse crediderit, cum non caeteris minùs arguendus sit Panvinius, tum magis ubi illum Alexandro Benedicto conferas; indeque uterque Palermianae inscriptioni comparetur.

Ad Plinium igitur, cur unicè adaptanda inscriptio, si literae tantùm .. INIV . primo versiculo apparent? Non pauca solùm ab Alciato, Jovio, Porcacchio, Cigalino, ipsoque Palermo allata familiarum nomina similibus desinentiis occurrunt; sed mihi apud Muratorium antiquorum elogiis innotescunt Albinius, Afinius, Alfinius, Allecinius, Aninius, Anninius, Antinius, Apinius, Aprinius, Asinius, Atinius, Avinius, Ausinius, Caninius, Carminius, Carfinius, Casinius, Castinius, Catinius, Cecinius, Ceprinius, Cerpinius, Cerninius, Cinius, Cirpinius, Clinius, Colinius, Corsinius, Cossinius, Crassinius, Cusinius, Cussinius, Dinnius, Fulinius, Gabinius, Geminius, Longinius, Lucrinius, Lusinius, Macrinius, Melminius, Mescinius, Inius, Labinius, Latinius, Lemminius, Licinius, Ligustinius, Masclinius, Ninnius, Obinius, Obvinius, Ominius, Ovinius, Otinius, (Patinius, Petinius, Pomptinius, Provinius supra allati) Melinius, Mescinius, Ratinius, Rasinius, Sabinius, Safinius, Sanctinius, Sanguinius, Sappinius, Sarminius, Satinius, Sicinius, Stertinius, Stritinius, Taminius, Tarquinius, Tatinius, Ticinius, Tinius, Titinius, Varinius, Varsinius, Vatinius, Veistinius, Vestinius, Vetinius, Vinius, Virginius, Visinius, Vsinius, aliique. Sibi

ANNOTATIONES.

[a] *Murator. nov. thesaur. tom. III. pag. MCCCLXXXV. 9.*

Sibi igitur consulat Palermus, videatque num in tantis gentiliciis appellationibus aliqua inveniatur, cui *Plinius* characterum numero respondeat, & destinatum ab ipso octo literis spatium exaequet. Frigescit hic illius animadversio, quâ unicum Plinii nomen recipiendum esse contendebat.

SECTIO. TERTIA

DE Plinii nomine haud satis in allato epigrammate constare vidimus superiore sectione; in praesens ostendendum, quòd ubi etiam Plinii Secundi nomen legeretur; parum prudenter avunculo Plinio hujusmodi elogium adaptarunt Pantheus, Rufus, Benedictus, Quintius Aemilianus, Panvinius, Moscardus, iique omnes, qui virum tantis dignitatibus insignitum solo fecerunt AVG*uratu* memorabilem. Ita enim plerique notas illas AVG. quamvis nudas, & in versiculi fine positas perperam interpretati sunt. Verùm quâ ratione Auguratus dignitatem (quam nusquam a seniore Plinio gestam novimus) recensere; caeteras verò Alae, & Misenensis Classis praefecturam, amplissimas procurationes, & delegatum Plinio a Vespasianis Impp. officium voluit praetermittere?

Equitum Alae praefecturam in antiquorum elogiis perhonorificâ mentione recensitam, (*a*) imò gregariorum etiam militum officia digesta adnotavi: (*b*) ut pauca (inter multa) afferam elogia, primum e schedis Farnesianis in Gallaeciâ inventum subjicio. (*c*)

MATRI PATRI
TIB. IVNIVS
TIB. FIL. QVIR. (1)
QVADRATVS
DOMO ROMA
PRAEF. EQVIT. AL.
II FL. HISP.
C. R....

Alterum in S. Mariae Pantanensis, agri Tudertini. (*d*)

T. POPILIO T. F. VOL. (2)
ALBINO TVDER.
PRAEF. ALAE. I ALPINO
TRIB. LEG. VII GEM. FEL.
PRAEF. ALAE. I TVNC
RORVM (3) FRONTON
VICANI VICI
MARTIS TVDER.
EX AERE CONLAT.
LOC. D. D. D.

Tertium Bathi haud multis ab hinc annis inventum. (*e*)

L. VITELLIVS. MA
NIAI F. TANCINVS
CIVES HISP. CAVRIESIS (4)
EQ. ALAE VETTONVM C. R.
ANN. XXXXVI. STIP. XXVI.
H. S. E. (5)

Vltimum demum Augustae Allobrogum olim visendum. (*f*)

SVCCESSVS
SILVANI F. EQ. AL.
I. AVG. TVR. IVL (6)
OCTAVI. STIP. XIIII.
VIX. AN. XL.

Su-

ANNOTATIONES.

(1) Siglae QVIR. Significant Junium QVIR*inae* Tribui adscriptum, patriâque Romanum fuisse, & PRAEF*ectum* EQVIT*um* AL*ae* II. Flaviae HISP*alensium Civium Romanorum*. Nec fortassis aliter ex ultimis siglis legendum videtur. Vbi alia desideretur, nobis pratermissa minimè afficient.

(2) VOL. nempe VOL*tinia* Tribus indigitatur.

(3) TRVNCRORVM, aliis TVNGRORVM, quòd Plinio auctore magis arridet. Nunc incolis modicâ differentiâ haec Vrbs *Tungren* dicitur.

(4) Ita scriptum testatur loco CAVRIENSIS Cl. Bimardus apud Muratorium. Nomen a *Caurio* Lusitaniae oppido deducitur. Caeterum & alia minùs consona occurrunt, cum Vitellii, & Civium Hispanorum appellationes recto casu ponantur. Sed hujus discrepantiae plura in lapidum collectionibus occurrunt exempla; ubi CIVES loco CIVIS excriptorum incuriâ irrepserit, tunc omnis sublata difficultas; Notae C. R. Significant *Civium Romanorum*: prior numerus vitae, secundus militiae annos comprehendit.

(5) *Hoc Sibi Extruxit*, vel quid simile reddunt Siglae H. S. E.

(6) Vel Tyrones intelligent, hunc Successum Silvani filium fuisse Equitem Alae Primae Augustae in Turmâ Julii Octavii.

[a] *Vid. nov. thes. Murat. tom. I. pag. 1.* [b] *Allat. Murat. pag. DCCLXXVII. 1. pag. DCCLXXXV. 7. & alibi.*
[c] *Idem pag. DCCCXXXVII. 4.* [d] *Idem pag. DCCCXLIV. 9.* [e] *Pag. DCCCLXX. 6.* [f] *Pag. DCCCLVI. 1.*

Superiora ad praefectos, postrema ad milites spectantia satis indicant, mutilum Veronensium lapidem ad Plinium Alae equitum Praefectum nullâ ratione tribuendum, cum hujusmodi officium minimè recenseant.

Nonne antiquorum elogia PROVINCIARVM, & CAESARVM PROCVRATORES, ubique tali munere fungerentur, passim enumerant? Cur igitur Plinii nobilissimae procurationes reticendae? Cur imperium Praetoriae Misenensis Classis ipsi demandatum sicco pede praetereundum? quando non Ducum unicè, sed minorum etiam officiorum memoria lapidibus demandabatur. (1)

Plura ex iis apud Antiquarios, & Cigalinum invenies exempla, omnibus tamen sufficiet Muratorius, qui nemini in omnigenâ literaturâ secundus omnes (utpote recentior) in veterum mumentorum collectione, copiâ, atque interpretatione superavit. Praeter indicata in annotationibus elogia ad Misenensem Classem spectantia, haec praesertim ab illo mutuanda duxi, quia paucis cognita, vel tantae Classis dignitatem comprobant, vel gregariis militibus dicata satis ostendunt, homines maritimo huic officio addictos, muneris sui recordatione in sepulcralibus memoriis decorari.

Illustre igitur, & insigne erit L. Valerii Victoris monimentum, qui victimas adducentibus praeerat, ut visendae in Miseni Promontorio literae in hunc modum testantur. (*a*)

D . M.
L . VALERIVS VICTOR
EX II FIDE (2) NATIONE
SARDVS VICTIMARI
VS PRINCIPALIS (3)
MILITAVIT ANNIS
XXIII . VIXIT. ANNIS
XXXI (4) AVRELIA
SPES COIVGI . B. M.
FECIT

Rarissimum Victimarii principalis munus in antiquorum elogiis inventu affirmat Muratorius. Verùm Nonagenarii ignotum antea officium Vignolius e Vallettae Museo deduxit, ubi legimus (*b*).

D. M.
TI. CL. (5) MARINVS
NONAGEN. (6) CL. PR. MIS
ET AELIA NICOLAI
CONIVX EIVS . SIBI
LIBERTIS LIBERTA
BVSQ. POSTERISQ. EOR.
FECERVNT

Ad

ANNOTATIONES.

(1) Non Centurionum unicè, sed Gubernatoris, Beneficiarii, Evokati, Veterani, Emeriti, Optionis, Optionis Factionis, Artificum, Duplicarii, seu Dupliciarii Militis officia in Classe Praetoriâ Misenatium invenies. Apud Muratorium quoque notae IR. quaerendae (*c*), quae IRENARCHAM significant; & Siglae EX. VELAR. DVPLICAR. quas interpraetarer EX VELAR*iis* DVPLICAR*ius* tanquam duplici stipendio donatus, ut velorum curam haberet. Muratorius aliter conjecit. Hunc consule pag. DCCCLXI. 4. Stabiis quoque nostro aevo inventa honesta Trierarcharum Missio.

(2) Notae II significant ex *Diremi*, sive *Biremi*, cui nomen *Fides*. Sic alias Dieres, Trieres, Tetrieres, Liburnas &c. invenimus; quae Apollinis, Neptuni, Tauri, Vestae, Salutis appellationibus distinguntur.

(3) Muratorium audi: *Victimarii Principalis munus in lapidibus rarissimum: ad eum spectabat victimas adducere, atque omnia instruere ad sacrificium. Vnum Victimarium nobis dedit Reinesius. Ni fallor Victimarium hic agebat inter milites, quorum etiam fuit sacrificare interdum.*

(4) Sphalma in numerali notâ procul dubio cubat. Neque enim qui XXIII. annos militavit, XXXI. vixisse unicè potuit; ut ab octavo anno coeperit militare. Legendum puto XXXXI.

(5) Siglae TI*berii* CL*audii* nomina denotant.

(6) Muratorius de vocis interpretatione *Si nonagenarius*, ait, *aetatem, heic uti videtur, respicit, mirum videatur, quei homo capularis, aut miles, aut nauta versaretur in classe praetoriâ Misenate. Num nonagenarius officii nomen, quemadmodum centenarius, aut ducenarius fuit? Is nonaginta hominibus praefuisset. At numquam ejusmodi muneris exemplum reperi.* Officii nomen ego potiùs conjicerem: neque enim hoc loco aetatis annus ponendus, nullâ temporis militiae habitâ ratione. Praeterquamquod hunc militem, vel capularem dicere, tam illustre praenomen, & nomen, liberti, libertaeque vetant; omisso etiam quòd ubi nonaginta annis vixisset, beneficiarii, veterani, emeriti, vel alterius gradus officium nactus esset. Videtur quòd Marinus originem ab aliquo Claudii Caesaris liberto deduxerit.

[b] *Pag. DCCCLXIV. 1.* [b] *Pag. DCCCVI. 1.* [c] *Pag. DCCCLVII. n. 3.*

Ad infima descendamus officia, qualia milites exercebant, & horum quoque recordationem inveniemus Florentiae apud Petrum Andream Andeinium Diis Manibus Mussidii Capitonis dicatam (*a*).

D . M.
C. MVSSIDI CAPITONI
MIL. CLASS. PR. MISEN
EX III PIETATE (1) VIX . AN
NIS XXXVI MIL. AN.
XVI . TERENTIVS VALENS
H. B. M. F.

Sed prae caeteris miranda occurrit Baebii Hermetis, & Aureliae Probae parentum pietas, qui Manibus Baebii Filii vix quintum vitae diem attingentis hujusmodi epigraphe litaverunt (*b*).

D. M.
SEX. BAEBIO. STOLONI
QVI VIX . DIEB. IIII . H . X.
C. BAEBIVS. HERMES. MIL . CLAS . PR. MIS.
ET AVRELIA PROBA . FIL. DVLCISS. (2)

Si igitur hi omnes Misenensium armamentario addicti officiorum suorum recordationem in elogiis suppeditant, quânam de caussâ nudam, jejunam, omnique, ut ajunt, pumice aridiorem, Misenensium classis Praefecto inscriptionem adaptabunt Veronenses, ubi nulla tantae dignitatis mentio recolatur?

Haud ignoro, quòd ubi notae illae AVG. ad maximum Romani Auguratus officium essent deducendae, avunculus Plinius nobilissimo munere perfunctus appareret; sed nusquam in supremis Romanorum Elogiis haec unica caeteris praetermissis dignitatibus recensetur.

Quanti Auguratum faceret sequens Plinius, suo loco persequimur. Hìc illius verba ad Arrianum (3) adducere sufficiat (*c*). *Gratularis mihi*, ait, *quòd acceperim Auguratum; jure gratularis, primùm, quòd gravissimi Principis judicium in minoribus etiam rebus consequi pulchrum est, deinde quòd sacerdotium ipsum, cum priscum, & religiosum, tum boc quoque sacrum planè est, quòd non adimitur viventi. Nam caetera quamquam dignitate propemodum paria, ut tribuuntur, sic auferuntur*, (4) *in boc fortunae bactenus licet, ut dari possit. Mibi verò etiam illud gratulatione dignum videtur, quòd successi Julio Frontino Principi viro. Te quidem (ut scribis) boc maximè delectat Auguratus meus, quòd M. Tullius Augur fuit.* (5) *Laetaris enim, quod bonoribus ejus insistam, quem aemulari in studiis cupio.*

Sed cur Arrianus longinquum Ciceronis exemplum petit, cur junior Plinius se Frontino successisse gratulatur? Suadet enim ratio, quòd Arrianus Cicerone praeposito recentem Avunculum minimè praeteriisset, neque junior Plinius pro domesticis exemplis externa unicè commemorasset. Capitoni (6) historiam scribere suadenti, *me verò*, respondet, (*d*) *ad boc studium impellit domesticum quoque exemplum. Avunculus meus, idemque per adoptionem pater, bistorias, & quidem religiosissimè scripsit. Invenio autem apud sapienteis bonestissimum esse majorum vestigia sequi, si modò recto itinere praecesserint.* Non parum igitur a ratione alienum putaverim avunculum Plinium

ANNOTATIONES.

(1) Ex Trieri, seu Triremi, cui Pietas nomen. Notae H. B. M. F. significant *Haeres Benè Merenti Fecit.*
(2) Reliqua militum Classis Praetoriae Misenatium monumenta consule apud Muratorium.
(3) Cigalinus Arrium loco Arriani legit, nullo tamen suffragante codice.
(4) Nonne Pontificum dignitas pariter perpetua: cur igitur Plinius unicam Auguratus dignitatem vitaliter exercendam agnoscit? Eâ ratione puto, quia nonnulla adsunt exempla, ubi Pontifices officio renunciarunt. Legitur de P. Licinio Crasso, Pontificis Maximi dignitatem deposuisse, ut Romanorum exercitui praeesset.
(5) Plinius senior, ubi augur fuisset, ad inclytum Romanorum Collegium, non ad sacrificulos illos, qui augures in municipiis, & legionibus erant, procul dubio spectasset. Ex nobiss. Romanorum magistratum recenset in nat. historiâ Q. Fabium Maximum, *qui* LXIII. *annis augur fuit*. (*e*) De augurali scientiâ, & vanitate alibi egimus. Consulantur Catrovius, & Rovillaeus Tom. VIII. pag. 425.
(6) Apollinaris Sidonius hujusmodi Cornelio Tacito non Capitoni scripta affirmat, reclamantibus tamen Plinii codicibus, ut contra Jo: Savaronem ostendit, Paullus Daniel Longolius. (*f*)

[a] *Pag. DCCCXXVI.* 7. [b] *Pag. DCCXVCIX.* 1. [c] *Lib. IV.* 8. [d] *lib. V.* 8. [e] *Lib. VII.* 48.
[f] *Pag.* 358.

augurem facere, cum nihil hujusmodi apud juniorem inveniamus; neque ad Arrianum scribens illius memoria occurrat; quando honestissimum sanè erat adoptivi patris vestigia sequi, ubi filium in Auguratus dignitate tam recto itinere praecessisset. Parum igitur cautè Carolus Rollinius (vir caeteroquin emunctae naris, & politissimus totius antiquitatis enarrator) seniorem Plinium in Augurum collegio adscriptum vulgavit; (*a*) cum tanta dignitas inconsideratè Misenensium Classis Praefecto attributa appareat; neque aliunde quàm ex mutilo hujusmodi elogio deducta innotescat. Et sanè Panvinius post edita Fastorum commentaria exesam inscriptionem restituere intentans illam tali, diversoque pacto subjecit. (*b*)

C. PLINIVS
C. F. SECVNDVS
VIVIR AVG.
SIBI ET ORCIVIAE
MARCELLAE
VXORI
C. CELERI PATRI
ET OPTIMAE MATRI
MARCELLAE
V. T. F. I.

Hanc e Panvinii codicibus desumptam (1) Janus Gruterus postmodum ita exhibuit (*c*). Quamvis enim utriusque institutum reprobandum sit, ut ea tanquam legenda subjiciant, quae nunquam fortassis in elogio extiterunt; nihilotamenminus horum, & Palermi conjecturae accedunt eruditi, ut potiùs laudatum Caj Celeris filium Sextumvirum Augustalem, quàm Augurem fuisse suspicentur. Id ante Palermum attigit Cigalinus; (*d*) atque id unicè sufficere arbitrarer, ut ad Plinium nostrum lapidem minimè pertinere affirmaremus, cum Libertos quoque Sextumviros Augustales, & Sextumviros, & Augustales inveniamus (2): utrumque enim officium tenuibus ut plurimùm hominibus inter Decuriones, & Plebem, constitutis convenire ostendit Forosempronianum elogium in hanc formam a Muratorio descriptum. (*e*)

MARIAE T. F. MAESIAE CASTAE DOMITILLAE MAESI RVFI	FL. MAESIO L. F. POL. RVFO . PROC. AVG TRIB. MIL. LEG. XV APOLLINARIS TRIB. COH . MIL . ITAL . VOLVNT. QVAE EST IN SYRIA PRAEF FABRVM BIS.

MVNICIPES ET INCOLAE OB MERITA EIVS QVOD ANNONA
KARA FRVMENT. DENARIO MODIVM PRAESTITERIT
EARVMQVE DEDICATIONE EPVLVM DEDIT DECV
RIONIBVS SINGVL . H-S XXX. SEXVIRIS ET AVGVSTA
LIB. SINGVL. H-S XII. PLEB. SING . IIII.

Liberti verò VI. VIR. AVGustales passim occurrunt, ut Nemausi. (*f*)

SECVNDO
POSTVMI
LIB. IIIII. VIR. AVG.

Ast

ANNOTATIONES.

(1) Consule Polycarpum Palermum (*g*), & Gruterum, apud quos ultimo versiculo redundat nota V.

(2) Apud eruditos disputatur utrum iidem fuerint VI. VIRI & AVGVSTALES. Putat Muratorius nihil inter eos fuisse discriminis, nisi praeminentiam „ scilicet, qui reliquis Augustalibus praeerant, ii Seviri appellati, sive quòd primi essent in universo sodalium Augustalium collegio, sive quòd sex forent Augustalium decuriae, & primus in singulis Sevir diceretur „ (*h*). Meliora, & recondita Norisii, Fabretti, Corradini, (*i*) Maffej diligentia in lucem protulit, ut levem admodum VIvirûm Augustalium honorem fuisse discamus. Temporarium siquidem erat officium, non perpetuum, uti ex geminis elogiis constat in Veronensi Museo allatis, ubi legimus (*k*) D M L. CARVLLI. FELICISSIMI . BIS . VI . AVG. IDEM . QQ. LL. QQ. CORPOR. VIN. VRB. ET. OST. &c. In sequenti elogio L. AVFILLENVS ASCANIVS VI. VIR II. &c. VI Viros Augustales in Augusti honorem primùm institutos Norisius ostendit adversus Reinesium; quosque Sacerdotes fuisse satis constat: hos ego a Sextumviris Juri Dicundo utique separabo. De Augustalibus meliora sentit Mazochius. Inter Equites, & Plebem, alterum veluti ordinem constituebant (*l*). Pro omnibus sufficiet laud. Corradinus, & Bochatus Tom. II. commentar. criticorum ad hist. Helvetior. Tom. II. pag. 446.

[a] *Hist. antiq. tom. XI. par. II. lib. XXIV. pag. 616.* [b] *Vid. Gruter. & Palerm. pag. 101.* [c] *Allat. Palerm. pag. 101.*
[d] *Lec. I. pag. 94.* [e] *Pag. DCCI. 4.* [f] *Pag. DCCXLIII. 2.* [g] *Pag. 98.*
[h] *Vid. annot. ad allat. inscript. pag. DCCI. & Class. III. Augustal. pag. CXCII. n. 4. pag. CXCIII. n. 2.*
[i] *Pag. CXIV. 2.* [k] *Vet. Lat. tom. II. pag. 52.* *Vid. Fabrett. pag. 170. & Mazoch. pag. 450*

Aſt nonhos tantùm, reliquoſque Palermo notos, ſed Medicos, Scribas, Grammaticos, Quinquennales Corporum Vinariorum (1), quodque magis eſt, Tabelliones, pecuniarum Coactores, & Apparitores etiam inter Sextumviros Auguſtales invenimus.

Legimus enim in Hiſpellano Elogio (*a*).	In altero Montis Sarraceneſchi. (*b*).
M. RVF. ARTIS TABILIONI (2)	M. VETTIVS .M. L. CISSVS
VI. VIR AVG. COACTOR.	APPARITOR X VIR
ARCENTARIOR. CELER	VI. VIR. AVG. TEBVLAE SVE (3)

Iis ſanè exemplis videat, quânam ratione ſibi perſuadere poteſt Palermus, Sextumviratum Auguſtalem a Plinio in patriâ exercitum, ab illius dignitate non abhorrere (4), tum magis cum adeò mutilatum ſit nomen, ut tot tantiſque minoris cenſus familiis, & planè Sextumviralibus poſſit adaptari. Neque enim negaverim C. Plini progenitoribus Sextumviratum potuiſſe convenire; nam inter Sextumviros, & Auguſtales (& praecipuè inter primos, qui nobiliores videntur) viros Patricios, ſive Decuriones quandoque invenimus, ideoque hujuſmodi officium a gentilibus in patriâ degentibus non omnino abhorrere utique concedam, cum nos & infra Plinum Calvum Comi Sextumvirum exhibebimus. Verùm hunc Plinio hiſtorico, nuſquam parentem affirmabo; tum quia elogium majorem ſapit vetuſtatem; tum quia Plnii avunculi patrem potiores in Municipio magiſtratus, non ultimos geſſiſſe conjicio.

Non minus igitur ad Plinium naturalis hiſtoriaeſcriptorem mutila Brixianorum, quàm Veronenſium manca inſcriptio ſpectabit, cum in illâ adhuc legatur. (*c*)	. . . I N I V S . . IIIIII V I R. A V G . . S E L. F A V S T E T . . E A N A T O L . . E T D I A C O

Videat igitur quàm ineptè Palermus ex lacunae dimenſione unicum Plinii nomen receperit; caeteri verò ſibi conſulant, num Sextumviri Auguſtalis dignitas Miſenenſium claſſis Praefecto conveniat. Certè ſi hoc pacto Veronenſem lapidem reſtitutum noviſſent graviſſimi illi homines Jovius, Alciatus, Cigalinus, multo magis auctores Plinium Sextumvirum Auguſtalem facientes reprobaſſent. Neque minùs in quarti, & quinti verſiculi reſtitutione peccavit iteratis curis Panvinius, cum ex verbis

S I B I E T O R C I V I A E M A R C E L L A E
V X O R I

ad alios profectò hujuſmodi elogium referre debuiſſet. Haud ignoro, quòd Panvinius poſt editum Faſtorum commentarium primae interpretationis falſitatem noverit; atque ex Romanorum nominum ſtudio reſciverit, impoſſibile omnino fuiſſe, ut Orcivia Marcella Plinii ſoror extitiſſet; ſed cur poſtea naturalis hiſtoriae ſcriptori uxorem tribuit, quando illum innuptum, & uxore ſemper caruiſſe eruditi conjiciunt? (*d*)

ANNOTATIONES.

(1) Notae illae in L. Carulii monumento extantes QQ. LL. QQ. CORPOR. VIN. VRB. ET. OST. redduntur *QuinQuennalis*. *Laurentium*. *Lavinatium*. *QuinQuennalis*. CORPOR*um* VIN*ariorum* VRB*anorum* ET. OST*ienſium*. Certè in illis, quae ad Corpora Vinariorum ſpectant nulla eſt controverſia, unde magiſtratus tenuitas apparet.
(2) *Tabilioni* loco Tabellioni, ita etiam *Arcentariorum*.
(3) *Sue* loco Suae.
(4) Palermus hujuſmodi adjecit contradicendi libidine aliquâ impulſus: caeteroquin elogium ab avunculo Plinio abhorrere minimè ignoravit.

[a] *Pag. CMLXXV. 3.* [b] *Allat. Murat.* [c] *Murat. pag. DCCLXII. 4.* [d] *Vid. Palerm. pag. 102.*

Hoc loco Palermus a Veronensium suorum sententiâ tandem discedens elogium Plinii aevo recentius judicavit, quia nunquam hujusmodi *Orciviae* nomen apud vetustos auctores invenit; & Panvinius quandam barbaris praecessam carminibus inscriptionem retulerit, unde Orciviam familiam posterioribus seculis demandandam conjecit. Monumentum in hanc speciem a Palermo exhibetur. (*a*)

T. STATIO T. F. VOLT. (1)
APRO
MENSORI AEDIFIC.OR.
VIXIT ANN. XXII M. VIII
D. XV.
T. STATIVS . VOLT.
PROCVLVS
ACCENSVS VELATVS (2)
ET ARGENTARIA EVTYCHIA
PARENTES
FILIO OPTVMO, ET
ORCIVIAE ANTHIDI
VXORI EIVS SIBIQ.
ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVS POSTE
RISQ. EORVM.

Quidquid enim de hujus monimenti antiquitate sit, (3) illud constat hanc Orciviam Mensori aedificiorum nuptam, maritum verò Accensi Velati ilium; unde gentis tenuitas ostenditur, & a Pliniae familiae dignitate Orcivios abhorrere. Neque minùs ad rem faciunt duplicia hujus appellationis monumenta a Muratorio allata, quae cum brevia sint, hoc loco addemus; primum nempe Romae hisce verbis. (*b*)

ORCHIVIAE
DAMALINI (4)
CONIVGI SVE ET
SIBI FELIX CAESARIS
SER. FABIANVS
FECIT

Alterum Romae pariter in coemeterio Praetextati. (*c*)

M. ORCHIVIVS .M. L. HILARIO
M. ORCHIVIVS .M. F. PRISCVS
FILA (5) . VIXIT . ANN. XVIII.

Ex iis omnibus elogiis Orchiviorum familia Romae haud infrequens apparet, átque ex nuper allatis restituendam fortassis apud Panvinium Orchiviorum appellationem conjicerem, cum triplici loco illorum nomen aspiratione reddatur; sed non eâ ex causâ a Plinii cognatione Orchivios, sive Orcivios arcendos suspicor, utpote posterioribus seculis adscribendos; sed quia populares, & mendici a Plinianâ diviti, & illustri familiâ nimiùm distiterint. Vt autem restantes Panvinii conjecturas, quibus in supplendâ inscriptione utitur quoque refutenus, adnotasse sufficiat, illum sexto versiculo vatem agere, cum non tantùm mancas iteras..ERI. *Celeri* cognomine reddit, sed *Caj* praenomen addit, quae unde contarent, libenter rescirem. Possunt enim elementa illa..ERI.quocumque cognonine similiter desinente compleri; quo demum praenomine fuerint praecessae, omnibus incompertum. Quid sibi OPTIMAE MATRI MARCELLAE poscit memoria, quid Marcellae cognomen absque alio familiae nomine, ut Marcellae appellationem, quam Orchiviis ignotam invenio, absque ullo primigeniae Gentilitatis indicio, matri adaptetur? In hac demum restitutione versiculorum ordo immutatur, & praecipuum

ANNOTATIONES.

(1) Notae VOL. Tribum VOL*tiniam* designant, in quâ Statii pater, & filius suffragia ferebant.

(2) Accensi magistratibus inserviebant, ut ex Varrone, aliisque patet. Hos in antiquorum elogiis modicae supellectilis, & minoribus officiis annumeratos dignosces. Muratorius (*d*) *Accensi*, inquit, *ministri fuere magistratuum ad eorum munus prompti. Erant inter eos* velati *sive a* velo, *quo se distinguebant*, *sive quod ad vela dominorum* (*nunc Italice* alla portiera) *starent*.

(3) Nihil in hoc elogio occurrit, unde posterioribus seculis sit demandandum; imò vox illa OPTVMO venerandam potiùs, etsi non semper, reddit antiquitatem: comam adjectam falsò putamus irrepsisse.

(4) Damalini nomen Orchiviam servilis conditionis feminam indigitat, nuptam Fabiano Caesaris servo. Hujusmodi monumentum primo, & tertio recentius apparet; idque etiam Priscorum leges in mariti appellationibus minimè servatae ostendunt.

(5) Siglae FILA. si rectè excriptae fuerunt FILA*men* significabunt. Ita enim antiquitùs dictos Flamines possemus suspicari, quia filo capita religarent, unde flaminis vox effluxit. Consule Servium, & Donatum a Veenhusio allatos ad epistolam XIII. libri secundi Plinii Caecilii. Hac etiam de causâ elogium vetustissimum appareret.

[a] *Pag. 102.* [b] *Novi thesaur. pag. CMLXXI. 7.* [c] *Pag. MX. 8.* [d] *Pag. MDCCXXI. 2.*

puum genitricis nomen omittitur. Quis porrò pugnantes illas ultimas notas V. T. F. I. interpretabitur? Siglae T. F. I., quae T*estamento* F*ieri* I*ussit*, ubique significant, elogium seniori Plinio nusquam posse convenire vel Tyronibus ostendunt. Palermus cives nostros objurgaturus, eo quia hanc ex omissis titulis avunculo Plinio incongruam dixissent inscriptionem; malè similia excogitata asserit, quia, quas literas deberet elogio mandare Haeres T*estamento* F*ieri* I*ussus* erat (*a*). Sed prior literâ V. quid sonat? minimè sanè T*estamento* F*ieri* I*ussit*: ordinariò enim siglae illae V. F. nempe V*ivus* F*ecit*, elogii initio ponuntur, & Testamenti recordatione nequaquam copulantur. Videat igitur Palermus, quâ ratione Panvinium antiquarum inscriptionum religiosissimum in primis excriptorem appellet (*b*); quando illa addit, confarcitque, quae nullâ ratione tueri possunt; neque enim notam V. eo loco ingerendam, caeteri Veronenses, atque Achilles Statius praesertim ostendunt. Ipse etiam Palermus tacitè iis accedit dum *fuit praeterea* ait, (*c*) *jussu testatoris ab haerede cum tumulo erecta*, *cujus supremum judicium eludere nefas erat*.

Haud modicâ afficior admiratione, Jovium, & Cigalinum ad haec diligentes manus non admovisse; cum tanta in elogio Panthei, Rufi, Sarainae, Panvinii, Curtiique emicent, quae illis minimè objiciuntur. Quisnam fuit hic haeres, qui Plinio parentavit, ut supremis benefici Institutoris tabulis obsequeretur? Nonne testamentum Vlpiano teste (*d*) *est voluntatis nostrae justa sententia de eo, quod post mortem fieri voluerimus? Testatoris morte viam accipit*, (*e*) *& mors intercedat testatoris necesse est: testamentum enim in mortuis confirmatum est*. (*f*) Vbi igitur ad naturalis historiae scriptorem memoratum spectaret elogium, illud Plinio vitâ functo, & Vesuvii eruptione necato Haeres posuisset, *si testamentum est justa sententia de eo, quod quis post mortem fieri vult haerede instituto* (*g*). Quisnam ex senioris Plinii testamento haeres extiterit, doceant Panthei asseclae; nam testamentum a Plinio conditum, inopinatus vegetâ adhuc aetate dolendae mortis eventus, & secuta jamdiu Caecilii adoptio credere non sinunt. Quânam igitur novâ haeredis institutione, quonam senior Plinius indigebat testamento, cum potestati suae subjectum, obsequentissimum haberet sororis natum, perque adoptionem in filium ab adolescentiâ commutatum? Alterum ab illo haeredem testamento Plinium reliquisse quis dicet? Verùm hic non ex testamento bonorum, studiorumque successor, sed jure adoptionis evasit.

Summis igitur assensionibus ex notis T*estamento* F*ieri* I*ussit* hanc senioris Plinii non esse inscriptionem omnes spero comprobaturos; atque ex iis potissimum ad naturalis historiae scriptorem elogium minimè pertinere constat, quòd & Palermus addere potuisset, quando ex modico Sextumviri Augustalis officio, ex memoratâ uxore, ex reliquis praetermissis dignitatibus seniori Plinio monumentum haudquaquam convenire affirmavit. Non minùs tamen epitaphium ad rem suam facere conjecit, cum inde crediderit Pliniam gentem apud Veronenses celebratam, & quidem *Secundi* cognomine gaudentem ostendisse.

Quantum sibi in primo versiculo ex literis.. INIV. indulserit, jam ex superiori sectione innotuit. Neque minùs intempestivè ex elementis... NDV... cognomen SECVNDI eruisse contendimus. Plinii nomen caeteris refutatis unicè Palermo arridebat, quia a Cigalino allata nimis longa, & Veronensium familiis ignota ipsi videbantur. Verùm praeter Tarquiniam, apud Antiquarios Scaeviniam quoque

que

ANNOTATIONES.

[a] *Pag.* 99. [b] *Pag.* 95. [c] *Pag.* 99. [d] *Lib. ff. de iis, qui test. fac. Vid. Bartol. & Caramuelem. tom. III. n.* 877.
[e] *Verd. tom. I. lib. II. pag.* 5. [f] *S. Paull. epist. ad Hebraeos.* [g] *Leg.* 1. *ff. de testament.*

que gentem Veronae floruisse constat (a), aliasque inter tantas a nobis simili terminatione allatas facili negocio invenimus. Cur igitur eodem pacto IVCVNDVS, & VERECVNDVS mancae litterae referre non valent? Certè Verecundi cognomen permultis commune Veronae quoque innotuit, ut Sex. Naevj ostendit monumentum. (b)

SEX. NAEVIO
L. F. PVB.
VERECVNDO . SIGN.
COH XIII. NATO
VERONAE OSSA
RELATA DOMVM
CINIS. HIC. ADOPERTA
QVIESCIT. HEREDES
TVMVLVM VERSICVLOS (1)
CORNELIVS EROI
CONLEGAE ET AMICO

Sed ubi etiam in Veronensi mutilo lapide *Secundi* cognomen nitidissimè legeretur, fortasse hujusmodi tali pacto recipienda sibi persuasit Palermus, ut perpetuum in familiâ, & indubium Gentilitatis indicium exhiberet? Eruditis sanè oppositum omnino videbitur. Quis enim veterum Romanorum usum ignorat, ut quaedam ex cognominibus nec ad filios pervenirent, quaedam apud posteros quàm longissimè propagarentur? Si veram cognominum institutionem respicimus, mutari potiùs, quàm in familiis aeterna esse debebant, cum necessitas primùm illa excogitaverit, quia praenomen, & nomen ad distinguendos homines haud satis esse quandoque videbatur. (c) Horum diffusam historiam apud Sigonium, & Panvinium invenies, quorum alter alterum vel transcripsit, vel sibi invicem mirâ ingeniorum coagmentatione conveniunt. (2) Verùm non me latet quaedam ad posteros cognomina incorruptis successionibus deducta, alia neque filios attigisse: succrescentibus itidem in eâdem familiâ cognominibus, quemadmodum vetustissimum quodque aboleretur, recentia verò omnia plerumque retinerentur; & primò quidem, qui cognomen patris, aviae, majorumque tulerunt, id ipsum fecisse videntur, illius praesertim, qui primus cognomen invenit, virtute ac praestantiâ adducti, ita tamen, ut linquere, ac mutare illud cognomen pro arbitratu potuerint. Cujus argumentum desumit Sigonius e Plutarcho in Ciceronis vitâ, ubi *qui primus*, ait (d) *Ciceronis cognomen tulit is maximâ laude floruisse videtur*, *quia id cognomen non solùm a posteris non neglectum sit*, *verùm etiam studiosè retentum*, & infra, *cum autem M. Cicero postquam Magistratus coepit*, *crederetur cognomen illud variaturus*, *aut certè mutaturus*, *respondit operam se daturum*, *ut id esset & Scauris*, *& Catulis illustrius*.

Hinc in Tulliis Ciceronem, in Posthumiis per quingentos ampliùs annos Album, & Albinum, in Valeriâ, & saepe in Fabiâ gente Maximum, in Muciis Scaevolam religiosè custodiri animadvertimus ob virorum praestantiam, unde hujusmodi cognominibus splendor addebatur. Sed non eâdem sanè ratione Secundi cognomen in Pliniorum familiâ (ut innuere videtur Palermus) asservatum dicemus; quidquid enim peculiare Pliniis Veronensibus *Secundi* cognomen afferat, & lapides nostros omnes Pliniis avunculo, & Caecilio recentiores judicaverit; (3) neque a Comensibus naturalis historiae scriptorem emanasse affirmet, quia Plinii a muni-

ANNOTATIONES.

(1) Cur versiculos appellat unicum carmen? Cinis feminino genere alibi etiam occurrit, ut Muratorius adnotavit. De his plenissimè egit Maffejus in Museo Veronensi pag. CLXXI.

(2) Videtur potiùs quòd juvenis Panvinius a Sigonio librum de nominibus Romanorum mutuatus fuerit, quàm e contrario. Anno 1558. primùm, quòd sciam, Panvinii opusculum prodiit Venetiis apud Valgrisium, cum auctor aetatis suae XXVIII. numeraret: Sigonius Romanorum nominum leges jamdiu vulgaverat.

(3) Nonnulla Pliniorum elogia Comi, & Mediolani visenda utroque Plinio avunculo, & sororis filio vetustiora apparent. Quae de Secundi cognomine tradit Palermus omnino inepta sunt; quamvis & nobis Plinii cognomine *Secundi* non desint, & Veronae frustra quaerantur; nullum enim in *Secundi* cognomine gentilitatis indicium elucet, ut hoc loco, & infra ostendimus; quidquid similia Lexicorum sutoribus placuerint. Consule quae sequenti libro de Secundo Atheniensi sophistâ referuntur.

[a] *Vid Appian. pag.* 333. [b] *Maff. Ver. illustr. par. II. col.* 357. *Murat. nov. thes. pag.* DCCXXXVII. 3.
[c] *Vid. Sigon. de nomin. Roman. Paul. Manut. &c.* [d] *Vid. Sigon. tom. II. thesaur. Graev. col.* 1983.

municipibus nostris relati, nusquam *Secundi* cognomine distinguantur; id omne falsâ, & contradictoriâ argumentatione confarcit, quia difficile ei non videtur, ut Plinia gens a principio Veronae Comum translata, ibi vel naturâ, vel civili jure postmodum propagaretur. Sed quonam coemento similia copulantur? Ideo seniorem Plinium negat e Comensibus Pliniis emanasse, eo quia nullum ex nostris *Secundi* cognomine notatum legit: ut inde diceret Novocomenses e Veronensibus Pliniis *Secundis* originem deduxisse, quamvis *Secundi* cognomina non praeseferant? Potiùs enim, si vera traderet Palermus, qui avunculum, & juniorem subsecuti sunt Plinii, illorum adeò illustria cognomina ferre debuissent, cum in posteris majorum cognomina reviviscerent. Quòd si aeternum in Veronensibus Pliniis novit *Secundi* cognomen, cur Comenses, qui vel ipso Palermo judice, seniori Plinio successerunt, illius cognomina non propagarunt, vel jure gentis, vel adoptionis, cum lege cautum esset ut adoptatus adoptantis ferret appellationes? Vt veriora tamen adstruamus, nullum in Romanorum elogiis, historiisque invenimus cognomen frequentiùs ab omnibus adopatum, quâm *Secundi* appellationem. Fuerunt quidem & alia insignia cognomina, quae nusquam a filiis usurpabantur, licèt illis nobilissimi Gentiles exornarentur. Grande sanè apud Insubres, Cenomanos, Venetos, Comenses sibi nomen promeruit Cn: Pompejus Strabo, qui Comum militarem Coloniam, populumque ad habitandum missum deduxit (*a*); caeteris verò Transpadanis Vrbibus, novis minimè adjectis inquilinis, jus Latii concessit. (1) Hic bello sociali Imper. creatus de Pincentibus triumphavit, & clarissimus profectò inter Romanos cives habebatur; nihilominus tamen illius filius Cn: Pompejus nec paternum nec ullum usquam tulit cognomen; donec ab Africâ totâ subactâ, & in ditionem redactâ *Magni* cognomen spolio inde traxit, (2) ut Plinius adnotavit (*b*). Quid Magni cognomento illustrius poterat excogitari? illud tamen Cnejo, & Sexto filiis ignotum comperio; unde haud satis rectè loquitur Harduinus, cum MAGNI appellationem cognominis vice ad posteros transiisse scribit (*c*); quamvis non ignorem, ab aliis postmodum Pompeiis usurpatum. (3) Eâdem ratione Felicis, Praetextati, Rulliani, Gurgitis, Verucossi, Oviculae cognomenta in Corneliis, Papiriis, Fabiisque adeò insignia neque filii retinuerunt. Quin etiam ad id comprobandum Sigonius a Manliis petit exemplum, ut ostenderet, quòd novis plerumque adscitis familiae cognominibus vetera obsolescerent. In iis enim primum cognomen fuit Vulso, inde Capitolinus, postmodum Imperiosus, demum Torquatus, & hoc ultimum unicè retentum est. Fabii ipsi, qui plerumque Maximi cognomine gaudebant,

ANNOTATIONES.

(1) Asconius Pedianus in Ciceronis Pisonianâ jus Latii a Pompejo Strabone Transpadanis Civitatibus concessum, elevatâ tantùm incolarum dignitate, affirmavit. Verùm Comensibus aliter res cessit, uti ex Strabone patet. Neque tunc Novum Comum appellari coepit, ut perperam apud plures lexicographos legimus; id enim additionis C. Julio Caesari debent municipes mei. Coloniae tamen illae militares fuerunt, neque ab Augusto inter deductas a Senatu Populoque Romano enumerantur.

(2) Consule Valerium Maximum (*d*), Nonium, & Plutarchum apud Victorium, qui omnes a Pintiano, & Dalecampio afferuntur citato Plinii libro. Richardus Dinothus *Magni* cognomen Pompejo tributum scribit ob multitudinem gentium & populorum, quos vel recepit, vel primùm devicit (*e*). Gabriel Symeonius in elogiorum & numismatum antiquorum illustratione vetustam tabulam in Romano agro paullo ante effossam excribit (*f*), cujus initium POMPEIVS SICILIA RECVPERATA AFRICA TOTA SVBACTA MAGNI NOMINE INDE CAPTO &c. Haec, & omnia, quae sequuntur adeò Plinio conveniunt, ut Pompejani elogii partem a naturalis historiae auctore exscriptam diceres; nisi suspicionis locus adesset, quòd similia recentioris aevi fabulatoribus essent tribuenda, ideoque ex Plinii verbis potiùs conficta. Hìc patet impostura ex Magni *nomine* loco *cognominis*.

(3) Resumptum post Caesaris Augusti tempora a Pompeiis Magni cognomen ostendit L. Seneca, ubi Pompejum Magnum Claudii generum ab hoc Imperatore occisum affirmat (*g*): Suet. (*h*) *Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit: Torquato torquem: Cincinnato crinem: Cn. Pompejo stirpis antiquae Magni cognomen*. A Pompejâ Magni filiâ gestatum ostendere conatur Bimardus (*i*), & Muratorius (*k*): sed cur hujus *Magnae* fratres absque cognomine appellati? Cur Pompejus Trajani amicus, Aegypti Praefectus *Plantae* cognomine distinguebatur?

[a] *Vid. Strabon. lib. V.* [b] *Lib. VII. 27.* [c] *Tom. II. not. in Plin. pag. 766.* [d] *Lib. I. cap. ultimo.* [e] *Adverf. hist. pag. 36.* [f] *Pag. 53.* [g] *In ludo de morte Claud. Caesar.* [h] *In Cajo Caes. c. 34.* [i] *Dissert. I. pag. 6.* [k] *Pag. MDXCV.*

bant, attamen neque tali usos semper, neque paternam ultimam appellationem ubique gestasse ostendit Plinius, ubi tres Fabios continuò Senatus Principes refert (*a*): nempe M. Fabium Ambustum, Fabium Rullianum filium, ac Q. Fabium Gurgitem nepotem. Quod si hujusmodi obliterati cognominis historia in appellationibus invenitur, quae meliorem propagationis caussam habere videbantur: quid de *Secundi* cognomine dicendum erit; cum suam potissimum originem habere dignoscatur a nativitatis tempore, quòd nempe secundus ordine is sit, cujus gentilicio nomini Secundi appellatio adjiciatur: minùs rectè igitur hac de causâ Veronensem *Secundorum* familiam clarissimus Maffejus adnotavit, non tantùm quia *nulla urbs est in quâ non extent quamplurimae Secundorum inscriptiones*, ut Alciatus docebat (*b*): sed quia nullum adeò commune adsit cognomen, ut *Secundus*. Neque enim a vero aberrare crediderim, ubi unicuique Romanorum (1) familiae, *Secundi* cognomen adaptari posse affirmem. Hinc est quòd eâdem ratione sectionem hanc, & superiorem absolvendam censeo; atque uti in illâ tot Romanorum familias in INIVS terminatas subjeci: hoc loco addam permultas, quae in antiquorum elogiis *Secundi* cognomine distinguuntur, exempli causâ, Aemilius, Aenius, Agnejus, Antonius, Atilius, Atinius, Augilius, Aurelius, Baebius, Caesius, Calvius, Cassius, Castalius, Ceancilius, Cincius, Claudius, Clodius, Cominius, Cornelius, Detius, Elius, Fabius, Faenius, Flavius, Furius, Gavius, Herennius, Julius, Junius, Juventius, Laberius, Laelius, Laevius, Lartius, Livius, Lucejus, Magius, Manilius, Manlius, Marcius, Marius, Monius, Munatius, Munnius, Novellius, Nummius, Octavius, Osarius, Paccius, Papinius, Petilius, Pinarius, Plosius, Pompejus, Pomponius, Publicius, Quintilius, Rubrius, Rufellius, Rupilius, Rutilius, Salvius, Samnius, Sapudius, Sassius, Satrius, Sensius, Septitius, Sergius, Sollius, Tullius, Turcius, Valerius, Vettius, Vibius, Vibusius, Villius, Virius, Visidius, Volusius. Multa fortasse hacce in quaestione erant praetermittenda, nisi illorum error fuisset refutandus, qui Secundorum familiam tam docto seculo adhuc videntur agnoscere (2). Mutilam enim inscriptionem ad superiorem Plinium minimè pertinere fatentur ipsimet Palermus, & Maffejus (*c*); atque ante Maffejum allata in Fastis a Panvinio parvi esse momenti judicaverat Tillemontius, cum hujusmodi elogium in exesis quibusdam versiculis sensu orbatis consistere animadverteret (*d*); unde admodum oscitanter Moscardus Sarainae civis sui testimonium adducit, (3) & allato marmore Plinii senioris tumulum ostendisse credit; quando tunc & pueris constabat naturalis historiae scriptorem Vesuvii incendio absumptum: mirandum magis Nicolaum Funcium ad Panvinii argumenta nuper provocasse.

SECTIO QVARTA

PIguit sanè tantùm in allatâ oppugnandâ inscriptione temporis insumpsisse; cum nimiâ fortassis legentium oculos affecerim molestiâ. Ast profectò, ut multiplici, notaeque quaestioni faceremus satis: illa, quae & diversas olerent Veronen-

ANNOTATIONES.

(1) Romanorum nomine eos omnes denotamus, qui latinis nominibus aetate Pliniorum appellabantur.
(2) Illustris Marchio Maffejus non uno loco *Secundi* cognomen tanquam gentilicium videtur agnoscere.
(3) Mirum sanè videtur, quòd Ludovicus Moscardus anno 1668. patriam historiam Veronae edens, ut Plinium sibi vindicaret, hisce verbis ad Sarainam provocet „ *l'antiche inscrizzioni che si sono trovate in Verona, e fra le altre quella della* „ *sua sepoltura registrata dal Saraina nel libro* de Monumentis. „

[a] *Lib. VII. 41.* [b] *In epist. ad Rufin. Cribell. Vid. nov. theat. Murat. pag. DCCXXXIV.*
[c] *Mus. Ver. par. I. fol. 160.* [d] *Hist. Imper. tom. II. pag. 59.*

nensium sententias, & aberrantes a Romanorum nominibus argumentationes refellerent, inviti etiam prodere cogebamur; alterum modò Palermus objicit monumentum, quo Novocomenses viso, vel *Harpocrates*, inquit (*a*), *posthac efficiantur, vel illius obtutu, si oculos non averterint, ceu Medusae capite inspecto dirigescant*. Elogium verò in Benaci ripâ inventum per haec verba subjecit.

C. PLINII..... VERONENSIS
.....HISTORIARVM
H. L.... OMNIVM
..NEC NON..T...C.
..XXXV...CONS...MACER.

Vt tale olim epigramma extitisse comprobaret, Felicis Feliciani attulit testimonium, qui inscriptionem CXX. annis antea ad Benaci ripas prope Sirmionem in antiquo, rubro, semilacero, atque igne absumpto lapide observavit. Addit Paullum Suardum in castigationibus ad Becichemi collectanea & praelectiones editis, ejusdem monimenti meminisse, ne ipsius fides, quòd lapis olim extiterit, apud posteros laboraret, cum ille Pantheo, & Veronensibus omnibus incognitus evaserit undequaque. Sed cur Palermus, qui in Romanorum perpendendis elogiis satis profecisse credit, dicteriis indulgens vano exilit gaudio, ut hoc priore longè ineptius proferat documentum: quod primâ fronte non modò adulterinum, & spurium, sed ab indocto homine, primoribus ne quidem labiis lapidariam degustante confictum affirmare debuisset? Et sanè oppositâ admodum incessit viâ eruditissimus Maffejus, qui eundem Feliciani codicem, vel Palermiano aequalem coëmisse profitetur (*b*): hic enim lapidem ne recenset quidem (1), eâ ductus, ni fallor, ratione, quia omnino indignus, ut eruditorum oculis subjiciatur; quamvis, ut videtur, ex hâc ipsâ inscriptione noverit Maffejus librum fuisse a Palermo, & Reinesio commemoratum. Vt autem brevibus me expediam, indoctus planè fuit, & venerandae antiquitatis ignarus, qui ut litem de Plinii patriâ praecideret, falsum *Veronensis* vocabulum Plinio adjecit; nam ubi etiam praeclarissimae illius Vrbis civibus annumerandus, adhuc patriae nomen appositum minimè fuisset; & POB*iliae*, seu PVBL*iciae* tribui adscriptus, Veronensis proderetur. Patriae enim mentio in paucis admodum elogiis invenies, ubi homines tenuioris census nominantur; in lapidibus verò illustrium virorum memoriae inservientibus nusquam poteris reperire. Haec omnia facili negocio percipient ii, quibus minimè taesum erit Romani Orbis in unum digestos lapides, in recentioribus Gruteri, & Muratorii thesauris volutare. Id totis viribus ostendere conatur Hieronymus Borsaerius in quadam eruditissimâ epistolâ ad Octavium Rubeum Brixianum antiquarium (2), ubi illi maximas agit gratias, eo quia Romanarum inscriptionum fasciculum a doctis quibusdam Equitibus impetratum misisset; Rubeumque insuper nobilibus donatoribus (seu ii Veronenses, seu Patavini sint) nuntiare deprecatur, se omnes tanquam probatae notae, vetustasque recipere, hac unâ, de quâ sermonem habemus exceptâ. Convenit enim nobis hoc loco Borsaerius, quòd ubi per improtectum concederet argumentum, Plinium seniorem Veronensem fuisse, nunquam tantae auctoritatis viro patriae nomen, in ipsâ patriâ fuisset impositum; quia tunc temporis in plebeiis tantùm hominibus similia contingebant. Quid porrò indigitant verba, & siglae HISTORIARVM....H. L...

ANNOTATIONES.

(1) Maffejus alibi Veronenses inscriptiones, ubi de seniore Plinio agitur, spuriis demandavit; sed cur eodem judicio Novocomenses, Ambrosianam, & Fegianam damnaverit, prorsus ignoro. De iis suo loco disceptabimus in junioris Plinii vitâ, ubi diversa Maffejum postmodum vulgasse ostendimus.

(2) Qui fuerit Octavius Rubeus disces ab ejus Brixianorum monumentorum collectione, Ghilinum theatr. pag. 348. Muratorium in novo thesavr. veter. inscrip.; & plenissimè ostendet Jo: Maria Comes Mazzucchellius in libris, seu potiùs thesauris, qui ad Italos auctores spectant.

[a] *Lib. II. cap. 5. pag. 103.* [b] *Ver. illust. par. II. lib. 3. col. 99.*

OMNIVM MEMORIAM DEDIT, vel potiùs loco notarum H.L. a Palermo relatarum, N.L. uti Petr. Appiano (*a*), Rybiſchio (*b*), Paullo Suardo (*c*), atque in ſchedis Capponianis (*d*), ſcriptum animadverto. Num lacunae a Palermo notatae adſunt, an unicâ texturâ, uti apud alios verba legenda ſunt? De naturali hiſtoriâ, an de Germanicorum libris, an de opere a fine Aufidii Baſſi hoc loco agitur? Sed, ni fallor, lapis hic antequam Plinii junioris epiſtolae per omnem Italiam vulgarentur, caecum habuit auctorem, qui vel utrumque Plinium in unum confundens, vel eo quia nullam de junioris epiſtolis hauſit notitiam, illa unicè excalpſit, quae ipſe e naturalis hiſtoriae codice, primis tantùm liminibus ſalutato, potuit cognoviſſe; adeòque de reliquis Plinii ſibi ignotis operibus egit ſilentium. Aſt in antiquis Romanorum elogiis nunquam explicitè de editis voluminibus agitur, ſed dignitates, & publica officia, non praetermiſſo patris praenomine recenſebantur. Apud Fulvium Vrſinum adnotavit Borſaerius Ciceronis, Salluſtii, Terentii, aliorumque ſcriptorum clariſſimorum elogia inveniri, quae certè orationum, hiſtoriarum, carminum volumina minimè praeſeferunt (1). Praeter hujuſmodi libenter a Palermo reſcirem, utrum illud *hiſtoriarum omnium memoriam dedit* (vel uti in faſciculi margine ad Borſaerium miſſi ſcriptum eſt *memoriae*) lapidariam ſapiat elegantiam; imò an ſatis latinè dicatur: cum memoriam dare, pro ſcribendis hiſtoriis uſurpari non adhuc legerim. Quid porrò de NECNON dictione ſtatuemus, cum nuſquam hujuſmodi particulae in vetuſtis elogiis inveniantur, vel hominis laudati acta, vel dignitates ſecernantur. Et ſanè in junioris Plinii inſcriptionibus, neque illum *Comenſem*, neque poſtquam Conſulem, Augurem, Curatorem Alvei Tiberis referunt, NECNON Cloacarum Vrbis &c. dixerunt.

Notae T..C. Daelium natatorem poſcunt: alicui *Tito Caeſare* interpretandae videbantur; aſt non hic planè locus, ut Imperatoris Titi nomen ponamus, caeteris omnibus dignitatibus deſtitutum. Numerales ſiglae XXXV. quid ſignificabunt: numquid Titi Conſulatum, Tribunic. Poteſtatem, Imperatoris triumphos? ſed quomodo, non Titum unicè (quem VIII. Conſulatus geſſiſſe ſcimus) ſed alium quemcumque tot vicibus ampliſſimâ dignitate functum praedicabimus! CONS. (2). majore etiam vitio legunt Palermus, Appianus, Ribiſchius. COS. ſchedae Capponianae; utrumque tamen ineptum.

Video Borſaerio Rubeum ſcripſiſſe ſe potiùs conjicere, quòd numerus XXXV. ad ſiglas T. C. ſpectaret, quas *Tiberis Curator* interpretatus eſt. Verùm frigidis frigidiora adduntur, unde enim Plinium ſeniorem, Triceſimum Quintum, vel Triceſimâ Quintâ vice Tiberis Curatorem dicemus, quem hujuſmodi munere functum omnino ignoramus; Praeterquamquod numerus dignitatem ordinariò ſubſequitur; & nuſquam etiam inveni Tiberis fluvii curam per numeros, uti Conſulatum, & Tribuniciam poteſtatem referri, multoque minùs nudis illis literis T. C. reddi *Tiberis Curatores*; ſed pluribus elementis, aliâque dictione interjectis ſignificari: exempli gratiâ CVR. ALV. TIB. ut Curatorem Alvei Tiberis intelligamus (3). Huic officio etiam CLOA*carum* VRB*is* inſpectio (utpote in Tiberim influentium) addebatur.

Quod verò ſummoperè demirari non deſino, ridendi adeò elogii Clariſſimum Reine-

ANNOTATIONES.

(1) De horum elogiorum antiquitate memorati Vrſinus, & Borſaerius rogentur.
(2) In Romanis elogiis Conſulatus notae per COS. non CONS. redduntur.
(3) Vide annotationes ad Plinii Caecilii elogia.
[a] *Pag. CLXIII.* [b] *Monum. fol. 9.*
[c] *In epiſt. ad Lector. inter Beccich. opera.* [d] *Nov. theſaur. Murator. pag. MDCCCIII. 5.*

Reineſium meminiſſe (*a*), atque etiam ultima verba MACER, Macri cognomen indigitantia, Lucio Calpurnio Macro adaptaſſe, cujus junior Plinius libro decimo epiſtolâ viceſimâ octavâ, & viceſimâ nonâ meminit; quique Propraetor Bithyniam regebat Anno V. Conditae IↃCCCLXVIII. In caeteris verò explicandis faſſus eſt nullam ei divinationem ſatisfacere, cum nemo poſſit quin offendat, tot tantaſque lacunas explere. His ſanè Reineſii verbis neque ullam de lapidis falſitate dubitationem habuiſſe apparet. Sed Deus bone; quàm indigna docto viro argumentatio; notae enim, quae MACER praecedunt, illum Titi praenomine gaudentem oſtendunt; igitur Lucius Calpurnius Macer non erit. Quid porrò de numero XXXV. quid de hoc ipſo Macro judicandum, cum neminem inter Conſules tali cognomine diſtinctum iis, Pliniique ſuperioris aetatibus liceat invenire. Quamquam, ut liberè fatear, neque anno V. Conditae IↃCCCLVIII. Bithyniam Calpurnius Macer regebat, cum tum junior Plinius illam gubernaret Provinciam, ut infra oſtendemus. Meliùs igitur res cedebat Thomae Reineſio, ubi hujuſmodi elogii recordationem minimè feciſſet, atque omnia ſubleſtae fidei opera judicaſſet. Reineſio oſcitanter adhaeret Funcius, quod intolerandum noſtro aevo omnibus evadet, (*b*) cum falſitatem oſtendant ineptae verborum, lacunarum, notarumque diſcrepantiae. Paullus enim Suardus, qui omnium primus ridendum epigramma typis edidit, atque Sirmione viſendum, ſed aliquâ in parte mutilatum teſtatur, illud nullis diſtinctum verſibus in hanc formam exhibuit (*c*)·

C. PLINI. VERON.·. HISTORIARVM.·. N. L.·. OMNIVM 'ORI AM.·. DEDIT.·. NECNON.·. T.·. C.·. XXXV.·. CONS.·. MACER. Magis autem a Feliciano, & Palermo diſtat Appianus, qui illud diverſo verſiculorum ordine ita digeſſit.

C. PLINI VERON
SIS HISTORIARVM
N. L. OMNIVM MEMO
RIAM DEDIT NEC
NON. T. C. I (1) I·¦ XXXV.
CONS (2) / ⁏ MACER (,; (3)

Appiano in aliquibus diſte.. biſchius; multo magis autem ſchedae Capponianae, ubi nulla lacunarum apparent indicia, & hujuſmodi leguntur. (*d*)

C. PLINII VERONENSIS
HISTORIARVM N. L.
OMNIVM MEMORIAM DEDIT
S NECNON ET C.
XXXV. COS.
MACER

Hinc eſt, quòd relatum elogium Muratorius inter ſpuria, & recentioris aevi figmenta omnino collocavit, natumque agnovit ex controverſiâ, quae fuit *inter Veronenſes, & Novocomenſes eruditos agitata de Plinii patriâ* (*e*). Inſcriptionis falſitatem longè ante Muratorium adnotaverat non tantùm ex iis, quae ſuperius attulimus; ſed eruditiſſimo opuſculo ad Curtium Contarenum Hieronymus Borſerius. En Laelii Biſciolae verba (*f*). *Proferunt inſcriptionem in rubro marmore Veronae domui Nogarolarum aliquando, nunc Fracaſtoriorum plerique, in quâ Veronenſis dicitur Plinius; ſed eam novam eſſe, nec ullâ dignam fide ingenioſè, & eruditè Curtio Contarino Principi Academiae Veronenſis, & Patavinae Conſultori demonſtrat Italicè, Graecè, Latinè doctus vir, amicus meus Hieronymus Borſaerius, ut in hoc lapide deturbando mihi deſudandum non ſit, qui vel levi manu deponi poteſt.*

ANNOTATIONES.

(1) Rybiſchius legit T. C. N. XXXV.
(2) Idem K. Y.
(3) Idem C. R.

[a] *Sintag. inſcript. pag.* 112. [b] *Pag.* 538. *& ſeq.* [c] *In monit. ad lector. ante Becichemi opera.* [d] *Vid. Murat. nov. theſ. tom. III. pag.* MDCCCIII. 5. [e] *Allat. pag.* MDCCCIII. *num.* 5. [f] *Comment. in VII. Plin. lib. Mſs. tom. I.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

DISQVISITIONVM PLINIANARVM

LIBER TERTIVS

VT Plinium civem suum, & antiquâ origine popularem ostenderent Veronenses, ad Secundorum familiam perperam provocasse; duoque itidem Pliniorum elogia (quorum unum minùs ad rem facere, alterum omnino adulterinum) in scenam protulisse, superiore libro contendebam. Enitendum nunc est, ut Pliniorum Gens Comi celebris, & vetusta priscorum marmorum testimonio comprobetur. Verùm quia omnia simul dici non possunt, & de maximis, amplissimisque rebus mihi scribendum est, ita placitum fuit, ut eâ ratione, quâ res successuram rem connectens postularet, quantùm ingenii tenuitas, & multiplex suppeditaret argumentum, potissimum differerem. Quare cum satis ad Plinianae familiae rationem conducat Comensium originem, & Romanorum in Comensi acta minimè ignorare: utrumque breviter attingam, cum inde permulta non injucundae cognitionis, atque ad praesentem quaestionem maximè utilia emergant [1].

Comensium originem non aliundè magis, quàm ipsiusmet Plinii auctoritate eruendam omnes, ut puto, concedent. Hic Graecis Orobiis illam tribuit, cum ait, (*a*) *Orobiorum stirpis esse Comum, atque Bergomum, & Licinoforum, & aliquot circa populos auctor est Cato: sed originem gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius Alexander ortam a Graeciâ interpretatione etiam nominis vitam in montibus degentibus*. Chrysosthomum Zancum, qui Plinio adversatur (*b*), hujus loci non erit refellere, cum ausus sit incertis [2] (ut mitissimè loquar) Catonis fragmentis, naturalis historiae Scriptori refragari. Orobios igitur antiquissimis profectò temporibus Comensi Vrbi appellationem indidisse, atque hanc Graeco vocabulo *Comi* [3], quòd nempe *Vi-*

ANNOTATIONES.

(1) De Comensium origine libellum conscripsi, qui nondum in publicam lucem emissus est, ibique fusiùs omnium sententiae perpenduntur.

(2) Notissima est quaestio de Catonis, aliorumque auctorum fragmentis ex Johannis Annii commentatione. Haec venerandas antiquitatis reliquias judicant Gothofredus, Alexander Donatus, Paullus Jovius, Saraina, uterque Cigalinus, Collimitius, Alphonsus Garsias, Dinothus, Cestius, Contilis, Cypellarius, Nebrissensis, Alciatus, Leander Albertus, M. Antonius Litta, Vghellus &c. ac demum nostro Aevo Annii caussam erudito opere propugnavit Franciscus Marianus in Viterbiensium antiquitatibus.
Contra Annii studia figmentis annumerantur a Volaterano, Georgio Merulâ, Calcho, Crinito, qui cum Annio vixerunt. Iis prae caeteris jungendus est Vossius de Historicis latinis, Rhenanus, Pompa, Panvinius, Joh. Pineda, Caspar Verrerius, Haraeus, Angelus Rocca, Tirinus, Lambecius, Natalis Alexander, Jo: Albertus Fabricius, Morhofius, Artopaeus, aliique innumeri. Huetus paucis se expediens pessimè de Annio judicat hisce verbis: *Telles sont encore les histoires si grossierement supposées par le Moine Annius de Viterbe, qui ont merité l'indignation, ou le mepris de touts les sçavants.*
In tantâ auctorum discrepantiâ id certi statuendum videtur. Multa ab Annio fuisse inoculata, & praesertim ea omnia, quae genuinis extantibusque Veterum fragmentis opponuntur. Multa verissima esse ostendit Alciatus ex Berosi antiqissimo Codice in quadam epistolâ ad Bened. Jovium. Ad illius Chronici calcem, quod anno 1308. descriptum servat Bibliotheca S. Johannis ad Carbonariam multarum Italiae urbium origines recensentur, quarum prima pars cujusdam Johannis Hungari manu constat; reliquum e Casparini Barzizii calamo profecit. Haec omnia longè ante Annii natalem diem exarata satis per illum vulgatis conveniunt. Vtroque igitur testimonio cucullatus, religiosusque homo saltem a mendacii crimine tutabitur; atque ab aliis irretitum vera falsis copulasse affirmabimus.

(3) Alii latinis literis graecum nomen scribentes legunt *come*, κώμη: iis Bened. Jovius adstipulatur Hist. Patr. lib. I. oriturque ex diversâ graeci H longi pronunciatione.

[a] *Lib. III. 17.* [b] *De Orobior. seu Cenoman. origin. lib. I. pag. 125.*

Vicus ſonat vocitatam, utq; parva ſunt rerum initia, ita Comum tenue Caſtellum poſtea fuiſſe credendum eſt. Vici denominationem adhuc retinet ſuburbium ad ſiniſtram Larii oram protenſum, geſſitque perpetuâ hominum memoriâ. In antiqua adeò tempora haec Orobiorum peregrinatio eſt referenda, ut nil mirum evadat, ubi idioma vetuſtiſſimis parentibus gentile, multiplici hoſtium, atque advenarum conventu, poſteri penitus ignoraverint. Haec ad Deucalionis aetatem deducenda putarem, cum utique ſciamus Graecos coloniis in Italiam, Siciliamque penetraſſe (*a*); unde nil mirum, ubi Comum uſque devenerint.

Tuſchos poſtea Orobiis commixtos noſtris in finibus habitaſſe colligerem, cum ii Romanum ante imperium latè terrae Italiae dominarentur, atque in utrumque mare vergentes, poſtquam Regiones ad inferum pelagus cis Apeñinum Vrbibus duodenis incoluere, poſtmodum trans Apenninum miſſis coloniis totidem, quod originis erant capita, ultra Padum loca omnia, excepto Venetorum angulo, tenuerunt. Quare ſi Livio graviſſimo hiſtorico talia recitanti fidem habemus (*b*), noſtrum quoque territorium Etruſcos inabitaſſe fatendum erit, cum & trans Padum extet, atque ad Venetos minimè pertineat. B. Jovius a novis veteres colonos expulſos credit (*c*). Id e Livio tamen non conſtat: nullam enim invenio repugnantiam, ut quod Sinenſibus, avorum aetate, a Scytharum Principe ſubactis evenit (*d*), Orobiis quoque contigerit. Thuſcis florentiſſimam hanc Italiae partem regentibus, illam per Taurinos ſaltus intravit Belloveſus Ambigati Celtarum Principis ex ſorore natus, qui anno circiter ante Chriſti nativitatem ſexcenteſimo (1) cum Thuſcis manus conferens, eos totâ acie profligavit. Thuſci per Comenſium fines Italiâ pulſi; in eâ regione quae ad Alpium orientem ſpectat, atque in gyrum per meridiem vergit (*e*), duce Raeto (*f*) fugientes, ultimò conſtiterunt. Hos populos Helvetiis, Boiiſque conterminos ritè Dion aureus hiſtoricus inter Noricum, & Galliam collocavit (*g*): Italiamque ſupra Veronam, & Comum Vrbes attingere Amaſenus Strabo citato libro teſtatur. Haec igitur quae Strabonis, Livii, Plinii, ac Dionis auctoritate invicem comparatâ delibamus, & Tarquinio Priſco Romae regnante contigerunt: nequaquam ſinunt, ut Juſtino integram fidem habeamus, qui Gallos cum in Italiam veniſſent, Thuſcis expulſis, Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condidiſſe ſcribit (*h*). Nihil ſanè apud illum de Belloveſi irruptione legimus, quae cum Tarquinii Priſci V. Romanorum Regis temporibus contigerit; ab alterâ omnino differt, quâ Galli duce Brenno Romanos poſtea ad Alliam fuderunt. Haec enim ſatis Livius praecavens *ducentis quippe annis*, inquit, *antequam Cluſium oppugnarent*, *urbemque Romam caperent*, *in Italiam Galli tranſcenderunt*, *nec cum his primùm Etruſcorum*, *ſed multo antea cum iis*, *qui inter Apenninum Alpeſque incolebant*, *exercitus Gallici pugnavere*. Juſtinus contra eodem contextu Gallorum (a quibus Roma incenſa) ad Dionyſium legationes, & eorum poſtmodum in Italiam adventum enarrat. Quare cum tot annorum in idem tempus conflet hiſtoriam, & nonnulla miſceat, quae falſitatis plena videri poſſunt, quaecumque aſſerit mihi adhuc parum explorata evadunt. Haud ignoro Catrovium, & Rovillaeum Juſtino adhaerentes illius auctoritatem elevaſſe, tanquam a nemine contradicatur. Verùm praeter multorum teſtimonia, qui Juſtino adverſantur (*i*) ipſa

ANNOTATIONES.

(1) Ita Velſerus in rebus Bojorum (*k*). Mezeraeus haec contigiſſe ſcribit anno mundi juxta vulgatam 3416. ideoque ſexdecim annis a Velſero diſtat. (*l*)

[a] *Vid. Lengletum in prooem. fol. XVIII.* [b] *Dec. I. lib. V.* [c] *Hiſt. Pat. lib. I. pag. 2.* [d] *Vid. Buffierium* (Buffier.) *Geograph. univerſ. par. II. pag. 277.* [e] *Strabo lib. IV. pag. 315. edition. Amſtel. an. 1707.* [f] *Plin. lib. III. 20.* [g] *Lib. LVI.* [h] *Lib. XX.* [i] *Vid. Gaudent. Merulam. lib. I. 3.* [k] *Pag. 8.* [l] *Hiſtor. Gall. pag. 4.*

ipsa historiae textura confusè narratis opponitur. Quae addunt Jesuitae, ut Comenses Orobii ad Celtas deducantur de Obri fluvio (1) Luteviae (2) Vrbis territorium interfecante, eo quia Obris a Strabone (3) dicatur, & Oboris (4) a Ptolemaeo, subfrigida evadunt; & adhuc Obris, & Oboris, nimis ab Orobiis distant. Dubito tamen quòd hoc loco apud Catrovium typographi diligentia desideretur, cum apud Ptolemaeum legam *Orobii fluminis ostia*, quae etymologia optimè ad Orobios accedit. Nihilo tamen minus, cum nullâ ratione Galli Orobiorum Comensium conditores sint recipiendi, quando ad Graecos Plinius perpetuus Graecorum hostis provocavit: hujusmodi utique rejicere oportet. Nam ubi ea, quae antiqui scriptores silentii tenebris involverunt, nos calamistris inurere vellemus, Comensium originem non unicè a Graecis, sed precisè ex Orobiis Vrbe Boeotiae Egidi vicinâ deduceremus. Haec disertè a Strabone Ὀρόβια appellatur (*a*): sed quae Plinius, atque ante eum Cornelius Alexander non attulit, nos minimè post tantum temporis nosse posse confidimus. Video enim hoc seculo nimiùm sibi Gallos quosdam blandiri, ut Ligures, Vmbros, Orobios, aliosque vetustissimos Italiae populos Celtarum progeniem arbitrentur; quâ in re non tantùm priscis auctoribus refragantur; sed conjecturis ultra Trojanum bellum protrahendis indulgent. Nos e contrario Ligures, Vmbrosque ante ea tempora Italiam habitasse compertum habemus, quibus nemo, ut puto, affirmabit Alpes a Celtis fuisse transgressas.

Vt autem ad Justinum redeamus, quamvis illi lexicographorum chorus, nonnullique alii (*b*) suffragentur, receptam a Joviis fratribus, & tot municipalibus annalistis opinionem minùs tutam judicarem; licèt Justini verba modificati, ea ad breviorem redegerint significationem, tanquam has Vrbes moenibus tantùm cinxisse Trogus (5) intelligat, cum illas vicatim antea homines incolerent (6). Nullâ tamen ratione neque ipsi, nec Clariss. Dominicus Georgius Justinum de Tridentinâ Vrbe loquentem tutabuntur, nam Gallos ad hanc usque civitatem pervenisse, reclamantibus ubique priscorum testimoniis, affirmarent; & Tridentum potiùs a Raeti militibus occupatum, e Strabone (qui Raetos (7) supra Veronam, & Comum collocat), atque ex itineris comparatione colligimus, cum aequo propemodum inter-

ANNOTATIONES.

(1) Hic a Catrovio gallicè dicitur *l'Orbe*, a doctissimo Astrucio Occitaniae cive *l'Orb* (*c*).

(2) *Loteva* in Tabulis Peutingerianis appellatur. Gallicè *Lodeve*. Obris a Luteviae agro Beterris decurrit. Consule tabulam geographicam Nolini apud laudatum Astrucium (*d*), cui *Orbis* magis, quam *Obris* appellatio arridet (*e*). Vbi hujusmodi vera essent, etymologia a Jesuitis excogitata omnino concideret. Verùm similia non a Celtarum imaginariis dictionibus, sed apud probatos auctores invenienda putarem.

(3) Straboni convenit Pomponius Mela (*f*); & si nonnullis vetustis naturalis historiae exemplaribus, atque Hermolao Barbaro credimus *Obrin* pariter apud Plinium legendum est (*g*): iis subscribit Casaubonus, qui ad Strabonis verba (*h*) ὅτι Ὄβρις, inquit — *Pomponio — & Plinio Obris. Ptolemaeo* Ὄαβις *hic fluvius dicitur non* Ὀρόβιος, *ut falso multi adnotant, sed mendum latet*. in Plinianis exemplaribus ante Hermolai Barbari castigationes editis *Obris* nomen desideratur, cujus loco legitur *Vernodubrum*: iis adhaerent Dalecampius, A Marcâ, & Astrucius. Nos Obris, & reliqua nominandi casu apud Plinium restituenda (si vita supererit) ostendemus.

(4) Apud Ptolemaeum Ὀρόβιος ποταμοῦ ἐκβολαί *Orobii fluminis ostia*. Casauboni igitur restitutio depravatis exemplaribus accomodanda, non tamen nostro, cum Ὀρόβιος genitivus sit a nominativo Ὄροβις. Hinc *Orobis*, seu *Orobus* a Festo Avieno dicitur (*i*), atque apud Anonymum Ravennatem *Orobs* (*k*).

(5) Justinus Trogi Pompei Galli scriptoris historias in epitomen redegit, quod ipsemet testatur libro XLIII. Vide corollarium ex Museo Isac. Pontani. De Justini aetate consule Martinum Polonum, Bongarsium, Gerardum Vossium, Lengletum, a quo circa annum Christi 250. collocatur.

(6) Haec de Como, receptâ Salmasii explicatione, intelligi utique possunt: Comum siquidem κώμη vicum moenibus destitutum sonat (*l*): verbum condere apud Justinum pro amplificare, atque instaurate Vrbem accipiendum esse eleganter contendit Dominicus Georgius (*m*). Verùm quâ ratione Tridentinae Vrbi similia convenient, ad quam Gallos minimè pervenisse compertum habemus?

(7) Raetorum nomen absque aspiratione scribendum suadent plura veterum elogia. Raeti nunc barbaro vocabulo *Grisoni* appellantur. Vide Sprecherum, Paullum Jovium, Dacerium, &c.

[a] *Lib. IX. pag. 611. Vid. Casaubon. hoc loco.* [b] *Vid. Franc. Berling. Geogr. lib. III. 5.* [c] *Histor. seu comment. ad histor. natur. Occitan. par. I. pag. 12. 21. 60. 71. &c.* [d] *Pag. 8.* [e] *Vid. par. II. pag. 443.* [f] *Lib. II. 5.* [g] *Vid. histor. nat. lib. III. 4. Venet. 1496. 1519. Brix. 1496. Paris. 1526.* [h] *Lib. IV. pag. 276.* [i] *Vers. 591.* [k] *Lib. IV. §. 28.* [l] *Exercitat. Plinian. tom. II. pag. 886.* [m] *De antiq. Ital. metropol.*

intervallo, a Burmio nostrae Dioecesis Castello, atque a Veronâ Vrbe distet Tridentum. Sed haec, quae longiorem requirunt indaginem alibi perpendemus. Crescente interim Romanorum potentiâ ii anno V. Conditae IↃXXX. C. Flaminio Nepote, & P. Furio Philo Coss. (1) (*a*) bellum adversus Bojos, Insubres, Gallosque gerebant. Insequenti anno Mediolanum & Comum Vrbes in Romanorum potestatem venisse M. Claudio Marcello Consule tradunt Catrovius, ac Rovillaeus (*b*): sed Claud. Marcelli nominibus irretiti duplicem conflant expeditionem. Primam a M. Claud. Marcello Cos. in Virdumarum Gessatorum Regem anno V. C. IↃXXXI. gestam, quae II. bellum Punicum praecessit, ubi nihil de Comensibus actum est: alteram ab hujus filio M. Marcello V. C. IↃLVII. Tunc enim Marcellus tranjecto iterum (2) Pado in Comensem agrum cum Insubribus (qui Comenses ad arma exciverant) praeliaturus, deflectit (*c*). Post maximam Gallorum cladem (qui a Livio Insubrum loco promiscuè nominantur) Comum cum duodetriginta Castellis ad Consulem sponte deficientibus subactum est.

Non unicâ Mediolani expugnatione bellum cum Insubribus fuisse absolutum, ut eruditissimus Veronae illustrate auctor innuere videtur (*d*): neque ob id solum M. Marcello triumphum fuisse decretum, a Livio apertissimè deducitur. *Triumphavit in Magistratu de Insubribus, Comensibusque, Bojorum triumphi spem Collegae reliquit.* Livio cohaerent lapides Capitolini, quemadmodum Sigonius Fastorum restitutor testatur (*e*).

M. CLAVDIVS . M. F. M. N. DE . COMENSIBVS . ET . INSVBRIBVS.
ANNO IↃLVII. IV. NON . MAR. (3)

Id non immeritò in patriae laudem dictum sit, cujus tanta olim fuit potentia, ut Cellario adnotante, (*f*) cum Romanis non secus ac aliae validiores gentes, bellum gerere, & triumphis materiam praebuisse potuerit; perperam igitur Ptolemaeus (*g*), Ortelius (*h*), Osius (*i*), Torrentinus (*k*), aliique Comum Insubribus tribuunt, cum ab Insubribus ipsomet Plinio auctore (*l*), separetur.

Comum deinde a Romanis coloniam deductum, idest populum Quiritium legibus utentem ad habitandum missum, a Strabone praesertim colligimus: hac igitur de caussâ haud incongruum mihi videtur affirmare, Comum Graecos illos potissimum incoluisse, de quibus in *Chronologiâ* Polybianâ Isaaccus Casaubonus ad annum V. Conditae IↃLXXXVI. ait, *Mille Achaei, & amplius hoc, vel sequente anno Romam evocantur, & mox per Vrbes Italiae divisi ibidem continentur ad annum* XVII. Multis demum exactis annis Raeti in novam coloniam incumbentes illam propemodum vastaverunt: Pompejus verò Strabo Magni pater colonos denuo restituit anno V. Conditae, ut opinor, IↃCLXIV. quo Consul cum L. Porcio Catone Romanum orbem moderabatur (4). Subinde L. Cornelius Scipio tribus hominum millibus

ANNOTATIONES.

(1) Annus Vrbis Conditae 531. respondet 170. ante aeram Christianam. Consule Stampam, & Muratorium. Velserus antiquiorem secutus supputationem, annum ante Christi ortum 168. reposuit. Sed hoc anno Mediolanum, & Comum ad Consules defecisse non invenio apud probatos scriptores.

(2) Hac de re fusiùs alibi.

(3) Poggialius post alios & ipse nihil de Comensibus affert (*m*), sed haec refert an. 557. Catrovius, & Rovillaeus id dicunt contigisse an. V. C. 531. M. Marcello & Cn. Cornel. Scipione Coss. (*n*), & Comensis Vrbis deditionem describunt. Infra (*o*) dicunt ex Senatus Populique decreto Marcellum triumphasse de Insubribus & Germanis: ubi genuinam temporum historiam reposuissent, inutilibus conjecturis parcebant. Infra etiam Maffejus Marcellum de Insubribus, & Comensibus triumphasse meminit, quod XXVI. postea annis accidit.

(4) Qui conjiciunt Raetorum irruptionem anno V. C. 600. contigisse haud satis in temporum supputatione Straboni con-

[a] *Vid. Eutrop. lib. III.* [b] *Tom. VII. lib. XXV. pag.* 101. [c] *Liv. lib. XXXIII.* [d] *Par. I. lib. II. col.* 29.
[e] *Comm. in Fast. Vid. Cigal. lect. I. pag.* 71. [f] *Notit. Orbis antiq. tom. I. par. II. pag.* 680. [g] *Geograph. lib. III. pag.* 63.
[h] *Thesaur. Geograph. in verbo* Comum. [i] *In notis ad Morenam col.* 1129. [k] *In Elucidar. Poetic. part. II. pag.* 88.
[l] *Lib. X.* 29. [m] *Tom. I. pag.* 23. [n] *Tom. VII. pag.* 101. [o] *Pag.* 102.

bus inquilinorum numerum adauxit [1] Anno V. Conditae IↃCLXX. atque ultimò C. Julius Caesar quinque millibus colonis Comum ditavit, neque ex illâ vilissimâ Romanorum plebe, quam in colonias deduci adnotarunt Palermus (*a*), atque Maffejus (*b*); cum hos inter Graecorum quingenti summo loco nati recenserentur: rectè igitur tum Novum Comum coepit appellari, cum tantis novis auctibus crevisset, & C. Julium Caesarem, veluti alterum conditorem veneraretur.

Patriae tamen amor non adeò nos obcaecavit, ut Mediolanum, & Comum Romanorum colonias eâ ratione fuisse affirmemus, quâ Parma, Placentia, Mutina, Regium-Lepidi. Hae verae Romanae coloniae appellantur, a Senatu Populoque Quiritium deductae. Comum, ac Mediolanum tunc jure Latii tantùm gaudebant. Comensibus quidem multa flagrantibus bellis Caesar praesertim concessit, quae a Marcello Consule tanquam per ambitionem, & ultra praescriptum data, paullo post adempta fuerunt (*c*). Hinc est quòd Augustus successor Comum, & Mediolanum in Romanarum Coloniarum numero minimè recenset, ut disertè ex Plinii libro III. arguitur. Illustre tamen municipium (quod coloniis multi praeferunt) alibi fuisse ostendimus.

Non inconsultò Romanarum coloniarum, Graecorumque convenarum notitiam exhibuimus, cum nonnulli Romanis, alii Graecis Pliniae familiae originem attribuant. Ab ultimâ opinione non abhorrebat Vir Clariss. Joseph Antonius Saxius, cui has nostras disquisitiones adhuc informes dederam perlegendas, & castigationem subituras. Plinii nomen graeco ex fonte primus deduxerat Perotus Sipontinus Antistes; idque jamdiu sibi persuaserat, cum, ait (*d*), *Aplysium enim illotum dicimus, ab* ἀ *particula privativa, &* πλύνω *lavo, a quo Plynio* [2] *Veronensi inditum nomen putamus*. Peroto accedere videtur Johannes Glandorpius, qui Plinios *appellatos*, inquit, (*e*) ἀπὸ τοῦ πλύνειν *idest a lavando volunt*; verùm hic Plinii nomen per I, non per Y scribens omni colore Peroti etymologiam spoliavit, & quidem in hoc satis rectè. Etenim quamvis in primigeniis quibusdam editionibus, & pennâ exaratis codicibus PLYNIUS scribatur: atque ita hoc nomen in Novocomensi antiquo lapide exhiberi testetur Antonius Faber; (*f*) nihilominus tamen reliquae vetustae Pliniorum memoriae, Y respuunt, uti hac sectione, & libro constabit; atque ex omnibus Eusebii Pamphili exemplaribus [3], & melioribus Suidae lexicis apparet [4]. Quare graeca Pliniani nominis origo, nempe quòd aliquid haec appellatio Romanis ex graeco fonte deductum sonaret, omnino rejicienda.

Po-

ANNOTATIONES.

conveniunt: hic paullopost Raetorum depopulationes C. Scipionem tria hominum millia addidisse Comensi Vrbi affirmavit Geographiae libr. V. Laurentius Schraderus ineptè scribit Cn. Strabonem Comensium infortunium deductis colonis reparasse Lucio Portio, & Catone Consulibus: quibus verbis ex unico Consule duplicem facit, & ereptos Straboni fasces alteri attribuit.

(1) Hoc anno Lucium Cornelium Scipionem Asiaticum Consulem una cum C. seu Cn. Julio Norbano in fastis invenio. A Strabone non Lucius Scipio, sed Cajus Scipio Γάϊος Σκηπίων perperam. Plerique, & Lexicographi praesertim Lucium Scipionem legunt. Tempora tamen invertunt Paullus Manutius, Passeratius, Chiffletius, Ludovicus Cerdius, & Lucas Wadingus, qui L. Scipionem Pompejo Strabone in deducendâ Comensi coloniâ antiquiorem affirmarunt.

(2) *Plynii* nomen ita scribendum erat in Peroti sententiâ, ut illud a πλύνω derivaret. Hinc πλυντήρια dicebantur Atheniensium festa in quibus Minervae statua vestibus exuta abluebatur. (*g*)

(3) Consule Eusebii Pamphili Historiam Ecclesiasticam (*h*), ubi legimus ὡς Πλίνιον σεκοῦνδον, nempe *Plinium Secundum*. Ita omnes veteres, & novissimae editiones, ac prae reliquis nitidissimae Henrici Valesii, & Andrae Readingi commentariis illustratae. In Eusebii Chronico pariter habetur Πλίνιος ὁ Σεκοῦνδος. *Plinius Secundus*. Consule Eusebii Chronicum Josephi Scaligeri commentariis nobilitatum pag. 195.

(4) In optimâ Suidae editione, graecis tantùm vocibus conflatâ, quam Demetrius Chalcondyles Mediolani vulgandam suscepit an. 1498. Πλίνιος unicè apparet. Perperam igitur in graecâ, & latinâ, Suidae impressione, quam Aemilius Portus curavit, graecè scribitur *Plynios* ὅς ἐπονομάζεται πλύνιος: Typographi lapsus ex ipsâ latinâ aemulatione apparet, ubi legitur, qui vocatus est Πλίνιος (*i*). Librarii errorem sustulit Kusterus in celeberrimâ Anglicâ impressione, ubi utrâque linguâ legitur Πλίνιος.

[a] *Lib. I. cap. 5. pag. 47.* [b] *Ver. illustr. par. I. col. 124.* [c] *Sueton. in Caesar. 29.* [d] *Cornucop. pag. 218.*
[e] *Onomast. pag. 686.* [f] *Comment. in Praef. nat. hist.* [g] *Vid. Joh. Potterum Archaeologia graeca lib. II. 20. pag.* 444 *tom. I.* [h] *Libr. III. cap. 23. pag. 85.* [i] *Tom. II. pag. 725.*

Potiori, aliâque ratione Graeciae ſuos non defuiſſe Plinios ex Suidae, atque Harduini auctoritate colligerem; cum duplicis Plinii Secundi, Athenienſis nempe, & Byzantini uterque meminerit; atque ut a Lexicographo incipiamus; haec ab illo deſcripta exhibemus (*a*), Σεκοῦνδος Ἀθηναῖος σοφιστὴς ἐχρημάτισε Πλίνιος· ἐπωνομάζετο δὲ Ἐπίουρος, ὡς υἱὸς τέκτονος, &c. *Secundus Athenienſis ſophiſta, qui vocatus eſt Plinius: ſed cognomento dicebatur Epiurus, quaſi fabri filius. Fuit autem Herodoti* (lege Herodis) (1) *Sophiſtae magiſter, ſcripſit declamationes oratorias.* Sed hic etiam haud modica de Plinii nomine oritur controverſia: Johannes Albertus Fabricius in latinâ bibliothecâ negandi particulam deſiderari conjecit; nempe, ut legere debeamus ὃς οὐκ ἐχρημάτισε Πλίνιος *non qui vocatus eſt Plinius* (*b*): in graecâ verò Bibliothecâ reſtitutionis inventorem primigenium non diſſimulavit, cum, *propemodum*, ait (*c*), *aſſentior Meurſii conjecturae, qui negandi particulam in Suidae codicibus excidiſſe putat.* In diverſam licèt abeat Kuſterus ſententiam, adhuc tamen & ipſe depravatum Suidae locum judicavit; imò Plinii nomen omnino a Lexico expungendum: ad verba ſiquidem ὃς ἐχρημάτισε Πλίνιος *Haec* (*d*), ait, *a ſciolo quodam adjecta eſſe puto, qui cum legiſſet Plinium juniorem appellatum fuiſſe Secundum, de eo Suidam hic loqui exiſtimabat; ſed Plinium Secundum diverſum eſſe a Secundo Sophiſtâ Athenienſi, de quo Suidas hic agit, adeò manifeſtum eſt, ut imperitiam ſuam palam prodat, qui eos confundant.* Samuel Bochartus nemini doctorum hominum poſthabendus, locum Suidae prae oculis habens, Plinii vocem non legit, *unde eſt*, ait, (*e*) *quòd Secundus Sophiſta Athenienſis* Ἐπίουρος *quia filius erat fabri* (lignarii) *nimirum*: hoc tamen loco Bochartus Plinii nomen in Suidae lexico deſiderari minimè profeſſus eſt; & bonâ Fabricii, & Kuſteri pace nihil ſive addendum, ſive delendum apud Suidam arbitrarer. Illud quidem ingenuè fateor a nemine antiquorum hunc Secundum Athenienſem Sophiſtam, Plinium appellari; & praeſertim apud Philoſtratum (2), qui Secundum *Epithyron*, quaſi Fabri puerum rectiùs vocat, & apud Antonium Meliſſae, qui illum *Secundum* unicè nominavit (3). Et ſanè ubinam Meurſio, & Fabricio Plinii nomen recipientibus, negandi particulam in Suidae lexicis excidiſſe innotuit quibuſcumque refragantibus exemplaribus (4)? Praeterquamquod cujuſnam alterius Plinii hoc unicè loco Suidas recordari debuerat, quando id ratio minimè poſcebat; quot enim quantique *Secundi* cognomine illuſtres apud Romanos extitere, & cur nominum aequivocationem pertimeſcere debebat, ſi hic Athenienſis, caeteri Plinii literis celebres ad Italos pertinebant? Cum igitur nuſquam Plinii, ſive avunculi, ſive Caecilii toto in opere meminerit, quonam pacto hoc loco Secundum Sophiſtam Athenienſem alterum a C. Plinio Secundo fuiſſe potuit dicere, quando Pliniorum opera, vel ignoravit, vel contempſit, haud inſolito Graecis vitio, qui ſuo idiomate potiſſimum deſcripta celebraverunt. Et ſanè ſi Plinii ſequentis memoriam ingerere voluiſſet, optima in Tra-

ANNOTATIONES.

(1) Reliqua Suidae graeca verba conſule apud ipſum. Nos enim ea tantum mutuamur, quae in praeſentem rem praetereunda non erant; eorumque loco (quae non adeò neceſſaria) latinam verſionem ſubjecimus. Caeterum celebris eſt hujus Herodis Sophiſtae verſiculus, qui a Secundo pariter Sophiſtâ inſtitutus, poſtmodum jam alios docens in controverſiam cum illo incidens, magiſtrum cavillo perſtrinxit, nempe

Et figulus figulo, fabro faber invidet alter.

Conſule opuſcula Mytholog., ubi & graecum carmen pag. 633.

(2) Lib. I. Vit. Sophiſt. pag. 543. ἐπίουρόν τινες, ὡς τέκτονος παῖδα. Salmaſius ita etiam a dicendi genere duro, atque ligneo, quo utebatur, appellatum ſuſpicatur: gratis tamen, ut apparet, cum certam hac in re Antiquorum habeamus auctoritatem. Ligneum verò Secundi ſtylum nemo praeter Salmaſium agnovit, qui corruptum etiam Philoſtrati locum affirmat, nec tamen emendat (*f*).

(3) Conſule ſermonem 122. ad verba Σεκοῦνδος ὁ σοφὸς &c. nempe *Secundus ille ſapiens interogatus, quid eſſet Mulier, reſpondit Viri naufragium.*

(4) In primigeniâ, quam curavit Chalcondyles, abeſt, uti in recentioribus.

[a] *Tom. III. pag. 205.* [b] *Tom. I. lib. II. cap. 22.* [c] *Lib. II. pag. 517.* [d] *Tom. III. Suid. pag. 295.*
[e] *Geog. Sac. pag. 718.* [f] *Exercit. Plin. in Solin. tom. I. pag. 775.*

jani articulo ſeſe obtulerat occaſio, ubi aliqua de Chriſtianis non interficiendis occurrunt; quare cum neque ibi, neque alibi Pliniorum recordetur; neque ad epiſtolarum, neque ad naturalis hiſtoriae conditorem reſpexit, cum Secundum Athenienſem Plinium fuiſſe etiam vocitatum ſcriptitavit.

Quòd verò hujuſmodi a ſciolo adjecta fuerint, uti Kuſtero videtur, difficili ratione adducor, ut credam: nam praeterquamquod in omnibus Suidae exemplaribus inveniuntur, ipſa orationis textura Plinii, vel alterius familiae nomen poſcit. Senſus enim eſt, ut Secundus ille, cui nomen erat Plinius, *Epiuros* quaſi Fabri filius diceretur. An igitur hoc loco (uti alibi perſaepe aſſolet) erraverit Suidas, & Secundo huic Sophiſtae Athenienſi Plinii nomen perperam attribuat, haud affirmabo; licèt hujuſmodi Philoſtrato, Antonio Meliſſenſi, caeteriſquae Graecis ſcriptoribus intacta fateamur. Alios enim Plinios Secundos (1) in Graeciâ fuiſſe argumento eſſe poteſt nummus ille a Johanne Harduino adductus, qui olim in Focaltiano (2) cimelio fuit hac epigraphe ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΓΡ. ΠΛΙΝ. CΕΚΟΥΝΔΟΥ. Hunc ad Plinios noſtros pertinuiſſe minimè crediderim, niſi fortaſſe alicujus Plinii Caecilii Liberti filius extiterit. Floruit enim Alexandri Severi Imperatoris temporibus, a quibus Plinius centum circiter annis diſtavit. Certè Byzantiorum Reipublicae impendia Plinius ſequens circumcidit, & ab illo acta Trajanus maximè probavit (*a*); unde fieri potuit, quòd aliquis Bithyni Proconſulis Libertus hacce de cauſsâ Byzantii degens, Pliniam familiam illâ in Vrbe Bithynis plagis oppoſitâ (*b*) propagaverit. Quod autem ad allatum ab Harduino nummum ſpectat; ſubjecta literalis explicatio malè adeò a typographo habita fuit, ut quid de ipſo numiſmate proferam, ſatis ignorem. Neque enim ſcio, quo loco verba ſupplenda ſint, an demenda, unde numiſmatis ipſius ocularis inſpectio ad rectè judicandum evaderet neceſſaria (3). Vtcumque tamen ſe res habeat, hujuſmodi adeò docto cuidam viro placuerunt, ut e Graeciâ noſtrorum Pliniorum originem deducere minimè dubitaverit; & quamvis per me de Byzantino Plinio adnotata primùm agnoverit; nihilo tamen minus, cum poſteriora veteri Suidae teſtimonio comparaſſet, a noſtrâ opinione maluit diſcedere Vir Clariſſimus: nominis igitur, & cognominis ipſiſſimâ convenientiâ nonnullis perſuadebat Novocomenſes Plinios ab aliquâ Graecorum coloniâ ſortitos circa Larium ſubſtitiſſe; atque ad Graecos illos praeſertim reſpiciebat, quos a Julio Caeſare Comum deductos ſcimus. Verùm hujuſmodi infirmâ ſatis argumentatione fulciuntur. *Secundi* cognomen licèt in graeco Byzantinorum ſcribâ repetitum rem nequaquam evincit, cum gentilicium minimè ſit; atque ad nativitatis ordinem potiùs, quàm ad familiam pertineat. Caeſarianae verò coloniae Plinios adſcribere ineptum duco, cum Graecos Comum a Caeſare deductos, oppido Novo-

vo-

ANNOTATIONES.

(1) De Secundi cognomine eadem hoc loco pronunciamus, quae ſuperiore libro diximus, perpetuum in Pliniorum familiâ minimè fuiſſe; unde ſatis demiror in recentioribus etiam latinarum vocum lexicis, ubi de Secundo Athenienſi Philoſopho ſermo habetur, talia referri: *fuit etiam hoc illuſtris Veronenſis familiae cognomen, ex qua fuit Plin. Secundus naturalis hiſtoriae ſcriptor*. Vid. Calepin. Venetiis editum ann. 1689. pag. 736. itemque alterum Venetiis anno 1700. apud Antonium Bortol. pag. 759. In hunc errorem minimè impegit Clariſs. Facciolatus.

(2) Cimelium, ſive Caemelium Focaltii (*Foucault*) conquiſitis, & rariſſimis numiſmatibus olim ditabatur.

(3) Verba Harduini hujuſmodi ſunt (*c*). *Ex eadem Pliniorum gente fuit is, qui Byzantii ſcriba fuit temporibus Severi Alexandri Imp. teſte nummo antiquo, qui fuit in Cimelio* D. FOVCAVLT *hac epigraphe*: ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΓΡ. ΠΛΙΝ. CΕΚΟΥΝΔΟΥ. Γραμματεὺς Πλινίκτπλυ Σεκόνδυ. *Byzantiorum* nummus, ſub *ſcriba Plinio Secundo*. Hocce Muſeum *Fucaltianum* vocatur a Bandurio (*d*).
Mirum quòd ſimilia ex Harduini calamo exciderint: praeter triplicem verbi *fuit* repetitionem, mendum cubat in voce Πλινίκτπλυ. Neque illud *ſub* legendum venit ex graecâ epigraphe.
Varia Grammateorum officia habes apud Salmaſium tom. I. exercit. Plinian. Prolegom. in Solinum.

[a] *Vid. epiſtol. de Byzantinor. impend.* [b] *Conſule Tabulam I. Nolini apud Bleterium in vitâ Imper. Juliani.*
[c] *Vid. Praefat. ad Plinii hiſtor. natur. tom. I.* [d] *Tom. I. Praefat. ad numiſmat. Impp. Romanor.*

vocomi nomen reliquentes, inde abiiſſe poſtmodum Strabo teſtetur (1). Vbi verò haec Pliniorum graeca origo ad primam illam Orobiorum peregrinationem, vel ad alteram deduceretur, quae longè Romanorum in Ciſalpinâ Galliâ adventum praecederet, hoc aliquâ fortaſſe aſſequeretur conjecturâ; ſed eâdem profectò, quâ Comenſes, & pleroſque Italiae populos Langobardarum prolem diceremus. Praeterquamquod Pliniorum familiam e Graeciâ deducentibus naturalis hiſtoriae ſcriptoris verba obſiſtunt, ubi Graecorum vanitates, ſententiae, mendacia paſſim refelluntur; auctor enim Romanos ſemper Graecis opponit, & ſe Romanum undique profitetur. His igitur de cauſſis, potiùs poſt Claudii Marcelli triumphum, Plinios Comum deductos; vel indigenas tunc Romanorum nominibus, uti & legibus donatos, conjiciendum videtur. Omnibus conſtat Plinium Caecilium in oratione apud municipes ſuos habitâ, non ipſum unicè, ſed majores ſuos etiam Comenſes innuere: *cogimur* ait, *cum de munificentiâ parentum noſtrorum, tum de noſtrâ diſputare*. Cur igitur *Parentum* vox ad Caecilios unicè, minimè ad Plinios (unde mater, & avunculus perque adoptionem pater, erit adaptanda! quâ nam de cauſsâ a Pliniis nobis erit abſtinendum, cum *de ſe*, *& de ſuis* ſe differentem eo loco deſcribat. Ad utramque igitur gentem, imò rectiùs ad Pliniam illuſtriorem, hujuſmodi verba ſpectabunt, tum magis quòd longè plura apud nos Pliniorum, quàm Caeciliorum adſint elogia; & priorum nonnulla vetuſtiorem profectò aetatem Plinio Caecilio ſapiant. Cuncta unitim primus ego ſubjiciam, nam quamvis multa Triſtanus Calchus, Benedictus Jovius, Jo: Maria Catanaeus, uterque Cigalinus Pater, & Filius, Paravicinus, Tattus, aliique attigerint; quaedam iis ignota, aliqua poſtmodum in lucem eruta proferemus.

Omnium primigenia ſit marmorea baſis anno vulgaris aerae CIↃIↃLXX. intra primum, & ſecundum ab Vrbe Como lapidem Arrebii in Divi Martini effoſſa, ubi hujuſmodi adhuc leguntur, quae hoc loco longè emendatiora, quàm apud Donium, & Reineſium invenies, etiam elogium Mediolani extare perperam affirmans (*a*).

	Elogii interpretatio.
V F (2)	*Vivus* *Fecit*
C PLINIVS	*Cajus* PLINIVS
CALVOS VI VR (3)	CALVOS VI V*i*R
SIBI ET PLINIS	SIBI ET PLINIS
SVCCESS (4) ..... V..ORI	SVCCES*Soribus* VXORI
CHRYS (5) ..... ET	CHRY*Santiae* ET
SVCCESSORIBVS	SVCCESSORIBVS
L. CASTICIO (6) L. F. OVF	*Lucio* CASTICIO *Luci* *Filio* OV*Fentinâ*
CATVLL:Ↄ (7) IIII. VIR	CATVLLO IIII VIR*o*
AED P: (8) I GENERO	AE*Diliciâ* *Poteſtate* GENERO
L. CASTICIO L. F. OVF.	*Lucio* CASTICIO *Luci* *Filio* OV*Fentinâ*
MAXIMO NEPOTI	MAXIMO NEPOTI
PLINIS THARSAE (9) ET	PLINIS THARSAE ET
VERECVNDAE PAT	VERECVNDAE PA*Truelibus*
PLINIO CERDONI FR	PLINIO CERDONI F*Ratri*
PLINIO PHAENOMEN	PLINIO PHAENOMEN*o*
AMICO	AMICO

ANNOTATIONES.

(1) Benedictus Jovius, & Aloyſius Tattus non omnes Graecos diſceſſiſſe arguunt ex Graecorum familiâ, (quae noſtro Aevo ad finem vergit) ; atque ex Spuriae Saturninae monumento graecis literis exarato. Primum leve admodum videtur argumentum, ut in antiquam adeò originem referatur. Secundum oſtendit quidem, Spuriam Saturninam in Comenſi obiiſſe; idque brevi Graecorum incolatu potuit accidere. Graecos verò (inter quos IↃ nobiliſſimi fuerunt) Comum ſubſtitiſſe unicum graeco idiomate elogium minimè evincit. Reine-

[a] *Vid. Syntagma Inſcript. pag. 783.*

Insigne hocce elogium pluribus hieroglyphicis figuris, atque ornamentis spectandum licèt interpretatione obvium nonnulli Comi degentes minùs rectè attigerunt: quâ de causâ ne aliis errandi occasionem praebeant elementariam lateri adjeci explicationem.

Vrbem Comum tum civili jure moderabatur Johannes Franciscus Tinctus Veronensis (*a*), unde de lapidis inventione illud satis opportunum accidit, ut elogium in publicâ porticu praetoriam domum sustentante collocaretur, atque adversanti Praefecto Plinianae Comensis familiae antiquitatem ostenderet. Lapis puerorum, militum etiam excubantium injurias paullulum sensit, unde duo tresve literae, quae Cigalino vivente extiterant perspectibiles, inpraesentiarum desiderantur. Quare benè, ac sapienter XIII. ab hinc annis Comensis ordinis moderatores jussisse crediderim, cum elogium tanti faciendum, ornatumque in ipsâ Vrbanâ Curiâ (1) traducendum curarunt, atque ita parieti haerere stylobate supposito mandaverunt, ut illud temporum morsu, & ociosorum oscitantiae subduxerint. Neque enim posthaec perfacilè externis civibus evadet, ut lapides sub moenium nostrorum umbram erutos ad alienas pinacothecas, & porticus honestandas (2) subducant: Praegrandibus enim literis incisum marmor curam omnem promeretur, ut quâm diligentissimè custodiatur. Illud obiter notandum, quòd cum Cigalino vitâ functo illius praelectiones lucem viderint, nonnulla perperam irrepsere, quae Hieronymus Frova typographus ne incautâ magis correctione corrumperet, lectorum judicio restituenda reliquit; (*b*) unde potiùs elogio, & veritati, quàm ignaro amanuensi adhaesimus.

Secundam Pliniorum memoriam Comi in regione Sancti Vitalis repertam, (*c*) postea in Templi Maximi pariete publicè spectandam omnium oculis majores nostri annis ab hinc ducentum, & sexaginta proposuerunt; ubi literis minimè violatis adhuc Plinii Philocali pietas erga Coesidium Euzelum in hunc modum apparet (*d*).

C. COESIDIO
EVZELO
VI VIRO
C. PLINIVS
PHILOCALVS
IN CVIVS TVTEL
COESIDIVS
EVZELVS
COLLEG. FAB.
DEDIT H·S II
L . D . D . COLLEG.

Ter-

ANNOTATIONES.

(2) Reinesius obliviscitur siglarum V. F.
(3) Ita VR loco VIR nitidè adhuc apparet, & CALVOS loco CALVVS, quae Elogii vetustatem indicant, ut fusiùs infra constabit. Qui Plinium Calvom Sextumvirum *Ousentinum* dixit (*e*), me sectatorem non habebit. Primò quia hunc (licèt Sextumvirum) in Ousentinâ Tribu censum tulisse ex Elogio minimè constat, quod de Casticiis Genero, & Nepoti compertum habemus. Secundò cum multae Vrbes huic Tribui accenserentur, minùs rectè Sextumviro Comensi *Ousentini* appellatio jungeretur. Vltimò reclamantibus Priscorum monumentis Sextumviratui Tribum addere vetamur.
(4) SVCCESS. VL. VXORI. Cigalin.
(5) CHRYS... Cigalinus, & Reinesius. Nullum CHRY*Santiae* nomen opportunius videtur occurrere. Caeterum ni arridet, omnia quinque primis elementis constantia suppone.
(6) CASTICIO ex verâ lectione, Cigalino, & Reinesio; alii minùs rectè CASTRICIO.
(7) Reinesius perperam CATVLO.
(8) Cum exesae admodum hoc loco sint literae PrAE*fecto Iuri Dicundo* interpretari malunt Donius, & Reinesius; quod utique sustineri posset: attamen indicia adhuc apparent AED*iliciae Potestatis*. Quartumviratus (quod nobile officium inter municipalia) frequenter occurrit (*f*): apud Cigalinum irrepsit ÆD. POL. apud Reines. AE...
(9) Mendosè hic versiculus a Reinesii typographo habetur.
(1) Plinii Calvi memoria visitur in Curiae porticu impluvium ambiente. *Nel portico della Casa della Città, che gira attorno al cortile;* ibique traducta fuit V. Kal. Septembr. anno vulgaris aerae 1750.
(2) Alibi monuimus permulta Antiquorum Elogia a Comitibus Archintis Mediolanum, ab Episcopo Carafino Cremonam fuisse deducta. Poëta quidam virulento calamo de hoc ultimo scripsit:

E per far a Comaschi mille offese
Ne manda l'anticaglie al suo Paese.

Vide Stampam Acta B. Miri Par. I. cap. I. pag. 35.

[a] *Vid. Basil. Parav. pag. 23. & 41.* [b] *Vid. pag. ultimam post praelect. Cigal.* [c] *Ben. Jov. collectan. Mss. pag. 31.*
[d] *Trist. Calch. lib. I. Jov. Apologia. P. Appian. Glandorp. col. 686. Gruter. pag. 394.* Cigalin. pag. 85. *Francisc. Cicerejum Inscript. antiq. Mss. pag. penult.* [e] *Vid. annot. in Vrbanae Curiae porticu existentem.* [f] *Vid. Murat. clas. IX. pag. 2178.*

Tertiam Triſtano Calcho (*a*), Benedicto Jovio, Cigalino, Appiano, Glandorpio &c. pariter notam in ſacello Divi Johannis cognomento Leonis (*b*), olim viſendam (1) vetuſtas malè habuit. Hanc poſtmodum Laurentius Schraderus in Paulli Jovii Muſeo conſpexit (*c*). Vbi in praeſens quaerenda ſit, prorſus ignoro. Caeterum ne illius quoque memoria depereat, extantium literarum ſpeciem exhibemus.

D. M.
P. PLINI
PLINIANI
. . . . . .

In hujus elogii fragmento, illud ſanè minimè praetereundum reor, quod hunc Publium Plinium Plinianum patre Plinio, & matre itidem Pliniâ ortum conjicere debemus ex Pliniani cognomine; quod ſimili ratione ampliatum, maternam ſapere originem innumera docent exempla; utque pro multis unicum afferam: Titus Flavius Petronius cum ab uxore Veſpaſiâ Pollâ duos ſuſcepiſſet liberos, primum Titum Flavium Sabinum, alterum Titum Flavium Veſpaſianum nominavit: hunc poſtmodum rerum potitum inter bonos Imperatores Roma ſuſpexit (*d*). Quarta Bilacii cernitur in ſummo Larii promontorio (2), ubi nigerrimi marmoris fragmentum extat fatiſcentibus elementis in hunc modum

M. PLINI. (3) OVF. (4) (*e*)

Quinta Comi viſebatur Columellae vicem praebens in Aede Divi Probini aquae ſacrae labello ſuppoſita (*f*); coronâ, baſi, aliiſque ornamentis ſpectanda, ubi hujuſmodi deſcribuntur (5).

D. M.
C. PLINI
VALERIANI
MEDICI
QVI VIXIT
ANN. XXII. M. VI. D. V
PARENTES

Notis jamdiu memoriis triplicia Pliniorum elogia addamus, quae pauci attigerunt, quaeque nunc in Archintaeis aedibus prope euripum (6) Mediolani aſſervantur; omnia ego diligenter ab archetypo, multis ab hinc annis deſumpſi, antea quam a Clariſſimo Muratorio in antiquarum inſcriptionum theſauro ingererentur, licèt omnia a Pucinello (*g*), prius edita haud ignorarem. Primum, quod eſt hujuſmodi candido, & ſemifracto marmore inſcalptum Creſcentio quoque innotuit (*h*) (7).

D. PLINIO NIGRO
VI. VIRO
...ATT. (8)..
VI. . VI (9)
PATR. (10)...
POMPEI.
CONTVB. (11)

Al-

ANNOTATIONES.

(1) Hujuſmodi Eccleſia in ſuburbio ad montis radices poſita in prophanos uſus ablit elapſo ſeculo. Vide Tattum Decad. II. pag. 1007.

(2) Benedictus Jovius M. Plinii fragmentum illuſtrans haec habet: *In ſummo Bilacii promontorio (ſic enim locum, qui gemino alluitur lacu majores noſtri appellavere) --- fruſta duo furvi lapidis prae foribus ibidem aedium ſuarum vir adoreae laudis Marcheſinus ſtatuenda curavit. Quandoquidem antiqua omnia mirificè amat, & ea maximè, quae Pliniae gentis --- memoriam praeſeferunt, alterum igitur eſt hujuſmodi* M. PLINI. OVF. (*i*) Hic Marcheſinus a Jovio celebratus Cremonenſis fuit Ludovico Moro apprimè carus, atque ex illuſtri Stangarum Gente. Conſule Paullum Jovium (*k*), & Porcacchium (*l*). Diminuto titulo *Marcheſinus* a coaevis Scriptoribus improvidè dicitur, cum Marchio eſſet, eumque Ludovicus Princeps benevolentiae cauſsâ, atque Aulici Dominum imitantes *Marcheſino* appellarent (*m*). Stangarum Gens in duplices familias diſtincta Cremonae inter primarias recenſetur. Bilacenſis Villa, uti Ripariae ditio ampliſſima Sfondratae Nobiliſ. Familiae (unde Gregorius XIV. effluxit) jamdiu ſpectat.

(3) Cigalinus legit PLIN.

(4) Notae OVF. Ouſentinam tribum deſignant, quae adhuc cernuntur, legitque Jovius Epiſt. LXXIV. MSS.

(5) Haud rectè apud Glandorpium Plinii Valeriani monumentum affertur (*n*).

(6) Conſule de harum aedium ſorte, quae in Plinii Caecilii vitâ attulimus.

(7) Hujuſmodi monumentum in Turri, quae Divae Agathae appellatur, (*o*) ubi quamplurima venerandae antiquitatis elogia reperta ſunt, elapſo ſeculo detectum fuit.

(8) Pucinellus ATTV.

(9) Murator. VII.

(10)

[a] *Allat. loc.* [b] *Cigal. pag.* 83. [c] *Monument. Ital. fol.* 370. [d] *Vid. Sueton. in Veſpaſian. cap.* I. [e] *Vid. Triſtan. Calch. hiſt. Pat. lib.* I. *Ben. Jov. epiſt.* 75. *Mſs.* [f] *Paul. Jov. de piſcib. cap.* 35. *Calch. Cigalin. &c.* [g] *Poſt. Zodiac. Eccleſ. Mediol. mem. antiq. pag.* 9. *inſcript.* 15. [h] *Amphitheat. pag.* 248. [i] *Collect. num.* LIX. *Mſs.* [k] *In Lario fol.* XXII. [l] *Nob. Com. pag.* 139. [m] *Vid. Stamp. in annot. ad* III. *Decad. Tatti pag.* 449. [n] *Col.* 886. [o] *Vid. allat. Pucinell.*

Alterum Vigluni, decimo ab Vrbe Como lapide repertum Hieronymus Borsaerius e Paulli Jovii junioris [1], & Paulli Cigalini schedis illustravit [2]; notumque Muratorio (*a*), ac Pucinello in hanc speciem exhibemus.

V. F.
PLINIA . L. L.
MODESTA
SIBI ET PLINIO
PHILETO FILIO
IN FR. [3] XX.
IN AGRO XXXX. [4]

Tertium in vetustâ Intiminianensi Ecclesiâ IV. ab Vrbe Como lapide repertum (*b*) est; ubi etiam L. Caecilii Cilonis monimentum Benedicti Jovii diligentiâ in lucem emersit. Plinii Fatalis elogium modicâ, sed candidissimâ marmoreâ tabulâ inscriptum antiquis adeò characteribus conflatur, ut illud ad Romanae Reipublicae tempora rejiciendum procul dubio censeam: hujusmodi est.

C. PLINII . FATALIS
QVI VIXIT . AN. XII

Muratorius post Pucinellum, primus quòd sciam, Fatalis inscriptionem in novo inscriptionum thesauro retulit: quod subsequitur elogium Mediolani extans Francisci Cicerej diligentiâ in lucem erutum fuit, atque ex Cicerejo Muratorius publicavit (*c*). Illud in Divi Stephani Majoris Aede visendum tali, pacto describit Cicerejus in pennâ exarato codice, quo Johannis Sitoni antiquarii, ac Juris periti humanitate usus sum [5]. Cicerejo omnino convenit Laelius Bisciola [6].

. . . . SECVNDAE
ET PLINIAE. Q. F. MAXIM
PLINIA . Q. L. DONATA
PATRONO IDEM VIRO
ET FILIS SVIS
ET . C. POPLICIO . HALO
AMICO

Non gravabor ipsiusmet Cicerej verba afferre, cum ad rem spectent, & caussae nostrae bonitatem ostendant: *restare videtur*, ait, (*d*) *nonum*, *atque extremum monumentum*, *de his quae colligere ex hoc templo potuimus*. *Indicarunt autem nobis illud duo nobilissimi*, *iidemque lectissimi adolescentes Antonius*, *& Castellanus Magii*, *Ludovici filii*, *& in eâ quidem parte exterioris structurae*, *quae ad orientem solem vergit*, *quod eo gratiùs nobis esse debet*, *quòd Pliniano nomini sit consecratum*. *Quod adeò frequens occurrit in veterum reliquiis*, *ut jam suppudere debeat eos*, *qui Pliniam gentem conantur Veronae tanquam propriam tribuere*. *Constat autem ab hujusce tabulae initio praecisum aliquid fuisse*, *licèt ab eâ repetitione*, *& adjectis ad propria nomina* PATRONO IDEM VIRO ET FILIS SVIS *colligamus quod deest; debuit enim sic esse scriptum* Q. PLINIO . ET . PLINIAE . Q. F. SECVNDAE ET PLINIAE . Q. F. MAXIMAE . PLINIA Q. L. DONATA IDEM (*monumentum intellige*) VIRO . AC. FILIS SVIS, *& viro quidem Q. Plinio*; *filiis Secundae & Maximae*, & C. POPLICIO . HALO. AMICO fili-

ANNOTATIONES.

(10) Crescentius, & Muratorius PATRONO. Pucinellus PATRONAE.
(11) Crescentius, & Pucinellus CONTV. Muratorio excidit CONIVGI. pag. DCCXXXI. 5.
(1) Paullus Jovius junior, tertius ex hac familiâ continuâ serie Episcopus Nucerinus Alexandri filius, de quo vide Vghellum, & Tattum.
(2) Hieronymus Borsaerius vir fuit eruditissimus, uti libro primo monuimus. Reliqua inter opera, quae delitescunt, Adversaria, sive Theatrum magnificentiae Insubricae composuit, ubi Austriacae Langobardiae antiqua monumenta omnia scientissimis annotationibus illustrata congessit. Quamquam Argelatus asserat (*e*) Theatrum magnificentiae Insubricae Comi extare, rectiùs dicemus, partem hujus Theatri ab erudito, Nobilique viro Jacobo a Sancto Benedicto Regii Fisci apud Comenses Patrono possideri: titulum praesefert; *Adversariorum ad Theatrum Insubricae Magnificentiae Hieronymo Borsaerio auctore Tomus Primus*. Auctoris autographum est, maximique operis modica pars: Reliquum Como ablatum Lugduni delitescere creditur.
(3) FRO. Murator., & Pucinel.
(4) XL. Borsaer. Murator. Pucinel. Haec Plinia Lucii Liberta graecae originis cognomen Filio adaptans, quod dilectum latinis sonat, communem sibi, & Nato tumulum faciens ab illis latronibus longè abfuit, quos AEgyptii *Philetas* vocabant, hominesque ideo amplectebantur, ut strangularent. Vide Lipsium ad LI. Lucii Senecae Epistolam.
(5) Codicis titulus hic est: *Francisci Cicerej Antiquorum monumentorum Urbis Mediolani ab Alciato praetermissorum libri II. ad Galeatium Brugoram Senatorem Amplifs.*
(6) In Codice MSS. Commentariorum ad septimum Plinii librum Tom. I. I. fol. 25.
[a] *Pag. MCCI. 7.* [b] *Pucinel. allat. loco pag. 13. num. 70.* [c] *Pag. MDLVIII. 7.*
[d] *Lib. I. Monument. 9.* [e] *Biblioth. scriptor. Mediolan. col. 2022.*

filiis suis *si ad filias, uti existimamus, tantùm refertur, eo modo dictum, quo de filiabus suis loquitur Antiphon eo versu apud Plau. in Sticho „ Sed ego ibo intrò, & gratulabor vostrum adventum filiis „*

Decimum locum occupet vetustissima inscriptio, quam in Ascii oppidulo XI. ab Vrbe Como lapide, erutam Alciatus, Petrus Cantonus, atque ultimò Borsaerius (*a*), & Crescentius illustrarunt (*b*). Publici verò juris fecerat XVI. seculo Bonaventura Castillionaeus (*c*), Paullus Morigia (*d*), atque ex illis Gruterus; & XVII. in suis Comment. (*e*) retulit Laelius Bisciola.

GENIO ASCI (1)
P. PLINIVS BVRRVS
ET C. PLINIVS (2)..
AETERNI. (3)

Ex hujusmodi elogio patet, vallem (quae initium ab Incini regione desumit, & subasperis inclusa montibus ad Bilaciensem agrum, gemino Larii cornu arctata porrigitur) (*f*) rectiùs Ascinam, quàm Assinam appellari, a vico nempe Ascio, Principem locum in hodiernam usque diem eo in tractu occupante. Hi Tractus Comi adeò vicini praecipuam Orobiorum Provinciae partem, & quasi cor fuisse quis neget, cum Ascina Vallis Larii lacus undis, & perductâ a Como ad Leucum lineâ claudatur; in ipso demum Vallis exitu celsissima Barri montis cacumina contra Leucum assurgant, nomen a Barrâ oppido deducentis, unde teste Plinio Bergomates ortos Cato affirmavit (4). Ad Leucum porrò (circa cujus moenia vetus Licinoforum extitisse ostendam) Addua e Lario emissa statim Bergomatum fines attingit, ubi etiam Pliniorum memoriae minimè desiderantur. Clusone (5) siquidem (quod castellum XXV. M. passus a Leuco distat) haec legi ex Patris Celestini schedis testatur Muratorius (*g*).

M. MINICIVS...
VOT. MADIA...
ET. PLINIAE. MAIMAE VXO.
ET. M. MINICIO. MARCELLO

Minicius hic, qui in Votiniâ Bergomatum tribu censum ferebat, Pliniam Maimam Comensem, seu Licinoforensem uxorem habuisse nil mirarer, cum in finitimis agris Comi, Bilacii, Ascii tantae Pliniorum occurrant memoriae.

Ex undecim huc usque relatis Pliniorum elogiis quinque priora Palermus novit, cum eorum ope patriae suae caussam peroraverit Cigalinus. Haec, quae ad Plinianae familiae antiquitatem, & Comensem originem ostendendam in operis initio exhibemus, postremam Comensium anchoram, quâ se ab imminenti naufragio subducerent, Palermus appellavit (*h*): *quo*, addit, *argumento ductus post Hermolaum Barbarum, ac Bonaventuram Castillonium Mediolanensem, etiam Jacobus Mazzonius tam supinus, & oscitans hujusce rei investigator, quàm solers Dantis Aligeri Poetae praestantissimi dignitatis, & doctrinae assertor, & comprobator, ipsis vel insciis sponte, sed incautus accedit. Quapropter primò videndum est, an extent istae inscriptiones, deinde quid juris. Nonnullas quas hîc refero, recenset Jovius (truncas tamen & corruptas) easdem*

ANNOTATIONES.

(1) Et hujus elogii ignoratione Regionem *Assinam* appellant optimi caeteroqnin latini Scriptores Paullus Jovius, Sigismundus Boldonus, aliiqne. Italicè enim dicitur *Vall'Assina*, & oppidulum *Asso*, quod *Ascium* fuisse antiquorum inventus inibi lapis satis ostendit. Morigia in Elogio legit ASCII, apud quem nonnulla alia minùs rectè. Vallis Ascinae beneficiarium dominium Sfondratis in hanc etiam diem spectat: hinc emendandus est Ladvocatus, apud qnem legimus, cum de Paullo Sfondrato loqueretur: *Baron de la Vallée d'Assise* Tom. II. pag. 508. lege *Val Assine*.

(2) Borsaerius indicia ejusdem cognominis in hanc formam exhibet BVR. Bisciola BVR. Crescentius BVRRVS.

(3) Borsaerins AETERNITA. Morigia, Crescentins, Bisciola AETERNITATI.

(4) Vide Plininm Histor. Natur. lib. III. 17.

(5) Clusonum, Clusoninm, & Clausonium, uti aliis dicitur, a Romanorum clusuris nomen invenit; itemqne vallinm montiumque exitum claudere videtur. Nobile Castellnm in Bergomatnm historiis apparet, atque in hodiernam diem mercatnrâ freqnens, aeqno propemodum itinere Sebinnm, & Larium, & emissos inde flnvios Ollium, arque Addnam respicit. Meminit Martinaens Plessins (*i*).

[a] *Tom. I. Theatr. magnif. Insubr. Mss. lib. III. pag. 155.* [b] *Nob. Ital. narrat. 20. cap. 3. tom. II. pag. 637.*
[c] *De Gallor. Insub. antiq. sedib. pag. 384.* [d] *Libr. III. cap. 20.* [e] *Mss. in VII. Plin. lib. tom. I. fol. 25. b.*
[f] *Vid. Paul. Jov. in Lario fol. XXII. Porcacch. nob. Com. Joseph. Stampam Act. B. Miri 22.* [g] *Pag. MCCCLXXXVII. 13.*
[h] *Lib. III. cap. ultim. pag. 266.* [i] *Nov. Geograph. tom. II. pag. 197.*

dem verò aliquâ ex parte restitutas refert Gruterus. Triplices postmodum subjicit Palermus sequentis Plinii inscriptiones, quas certè non Jovius, sed ipse corrumpit, & depravat; sed quod satis mirandum occurrit, Jovii nomen Palermum ingessisse, cum nihil ex illius operibus deguſtaverit, neque materiam hoc loco e Porcacchii Comensi nobilitate desumat, cum inibi Porcacchius illustrius Plinii Caecilii monumentum in Mediolanensi Matrice Ecclesiâ extare perperam affirmaverit (*a*). Missa tamen hujusmodi faciamus, ut ad Hermolaum Barbarum, & reliquos nostra sese conferat oratio. Barbarum ex *antiquis elogiis* Comensem Plinium dixisse prorsus ignoro, nisi Palermus attigerit, quae Barbarum de Plinii patriâ vulgasse tradit Varillassaeus, quaeque ab eruditis extare minimè creduntur. Bonaventuram Castillionaeum, nobis Plinium ubique adscribere non ignoro, nisi Ascino monimento patriae suae favore calculum subducere videretur. Mazzonius utique ex antiquis elogiis, & Eusebii Caesariensis auctoritate seniorem Plinium Comensibus tribuit; sed cur Comensibus omnibus ignotum facit Mazzonium Palermus, eo quia illius Cigalinus, atque Paravicinus non meminerunt? Cur & ipse Palermus allatum a Castillionaeo Publii Plinii Burri elogium nobis insciis minimè suppeditavit? Verùm iis omnibus minimè dimensis, quae ad Plinium *Caecilianum* (1) spectant minùs ad rhombum; reliqua verò ex sepulchralis latinitatis elegantiâ, minùs pariter ad rhombum facere pronunciavit; unde omnia superioris Plinii seculo longè recentiora, neque inde naturalis historiae scriptorem effluxisse credit, cum Secundi cognomen minimè praeseferant. Id ultimum quâm ineptum sit, ex superius dictis jam patet, cum Secundi cognomen minimè gentilicium sit; alterum ex ipsâ elogiorum retractatione minùs vero consentaneum apparebit. Et sanè primo loco a nobis allatum, Cigalino, Paravicino, ipsique Palermo notum, venerandam adeò redolet antiquitatem, ut C. Julii Caesaris, aetatem sapere videatur. Quid enim significat vox illa CALVOS loco CALVVS, nisi quòd veteres Romani longè ante utriusque Plinii aevum, O pro V usurpantes Cervom, Servomque scribebant; ut notat Quintilianus (*b*)? Quamplura ad hujusmodi ostendenda afferre possem antiquorum elogia, ubi O loco V saepesaepius usurpatur (2). Ipsi etiam falsifici (ut novissimè scalpta, tanquam Romanae Reipublicae temporibus exarata venditent monumenta) simili variatione fraudem occultant; ut in Camertino illo lapide videri potest (cujus initium TIBVLLA) ubi PLOTONI, OXORI &c. legimus (*c*): idque ideo dictum volo, ut Palermum de elogiorum aetatibus pronunciantem, parum hocce in studio profecisse ostendam, cum *perelegans*, *& vetustissimum* affirmet (*d*), (3) quod *commentum manifestè se* prodens Muratorius (*e*), & quisvis nostro seculo judicaret. Porrò ipsae etiam notae in Comensi lapide VI. VR., Sextumviratum indicantes, majorem Pliniano aevo vetustatem designare videntur; cum tunc, & subsequentibus seculis hujusmodi officium VI. VIR, siglis, nusquam I praetermisso, reddatur: Casticii nomen, Catullique cognomen non sanè, uti Orciviorum appellationem, recentia diceret Palermus. Quid demum tot Plinii Gentiles (quòd mi-

ANNOTATIONES.

(1) Palermus hoc loco minùs rectè (ut alii etiam) Plinium Caecilium appellat *Caecilianum*. Consule vitam Plinii Caecilii.

(2) Habes veterum monumentorum collectores, quique Plautum, aliosque illius aetatis scriptores illustraverunt. Fatemur tamen, hujusmodi non esse certissima seculorum ante Christi ortum indicia. Esse tamen posse quis inficiabitur? Sic in Julii Caesar. numis. DIVOS IVLIVS (*f*).

(3) Polycarpus Palermus hujusmodi elogium haud levibus maculis deformatum exhibet, quae apud Petrum Appianum minimè irrepserunt. Similia typographi vitio accidisse crediderim.

[a] *Nob. Comens. pag. 78.* [b] *Libr. VII. cap. 4.* [c] *Vid. Appian. pag. LXIX. typographi vitio LXVII.*
[d] *Lib. II. pag. 68.* [e] *Nov. thesaur. pag. M.DCCCXIII. 4.* [f] *Vid. Vaillant. tom. I. pag. 1.*

mirum etiam Reineſio evaſit), filii, patrueles, amici oſtendunt, niſi Pliniam gentem Comi illuſtrem, & multiplicem fuiſſe, antequam naturalis hiſtoriae ſcriptor mortalem lucem videret? Secundum C. COESIDIO . VI. VIRO, a C. Plinio Philocalo dicatum elogium, ex ipsâ Sextumviralis dignitatis ſcribendi methodo, multis annis recentius affirmarem; verùm quonam offendit in verbo, quod ipſis Tullianis auribus inconcinnum, aut aſperum videatur? Certè Fabrorum, Dendrophororum, Nautarum Comenſium, atque alia itidem Collegia longè ante avunculi Plinii nativitatem Comi extitiſſe quis negabit; cum Romanorum militiam hìc deductam paullo poſt Claudii Marcelli triumphum; & Cajo Julio Caeſare nondum rerum indepto illuſtre fuiſſe municipium minimè ignoremus? Quare nulla nos urget ratio, ut quae Plinius Philocalus (1) Coeſidio Euzelo exaravit, poſteriora naturalis hiſtoriae Scriptoris aevo ſtatuamus; imò Graeca cognomina Romanis nominibus utroque loco adjecta, ſuperiorem aetatem fortaſſe ſat indicant, cum ſimilium appellationum uſus apud nos Cicerone adhuc juvene vigeret, & Aviani cujuſdam Philoxeni, ejus beneficio in Novocomenſes a Caeſare relati idem Tullius ad Acilium Proconſulem ſcribens meminerit (*a*). Vtcumque tamen ſe res habeat, nihil profectò ex hujuſmodi inſcriptione eruitur, unde primo Chriſtianae aerae ſeculò poſterior judicetur.

Idem de tertio Plinii Pliniani, & quarto M. Plinii elogio ſtatuendum videtur, cum in his majore neotericorum lapicidarum, quàm vetuſtatis injuriâ nudae tantùm appellationes legantur. Plinius tamen ille Plinianus cum matre Pliniâ ortus itidem appareat, Pliniorum gentem plures in familias diſtinctam Comi floruiſſe indigitat. Aliud M. Plinio dicatum viri certè dignitates oſtendiſſet, uti ex OVF*entinae* Tribus notis liquet conjicere, niſi impius marmorarius lapidem ſecans reliqua perdidiſſet (2).

Quintum Plinii Valeriani monumentum Magni Plinii aevo recentius plerique arbitrantur, licèt id nullâ ratione e ſepulcrali ſtylo (qui ſimplex admodum, atque elegantiſſimus) deducatur. Ars, praenomen, nomen, cognomen multis ſuaſerunt, hunc illum eſſe Plinium Valerianum (3), cujus V. de Re medicâ libros habemus. Ve-

ANNOTATIONES.

(1) Φιλόκαλος pulchritudinis amator. Εὔζηλος Bonus aemulator.

(2) Benedictus Jovius hunc illum eſſe Marcum ſuſpicatur, qui diligenter Plinii ſenioris libros inquirens eorum omnium copiam habere voluit. Hiſtoriam habes apud Plinium Caecilium (*b*), ubi ad Marcum (adoptatâ Jovii, aliorumque lectione) ſcribit. Verùm *Macri* potiùs cognomen, quàm *Marci* praenomen recipiendum multa ſuadent, & ita conſpiranter Taurinenſis, Eſcorialenſis, Aldinus, Palatinus, Bodlejanus codices; & cum illis Gruterus, Harduinus, Paullus Daniel Longolius, Johannes Matthias Geſnerus, qui epiſtolam non Marco, ſed Macro datam oſtendunt. Gruterus etiam hujus lectionis argumentum addit, cum epiſtolis familiae nomen, aut cognomen, non praenomen inſcribatur. Id ſanè moris conſtanter in Plinio Caecilio inveniri fatemur. Jungamus ad rem noſtram, quòd ubi etiam Marci praenomen in allatâ Plinii epiſtolâ legeremus, hunc illum eſſe Marcum Plinium, cujus elogium Bilaci viſitur haud facilè crederem. Potiùs enim Magni Plinii gentilibus fruſtum adjudicarem, cum in Plinii Caecilii villâ inventum ſit.

(3) Plinius Valerianus, qui de Re medicâ ſcripſit, cum ad aliquos nobiliſſimae artis profeſſores, & ſingillatim ad Claudium Galenum provocaverit, fuit proculdubio Magno Plinio naturalis hiſtoriae auctore recentior; cum permulta iis e voluminibus mutuaverit (*c*), imò tanta inde deducat, non defuerunt, qui (ineptè ſatis) eundem Rei medicae, & naturalis hiſtoriae auctorem affirmaverint. Horum infelicior apparet Eloyus, cum Pliniorum Maximo omnia Plinii Valeriani opera attribuens naturalem hiſtoriam (ubi tanta ad medicinam pertinentia) ne quidem attingit, ut ſubinde Paullum Jovium arguat, eo quia (ipſo judice) Plinium Valerianum cum Plinio Veſpaſiani amico confundat (*d*), quando oppoſita omnino Nucerinus Epiſcopus vulgavit, apud quem tum medicinam facientem legimus (*e*). *Plinius, qui elegantem librum de morbis, atque remediis conſcripſit, fuit procul dubio Plinio naturalis hiſtoriae ſcriptore, & Plinio Caecilio poſterior, vocatuſque eſt Plinius Valerianus medicus, cujus ſepulcrum Comi, ubi Pliniorum familia floruit, in templo Divi Probini aquae ſacrae labello ſuppoſitum, & pulcherrimis inciſum characteribus conſpicitur*. Si aliquam Paullus Jovius promeretur cenſuram, non alia erit, quamquòd Plinii Valeriani elogium in Aede Divi Probini viſendum, alteri Plinio Valeriano, qui de Re medicâ ſcripſit, omnibus haud ſatis inſpectis, attribuerit. Verùm cùm de eòdem medicorum librorum ſcriptore apud alios ſermo incideret, illum ipſiſſimâ de cauſâ Comenſem fecerunt, uti plures Philologi. Id ex nonnullis antiquis inſcriptionibus erui affirmant Harduinus, Fabricius, & Facciolatus. Vna tantùm (quòd ego ſciam) extabat memoria, ubi de Plinio Valeriano; & haec eſt ſuperiùs allata, quamque falsò Boiſſardus Romae ad Minervam traduxit (*f*).

[a] *Lib. XIII. epiſt. 35.* [b] *Lib. III. 5.* [c] *Vid. Fabric. bibl. latin. tom. I.*
[d] *Vid. Eloy. diction. tom. I. pag. 208.* [e] *De piſcibus cap. XXXV.* [f] *Lib. V.*

rum allata volumina legentibus oppoſita conſtabunt; & praeſertim ubi quaedam *etiam domeſticis in uxore ſervatâ* (1) *experimentis* ſe probaſſe affirmat (*a*), itemque ex verbis unde ad remedia perſcribenda aditum ſibi praeoccupat,„*morbi*, *quibus in peregrinationibus variis agitatus fui*, *quoſque domeſtici mei paſſi ſunt ; mihi ſaepe occaſiones praebuere medicorum fraudes experiri*. Hujuſmodi hominem jamdiu uxoratum oſtendunt, & variae peregrinationes, & plures domeſtici haud ſatis cum medico, qui in primo juventutis flore deſideratus, quive innuptus ex elogio apparet (2), videntur convenire; unde rectiùs ſtatuemus duplices fuiſſe Plinios Valerianos, alterum qui de Re medicâ quinque ſcripſit volumina (3), alterum qui medicinam faciens viginti duobus annis natus ad plures tranſiit (4). Haec utroque latere comparata ſatis jubent, ut geminos Plinios Valerianos Comenſes dicamus; & illius, quem parentes deflent, ſeculum ignoremus; unde cum Benedicto Jovio, & Ballarino antiquiſſimis unicè temporibus vixiſſe affirmabimus: & ſanè illuſtrem Pliniorum gentem, neque unâ coërcitam familiâ ſatis indicat Plinii Caecilii ad Plinium Paternum (5) epiſtola, cujus operâ ſe in rebus familiaribus uſum teſtatur.

Plinii Nigri elogium, quod ſexto loco exhibetur, Palermus ignoravit. An verò aliqua proferat, unde recentius Plinii Caecilii aevo judicetur, prorſus ignoro: potiùs illius tempora attigiſſe conjicerem, cum Plinius Niger Pompejae cujuſdam contubernalis ſuae meminerit, quam aliquâ ratione ad Pompejam Celerinam juniori Plinio ſocrum pertinere (puta quòd Clariſſimae feminae Liberta) poſſumus ſuſpicari.

Quid de Vigluniani lapidis vetuſtate dicendum, ubi Plinia Lucii Plinii Liberta, & Plinii Phileti mater apparet? nihil certè magis quàm antiquiſſimis temporibus illuſtrem in Comenſi Pliniorum gentem, utpote quae tot tantoſque haberet Libertos, unde Patronorum ampliſſimae facultates dignoſcuntur. Octavum porrò monumentum Intiminianenſi in Eccleſiâ repertum (ubi L. Caecilii Cilonis memoria viſebatur, ubi Plinii Caecilii agri & poſſeſſiones) utique ſuadent Pliniam gentem plures in familias fuiſſe diſtinctam; utque Plinium hunc Fatalem Liberti alicujus Plinio addicti filium dignoſcamus. Nonum epigramma a Cicerejo in lucem edi-

ANNOTATIONES.

(1) Si uxoratum ſe deſcribit Plinius Valerianus, quâ ratione cum innupto naturalis hiſtoriae auctore, & cognomine diverſo confunditur?

(2) Nulla inibi uxoris, ſeu filiorum recordatio; ſed defuncto parentes juſta perſolvunt; unde juvenilis aetas, & genitorum dolor alterum omnino a Rerum medicarum ſcriptore innuere videntur.

(3) Rectè ſatis conjecit Daniel Clericus (*b*) hunc Plinium Valerianum alterum fuiſſe ab eo, cujus elogium attulimus: quòd verò a medicinâ faciendâ abhorruerit, ex recitatis verbis (quibus ſe *medicorum fraudes* expertum teſtatur) haud ita feliciter oſtendit. Potuit enim hac de cauſſâ medicas rationes primùm inquirere, & ſubinde etiam ſalutem humano generi afferre. Omnibus V. librorum auctor medicus apparuit, & medicinam feciſſe pluribus exemplis oſtendit Barthius (*c*), qui hunc Plinium Valerianum natione Gallum fuiſſe indicat, eo quia ſerpillum herbam gallicè dictam *laurio* ſcripſerit (*d*). Quod ultimum ſatis infirmum. Illum Comenſem alterius Plinii Valeriani monumentum & appellationum convenientia potiùs innuere videntur; caeterum ex aequo id oſtendere hujus loci non eſt, nec brevi negocio aſſequetur. Qui de Plinii Valeriani patriâ poſt Barthium Petrus Burmannus dubitavit (*e*), utrumque Plinium Valerianum minimè diſtinguit; quòd itidem Reineſio accidit, ubi illum Chriſtianum fuiſſe oſcitanter conjecerat (*f*): in viam tamen rediit poſtmodum. Videtur quòd Plinium Valerianum Rei medicae ſcriptorem acerbiùs exagitet vir doctiſſimus, & amicus olim noſter Julius Pontedera, eo quia in tradendis aequinoctiis ſibi non conſtet. Nihil de Valeriani cognomine addit, & opus ipſum ſordidae, ac barbarae originis, auctoremque potiùs Pſeudoplinium, quàm Plinium appellandum ſtatuit. Amici, & defuncti hominis pace, jam eruditis innotuit hunc Plinium alium a naturalis hiſtoriae ſcriptore, multumque poſt temporis vixiſſe; ideoque in diverſa a traditis per Pontederam abirem, qui minùs ad rem Plinium medicum ab eo nomine, aetate, & doctrinâ, quae titulo mentitur, removendum affirmavit (*g*).

(4) Si Comi hic Plinius Valerianus obiit, ſi parentes inibi degebant, ſi Pliniorum familia Comi illuſtris habebatur, cur de illius patriâ dubitat Petrus Burmannus, cum mortis locum non patriam ex lapide ſatis probari affirmat?

(5) Plinii Paterni appellationes recipiunt codex Aldinus, Riccardin. Lindenbrog., atque editio epiſtolarum Plin. anno 1471. abſque loco & typographo, Claudius Minos, Thomaſius, Sacyus, aliique. Reliqui familiae nomen praetereunt (*h*): adhuc in Laurentinâ Plinii ſequentis villâ *Paterni* nomen ſubſiſtit.

[a] *Lib. IV.* [b] *Hiſtor. medic. part. III. lib. III. cap. 2. Vid. Magnetum biblioth. ſcriptor. medicor. tom. II. in voce* Plinius.
[c] *Adverſar. lib. X. cap. 25. pag. 507.* [d] *Cap. XXXIV.* [e] *Ad hiſtor. & antiq. Ital. tom. I. pag. XL.*
[f] *Var. lect. pag. 181.* [g] *Vid. epiſtol. XLVI. pag. 393. & ſequent.* [h] *Vid. lib. I. epiſt. 21.*

editum id apertè oſtendit; neque aliud clariſſimi, doctiſſimique viri dictis addendum putarem, niſi quòd Q. PLINIO, cujus nomen excidit, lacunae ſpatium relinquerem, ut nomini cognomen aliquod jungatur, exempli gratiâ PRIMO, SECVNDO, MAXIMO, &c. Aſcîni, decimique monumenti antiquitatem ignorare potiùs, quàm reſcire voluit Palermus. Certè illud primo aerae Chriſtianae ſeculo exaratum judicavit Morigia. Tot igitur Pliniorum memoriae Comi, in Comenſi, finitimiſque in agris inventae, omni jure hanc gentem ad Comenſes ſpectare videntur oſtendere, cum omnino gratis aſſerantur a Palermo Comenſium Pliniorum memoriae Plinio Caecilio recentiores; minùſque ad rem hae omnes ejuſdem Libertis a Funcio adaptentur (*a*). Plinios Comi Magno Plinio antiquiores indigitamus; hoſque *Secundi* cognomine diſtinctos allatus a Cicerejo lapis comprobat. Antonius Faber Ferrarienſis, qui decimiſexti ſeculi initio floruit, *ſed & Comi*, inquit (*b*), *in quadrato ſaxo in Aede maxima vetuſtiſſima haec legiſſe me ſcripta etiam memini*. Caj Plinii Secundi medici Novocomenſis*: reliqua vero reciſa ſunt, nec plura legi poſſunt, cum reſecto marmore ab impiis operariis ibidemque poſito gloria hujuſce Civitatis perfracta ſit, quae ſi curioſior nobis fidem non adhibens illuc viſendi gratia concedens adnotabit quoque Plinium ſcriptum per literam Y.* Vt veriora tamen fateamur celebratum adeò a Palermo *Secundi* cognomen, nihil ad rem facere toto opere comprobamus. Quid enim roboris iis in elogiis adeſſet, ubi parum gentis nomen, & *Secundi* unicè cognomen reſpiceretur? allata igitur elogia maximi idcirco aeſtimanda, quòd Pliniorum Comenſium memoriae ſint antiquiſſimae: *Secundi* verò cognomen praeſeferant, an reticeant, vix cenſeo penſitandum.

Quod ultimò demum objecit Palermus, nonnulla Pliniorum elogia alibi praeterquam in Comenſi inveniri; indeque Plinianos noſtros lapides multis aliarum Vrbium communes fateri neceſſe ſit: parum Veronenſi juriſconſulto afferent ſubſidii, cum minimè animadvertat, monumenta alienis in regionibus Pliniorum memoriae dicata, nobis quidem utilia, civibus ſuis moleſta evadere. Primum Romae viſendum, ubi C. Plinius Phoſphorus Dîs Manibus Caj Plinii Abaſcanti litavit, ad Plinii Caecilii Libertos ſpectare oſtendemus. Alterum ſatis corruptum a Palermo (alienâ tamen culpâ) vulgatum Genevae nunc quaerendum, ubi Caj Plinii Fauſti Aedilis, Duumviri Coloniae Juliae Equeſtris, & Flaminis recordatio, non tantùm Comenſibus vindicandum ex ſalutaribus notis C. PLINIO. M. F. OVF. ſed ad ipſum Magni Plinii parentem probabili conjecturâ ſpectare colligimus. Id novum pleriſque antiquariorum videbitur, cum apud lapidarios ſcriptores ultima primi verſiculi verba minùs rectè, & diverſâ afferantur ratione: verùm Marquardi Gudii, & ipſiuſmet elogii loquente auctoritate monumentum genuinae lectioni reſtituemus. Aliquâ etiam ratione Juliam hanc Equeſtrem Coloniam Comenſes attigiſſe ſuſpicarer, cum Julius Caeſar Como diſcedens, inde novos colonos ad Helvetios per Bilitionam deduxerit. Meminit hujus Coloniae Plinius libro IV. *Treviri liberi antea, & Lingones foederati, Remi foederati, Mediomatrici, Sequani, Raurici, & Helvetii. Coloniae Equeſtris, & Raurica.* Vbinam Equeſtris Colonia extiterit diſceptant eruditi, quando certiſſima Guillimannus ducentis ab hinc annis vulgaverat. Harduinus (1), qui non modò ex vetuſto libello, ubi Galliae Provinciae recenſentur,

ANNOTATIONES.

(1) Ad hunc Plinii locum colligit Harduinus (*c*), Populos, qui Caeſari, Plinio, caeteriſque vetuſtioris aevi ſcriptoribus Helvetii dicuntur, a poſteriori aetate Sequanos appellari. Qui verò Gallis hodie *Suiſſes* vocantur ultra Juram mon-

[a] *Pag.* 541. [b] *Comment. in praefat. Plinii.* [c] *Plinii tom. I. lib. IV. pag.* 224.

tur, verùm etiam ex Itinerariis Plinio comparatis Ptolemaei errorem Equeſtrem Coloniam in Sequanis collocantis dignoſcere poterat; ut neotericorum Helvetiorum fines arctaret, omnia tenebris involvit; attamen aperta Plinii verba ſunt, cum Equeſtrem Coloniam in *Suitenſium* (1) provinciâ collocavit. Ex Itinerariis demum ſatis conſtat, oppidum inter Lauſannam, & Genevam extitiſſe (2), illudque a recentioribus *Nion* appellari modicis adhuc antiqui Coloniae nominis manentibus indiciis. Hinc eſt quòd Aſtrucius (*a*), & Bochatus (*b*) Equeſtrem Coloniam in Novioduno abſque ullâ dubitatione agnoſcunt; idque magis ex Bochato adnotandum, quòd apud Lauſannenſes Propraetorem ageret, cum ſuos de veteri Helvetiorum hiſtoriâ commentarios vulgavit. Vt autem diſputationi noſtrae propiùs accedamus, Plinii Fauſti memoria ad trutinam venit revocanda, cum inſigne elogium Genevae ad portam Ripariam olim viſendum, nunc primùm e Marquardi Gudii ſchedis reſtitutum exhibeamus in hanc ſpeciem (3).

A N N O R . XII L. P L I N I O F A V S T I F I L S A B I N O	C. P L I N I O M. F. O V F. F A V S T O A E D I L I . II. V I R O I V L. E Q. F L A M I N C. P L I N I V S F A V ⊕ V I V O S P. C

Haud ignoro, quod notae illae OVF. Ouſentinam Comenſium Tribum deſignantes ab aliis praetermittuntur, a nonnullis primi elementi initium unicè adſertur, a quibuſdam diversâ omnino ratione exhibentur (4). Verùm nos meliora excogitaſſe

ANNOTATIONES.

montem, Belgicaeque Galliae limites poſitos, & ſibi Helvetiorum nomen adſciſcunt veterum ſedes non habuiſſe. De Col. addit. „ *Ptolemaeo* Ἐκκεστρὶς *in Sequanis collocatur lib.* 2. *cap.* 9. *Id nomen habet fortaſſis ab Equitibus Limitaneis eo deductis*. Apud Gruter. pag. 468. *reperta inſcriptio in pago* Verſoye *agri Genevatis*, COL. EQ. *In libello Prov. Galliarum* Civitas Equeſtris, ideſt, Novioduno, *unde* Nion *eſſe colligunt Guillimannus*, *Cluverius*, *Monetus ad Lemanum lacum*. *Nummus argenteus apud* D. DE BOZE, *hanc habet epigraphen:* † SEDES LAVSANE *Templum* .)(. CIVITAS EQVESTRI: *Crux aream implet*. *Cuſus hic nummus poſt annum* 1536, *& pulſos e Civitate Lauſana Catholicos*. Ante Harduinum memoratus nummus a Sponio, aliiſque aſſertur: Gregorius Laetus illum veluti antiquum videtur agnoſcere, indeque Lauſannam vetuſtam Juliae Equeſtris ſedem fuiſſe colligit (*c*). Dalecampius haeſit, utrum Coloniam Equeſtrem ex doctorum ſententiâ Neocomum (*Neuchatel*), an Lauſannam diceret (*d*). Baudrantius quoque de illius poſitione dubitat, cum ait *Equeſtris Colonia*, *Cologna*, *&* *Gallis* Coloigne *oppidum Galliae Belgicae in finibus Sequanorum inter Allobroges*, *ſive Sabaudiam*, *& Sequanos*, *ſive Burgundiae comitatum*, *a Genevâ* 4. *leucis diſtans*, *ab Orgelio Vrbe Burgundiae* 5. *aliis* Dunoy *in Sabaudiâ*, *in regione*, *quae* Chablais.

(1) Ita cum Benedicto Jovio recentes Helvetios liceat appellare, quando locus neotericum nomen extorquet.

(2) In Tabulis Peutingerianis legimus

Lacum Loſonne
Colonia equeſtris
Genua

Apud anonymum Ravennatem

Lauſonna
Equeſtris
Gennava

Tyrones norunt *Genuam* in tabulis Peutingeri, & *Gennavam* anonymi Ravennatis pro Genevâ uſurpari.

(3) Pauca quaedam ex Johanne Jalaberto infra reſtituemus, in quibus Gudiani excriptoris diligentia deſideratur.

(4) Gruterus tali pacto Genevenſis inſcriptionis partem ſubjecit (*e*).

C. P L I N I O . M. F. C. . .
F A V S T O
A E D I L I . II V I R O
I V L. E Q. F L A M I N
C. P L I N I V S ⊕ F A V. . .
V I V O S
C

Ludovicus Antonius Muratorius (*f*).

C. P L I N I O M. F. C. N. F A V S T O
A E D I L I II V I R O
I V L. E Q. F L A M I N
C. P L I N I V S F A V S T
V I V O S
P. C.

Elogium Muratorius ex Joſephi Bimardi fide vulgavit, ſed hac in re fucum Bimardo, & ipſi fecerunt amanuenſes. Videtur inſuper, quòd ſuâ aetate potuiſſet Juliae Equeſtris ſitum oſtendere, nec vulgare, *excidit locus*, *atque de ejus ſitu eruditi adhuc diſputant*. Conſtat igitur notas C. N. perperam fuiſſe ingeſtas, eodemque loco additum Fauſto, quod cognomen ſubſequenti verſu ponendum praeter alios indicant Gabriel Simeonus (*g*), Guillimannus (*h*), Plantinus (*i*), & ipſemet Polycarpus Palermus (*k*). Non me pariter latet Glandorpium (*l*), Sponium (*m*), & Gregorium Laetum

[a] *Par. I. hiſt. natur.* 12. *pag.* 160. [b] *Tom. II.* 12. *pag.* 465. *& alibi*. [c] *Lib. I. hiſtor. Genev. pag.* 59.
[d] *Ad allat. Plinii locum*. [e] *Pag.* CCCCLIV. 4. [f] *Nov. theſaur.* [g] *Antiq. numiſmat. pag.* 100.
[h] *De reb. Helvet.* [i] *Helvet. antiq. & nova*. [k] *Lib. III. pag.* 171. [l] *Onom. col.* 68. [m] *Hiſtor. Vrbis Genev.*

taſſe confidimus, cum meditationes noſtras Viro Cl. Johanni Jalaberto Genevenſis Reipublicae Senatori, atque a penitioribus conſiliis aperientes, voti compotes facti ſumus; & Plinium Equeſtris Aedilem, & Flaminem ad OVF*entinam* Tribum ſpectaſſe ſatis ſuperque didicimus. In hoc igitur elogio, cum de Magni Plinii genitore probabilis quaeſtio eſſe poſſit, genuinam lectionem in Plinii vitae initio, harumque diſquiſitionum quinto volumine iterum proponam, ubi Bochati, & caeterorum diverſa opinantium argumenta diluentur.

Num & Plinii Fauſti elogium junioris Plinii temporibus recentius Palermus judicabit (1), quando eâdem ratione, ut in primo Comenſi lapide CALVOS, ita in Genevenſi VIVOS appareat? Certè antiquarii, ubi ſimilia in elogiis inveniunt, illa ad Romanam Rempublicam, atque ad Caeſaris, Auguſti, & Tiberii principatus referunt. Quae licèt ubique ſtatuenda non ſint, ut vir eruditus Franciſcus Zaccharias adnotavit (*a*); recipienda tamen erunt, ubi nullum poſterioris aevi emergat indicium, cum hujuſmodi voces ante Plinii ſenioris tempora invaluerint. Nimium igitur mihi blandiri non ſuſpicarer, ubi Plinium Fauſtum in Juliâ Equeſtri Coloniâ Aedilis; & Duumviri muneribus functum, a noſtris ibi deductum fuiſſe colligerem. Fauſtus enim ex Ouſentinâ Tribu Comenſis ſatis apparet. Fuit hic fortaſſe Plinius Fauſtus Marci illius Filius, cujus elogii fragmentum apud Bilacium agri noſtri vicum ducentum & ſeptuaginta ab hinc annis inventum ſcimus, ubi adhuc extare adnotavimus M. PLIN. OVF.

Quâ ratione Palermus ſe hoc loco expediet, cum Plinios omnes Comenſes, vel adoptionis jure, vel per Servorum manumiſſionem a Plinio Caecilio in familae nomen adſcitos, civili ſaltem jure a Veronenſibus prodiiſſe affirmaverit? vel ſaltem Plinianos noſtros lapides cum multis aliarum civitatum nobis communes fateamur, illo judice, neceſſe ſit? Verùm elogia longè ante Veſpaſiani aetatem Pliniis dicata Comi extitiſſe oſtendimus; ideoque naturalis hiſtoriae ſcriptore ſatis vetuſtiora. Quae verò alienis in urbibus Pliniorum viſuntur memoriae, ubi omnes unitim dinumeres, Comenſibus minimè comparandae; quodque magis eſt, ex iis per mul-

ANNOTATIONES.

tum (*b*) notas C. N. referre: verùm hujuſmodi neque apud recentiſſimum ſcriptorem Eloyum, nec in Scaligeri, & Commelini ſchedis apparent. Quâ demum ratione apud vetuſtiores antiquarios irrepſit C. . . vel C. N.? eâ contigiſſe arbitror (ut alibi innuimus) quòd ſeculi decimiſexti initio ab omnibus ſiglarum OVF. valor ignorabatur. Eraſmus hac de re a Benedicto Jovio interrogatus anno 1525. foveam, ceu ſecurus nihil reddendo, praetervolat. Id vitii in celebratiſſimo Plinii junioris elogio, quod Mediolani in Aede divi Ambroſii viſebatur, olim quoque accidiſſe compertum habeo: ubi cum nitidè legeretur C. PLINIVS L. F. OVF. CAECILIVS, perperam nonnulli invertunt. C. PLINIVS C. F. C. N. quam lectionem a vero deerrantem ſequuntur Panvinius, Gruterus, Palermus, Pagius. Hujuſmodi omnino paria ex legentium imperitiâ, & literarum obſcuritate in Genevenſi momumento accidiſſe quis neget? Fateor quidem in nonnullis antiquorum elogiis Avi quoque, & Proavi, Atavique recordationem inveniri. Id tamen in viris apprime illuſtribus, & perraró receptum animadverto: exempli cauſsâ dum illius colitur memoria, quí vel triumphos reportaſſet, vel nobiliſſima geſſiſſet officia. Contra hic Plinius honeſto quamvis loco natus appareat: adhuc Aedilis, Duumviri, & Flaminis munus in Juliâ Equeſtri peractum non tanti faciendum exiſtimo, ut praeter morem Avi recordationem hoc loco poſcat. Gabriel Simeonus, qui omnium primus monumentum retulit, multa quidem corrumpit, ſiglam tamen N. minimè legit, quae ignoratis OVF. paulullum exeſis, captuique difficilibus ineptè ſucceſſit.

C. PLINIO M. F.
C. FAVSTO AEDIL
III. EQV. FLAM
C. PLINIVS FAV
STVS VIVOS

Diſtorta licèt haec ſatis appareant, tamen in notis III. Glandorpio conveniunt, ubi verſiculorum ordine minimè ſervato legimus *C. Plin.* M. F. M. N. *Fauſto . Aed. Pl.* III. *Vir. Col. Jul. Eq. Flam. C. Plin. Fauſt. Vivos Poni Curavit*. Quamvis ipſiſſimae notae III. apud Simeonum, & Glandorpium occurrant, diverſâ tamen ex cauſâ apud utrumque irrepſerunt. Primus illas ingeſſit ob ignoratas IVL*iae* EQ*ueſtris* ſiglas. Secundus Vrbis nomine recepto Plinium Marci Nepotem, Aedilem Plebis, ac Triumvirum falsò conjecit. Diverſâ quoque ratione legitur apud Laetum, qui Sponium ſequi profitetur, ubi utrumque elogium conflat, & corrumpit: *Annor.* XII. *L. Plinii Fauſti Fil. Sabino C. Plinio* M. F. C. N. *Fauſto Aedilio* II. *Viro Jul. Eq. Flamin. C. Plinius Fauſt. Vivos*. Ex horum igitur oſcitantiâ, vel inani amplificatione omnes dignoſcent, quanto magis magiſque Gudii ſapiens, & ocularis diligentia eluceat.

(1) Sponius a Gregorio Laeto allatus, cum Plinianum Genevenſe elogium explanaret, dicit monumentum hujuſmodi poſitum fuiſſe, ut ſepulchri vicem praeberet Parenti, & Filio ex Pliniâ familiâ, quae Trajano Imperante, & ſucceſſorum temporibus claruit. Haec ultima omnino falſa: fortaſſe Trajani cognomen loco Veſpaſiani excidit.

[a] *Excurſ. literar. pag.* 275. [b] *Hiſtor. Genev.*

multae patriam noſtram attingunt. Materiam ſuppeditat Vignolius, qui poſt Palermi obitum natus, ingentem lapidem prope Averſam effoſſum vulgavit, nunc in Muſeo Vallettano Neapoli ſpectandum.

M. VERRIVS. M. L. ABASCANTVS
M. VERRIO M. F. FAL. CELSO, LEG. III
CYRENIACAE ET M. VERRIO PRIMIGENIO
SOCIO SVO PLINIAE CYCLADI M. PLINIO
FAVSTO M. VERRIO ANTHO. CYCLADIS
CONIVGIBVS. PLINIAE INGENVAE VXOR
VERRIAE HYGIAE IVNIORI LIB. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE SVIS

Hos certè M. Plinium Fauſtum, Plinias Cycladem, & Ingenuam libertinam ſapere originem conjicimus, & quidem ad memoratos M. Plinium OVF... (cujus fragmentum Bilacii), & ad C. Plinium M. F. OVF. Fauſtum patronos ſpectaſſe: cum in Averſano lapide recenſitus praenominibus, & cognomine noſtris conveniat: unde illius genitorem, vel avum, horum Pliniorum Marci, & Fauſti libertum fuiſſe colligerem. Et ſanè libertinam originem ſanguinis cognatio cum M. Abaſcanto, Marci Verrii Celſi liberto, Pliniaeque Ingenuae marito ſatis oſtendit. Marcum verò Plinium Fauſtum, & M. Verrium Antholidem Pliniae Cycladis utrumque maritum (1) ad eandem conditionem refero, Pliniamque Cycladem, & Plinium Fauſtum utrumque libertinis Parentibus originem debere affirmarem; atque in patroni gratiam eodem familiae nomine appellatos, quamvis nullâ inter ſe ſanguinis affinitate jungerentur. Vt Pliniae Gentis nobilitatem ab OVFentinâ Tribu elevatam adnotavimus: ita Verrii Celſi illuſtrem conditionem oſtendit FALerina, in quâ recenſetur. Caeteris verò in elogio nominatis, utpote deterioris ordinis nulla Tribus adſcribitur.

Nunc ad aliqua Pliniorum monumenta properemus, quae a Palermo adferuntur, primumque ex Mazzochio, & Petro Appiano deſumit Romae viſendum in ruinis Templi Elagabali, ſeu Domus Corneliorum (*a*): quas vetuſtiſſimas Aedes ſub Quirinali appellat Catanaeus (*b*).

C. M.
C. PLINII (2)
ABASCANTI (3)
C. PLINIVS
POSPHORVS (4)

Vtrumque Plinii Caecilii libertum fuiſſe, utique oſtendam; mirorque hujuſmodi Palermi, aliorumque diligentiam effugiſſe. Ignoratam igitur rem attingam, & Abaſcantem, & Phoſphorum familiae ſuae inoculatos ex allato elogio cum epiſtolâ ad Trajanum datâ invicem comparatis demonſtrabo. Ait enim Plinius (*c*) *item rogo, indulgeas Jus Quiritium L. Satrio Abaſcanto* (5), *& Publio Caeſio Phoſphoro, & Panchariae Soteridi, quod a te volentibus patronis peto*. Ii igitur qui ſervitute liberati

ANNOTATIONES.

(1) Plinia Cyclas M. Plinium Fauſtum, & ſubinde M. Verrium Antholiden duxerat: niſi dicas eodem tempore duobus viris nupſiſſe: quòd non infrequenter in Ethnicorum elogiis inveniri Antiquarii, & Muratorius etiam animadvertunt: caeterum dubito, quòd in elogio exſcriptoris diligentia deſideretur, praeſertim in verbis LEG. III

(2) Putarem in elogio legi unico I nomen PLINI, uti de more. Catanaeus utroque loco habet C. PLIN.

(3) Catanaeus legit ABASCANTII.

(4) PHOSPHORVS. Catanaeus; atque ita ex graeco fonte, orthographiâ, & Plinii codicibus reſtituendum.

(5) Sic enim apud Plinium legendum ex codice Aldino, atque ex ipsâ appellandi ratione. Nec ſanè apud Graecos eadem in IVS retinenda, uti apud Romanos: praeterquamquod Abaſcantus hoc loco cognominis vicem induit. Recedendum igitur a Catanaei codicibus, ubi irrepſit *Abaſcantio*; & qui vitium in Aldo agnovit ipſe arguendus eſt Paullus Daniel Longolius, noviſſimus Plinii Caecilii epiſtolarum illuſtrator (*d*), qui ut falſam Catanaei opinionem firmaret, ad Statium provocavit.
Ad hujus L. Satrii Abaſcanti filium fortaſſis pertinet memoria, quae apud Ficoronium extat OTTAEDIAE ZMYRNAE CONIVGI &c. C. SATRIVS ABASCANTVS. Verùm tantâ ſive exſcriptoris, ſive Typographi incuriâ exhibetur, ut quid certi ſtatuam prorſus ignorem.

[a] *Palerm. pag. 171.* [b] *In Comment. ad VI. Plinii epiſt. ad Trajan.* [c] *Pag. 286. edit. Aldin. 1518.* [d] *Lib. X. pag. 717.*

Lucius Satrius, & Publius Caesius patronorum praenominibus, nominibusque suâque retentâ appellatione Abascantus, & Phosphorus dicebantur: post Herûm suorum mortem a Plinio in propriam familiam recepti, illius praenomen, nomenque gestarunt vetere (cognominis vice) retentâ nomenclaturâ, quae Graeca videtur. Hac de causâ Andreae. Alciati opinionem minimè sequar, ubi a C. Plinii Caecilii stirpe originem duxisse credit Marcum quendam Caecilium Plinium, cujus memoriam Mediolani in Eoâ Portâ extare asserit, & tali pacto in Ambrosianae Bibliothechecae codice legitur (*a*), uti & in nostro (1).

V. F.
M. CAECILIVS
PLINIVS
SIBI ET
M. CAECILIO
...INNAE
PATRONO B. M.
ET
BE...., SVAE
SVAVIS

Verùm haec Alciati decidit conjectura, cum allatum elogium pleniùs ex secundis illius schedis in hanc formam exhibeat Muratorius (*b*).

V. F.
M. CAECILIVS..
PLINIVS SIBI ET
M. CAECILIO CAECINNAE (2)
PATRONO B. M.
ET CAECILIAE NEMESI
COLLIBERTAE SVAE
ET SVAVI..

Constat igitur hunc Plinium praenomen, nomenque a *Marco Caecilio* Caecinnâ Patrono habuisse: Plinii autem appellationem (ubi corrupta non sit) (3), hoc loco vice cognominis adjectam a Caecinnâ deducere minimè poterat, cum Patronorum cognomina Libertis assumere vetaretur: unde hunc Libertum Plinii nomen antequam in Caeciliam gentem a Caecinnâ reciperetur, gestasse innotescit, uti Nemesis Colliberta quae Caecilii Patroni nomen propriâ adjectâ appellatione ostentabat.

Triplices ultimae a Palermo allatae Pliniorum inscriptiones hujusmodi sunt: Brixiana (4) in Divi Augustini ex Grutero.

D. M.
PLINIAE HERMIONI
HELVIA ATILIANA
MATRI KRISS. (5)

Apud Scodram in Aede Sanctorum Sergii, & Bacchi circa ripas Buenae Marino Becichemo auctore.

C. (6) SALVIA P. PLINIO F.
INFELIX MATER
SALVE AETERNVM F. MI
VIXIT ANN. XX. MEN. IX
DIES XVI.

Eodem auctore Dyrrachii.

DIS MANIB. SACRVM
Ͻ. PLINIA L. FLAMI.
V K
VALAE MI V VALE

Sed quorsum ista a Palermo adeò buccinata? Neque enim Pliniorum memorias unicè Comi inveniendas protulimus. Sed nobiliores nostris in finibus (unde gentis splendor apparet) nonnullas etiam alibi extare affirmamus: apud Montes ferratentes in Ecclesiâ *Paroeciali* vici Clausi occurrit (*c*).

M. ASONIO SP. F. CEPHALONI
SEX. VIR (7)
ASONIAE PHILEMATIONI SOR.
PLINIAE T. F. MARTAE
ASONIAE CALLIOPE SOR.
ASONIAE EVCHARI SORO.
CHYLO MVRRANVS L. D. S.

De

ANNOTATIONES.

(1) Numero LXX. pag. 149.
(2) Meliùs in aliis elogiis, & probatis codicibus Caecinae cognomen unico N. redditur.
(3) Fortasse cognomen adest *Primus*, vel *Priscus*, vel *Pinus*.
(4) *Brixiensis* a Palermo appellatur, quem loquendi morem plures Neotericorum sequuntur. Verùm antiqua elogia Brixianum, non *Brixiensem* ubique legunt, ut Muratorius ad rem eleganter adnotavit.
(5) KRISS. loco KARISS. Palermus perperam. Vide Gruterum pag. DCCXXVI. 12.
(6) Praenomen feminis minimè attributum superius allata, atque infra proferenda ostendunt. Praeterquamquod inverso ordine scribendum erat Ͻ. uti in sequenti.
(7) Ad ea, quae de maximâ inter Seviros Equitum Romanorum, & Sextumviros differentiâ alias adnotavimus (*d*): addi

[a] *Pag. 60.* [b] *Pag. MDXXIV. 5.* [c] *Nov. thes. Murat. pag. DCCXXVI 7.* [d] *In Corollar. Parm. edit. an. 1757. pag. 54.*

De hoc elogio id utique dicere poſſemus: Aſonios quidem Monferratenſes, Pliniam verò Martam non certiſſimè ad illos referendam: aliqua ſanè ad quartum verſiculum complendum deeſſe videntur, exempli cauſſâ, VXORI: nam quâ ratione media tot inter ſorores Plinia T. filia hoc loco recenſeretur? Suſpicabatur aliquis Pliniam Martam Clauſi degentem Pliniae Maimae Clauſoni inveniendam, ſororem, vel agnatam extitiſſe, quod neque approbo, neque rejicio: hujuſmodi ſiquidem monumentum, ubi ritè deſcriptum ſit, longè Plinii Caecilii aevo poſterius indicant Chylonis Murrani appellationes, quae priſcis Romanorum placitis adverſantur (1).

Meliori ſanè jure Pliniam Hermionem (cum Plinio Hermete patre genita videatur, atque Hermetem Plinii Caecilii libertum agnoſcamus) Comenſibus aliquo jure ſpectaſſe dicendum erit. Liberti ſiquidem Patronorum nomina gerebant, idque Hermeti potiori jure quàm Abaſcanto, & Phoſphoro profectò accidit, cum illo Plinius Procutatore ad ampliſſima peragenda negocia uteretur (*a*). Monumenta demum quae Becichemus (2) Graecus homo in terrâ ſuâ ſubjecit, ſuppoſititia eſſe vel Tyrones dignoſcent; quamvis enim Falſarius veterem ſcripturam imitari ſtuduerit: ad aliqua tamen minimè advertit (3), unde illius inſcitia ſtatim apparet. Neque enim Romanae feminae praenomine diſtinguebantur, vel ſaltem id moris circa Plinii tempora, imò ſuperioribus, & ſequentibus ſeculis aboleverat (4).

Vtrum-

ANNOTATIONES.

addi poteſt, quòd ubi etiam *Sextumvir* non per numerales notas VI. VIR. ſed elementis, uti hoc loco SEX VIR, ſcribatur: adhuc diſtinguitur tenue hujuſmodi officium a Seviris Equitum Romanorum, quorum nullum invenies SEXVIRum, ſed SEVIRum unicè appellari.

(1) Chylo nullâ ratione praenomen eſſe poteſt, cum pro cognomine tantùm uſurpetur (*b*). Quinam igitur fuit hic Chylo Murranus, ubi nullum praenomen, familiaeque nomen, ſed duplicia tantùm cognomina inveniuntur? Inverſis profectò Romanorum appellationibus utebatur, ferreiſque ſeculis, & eloquio jam a nativâ ſede deturbato: niſi potiùs haud levia apud Amanuenſem ſphalmata cubare ſuſpicemur. Conjicerem tunc non CHYLO, ſed OLO legendum (quod praenomen eſſe licèt a Paullo Manutio ignoratum (*c*) libro VIII. oſtendemus). Tunc Olonem Murranum ad Aſonios pertinuiſſe colligeretur, quamvis gentilicium nomen praetermittatur; hoc enim per ſe conſtat, eo quia triplices ſibi adfuiſſe Aſonias ſorores teſtatur. Hac methodo uſus eſt ATILIVS MACRINVS SECVNDVS cum MACRINO PRIMO FRAT. litaret (*d*).

(2) Patriâ linguâ *Becich* quod ipſis ſonat *Beciee*. Vide quae diximus lib. I. pag. 13.

(3) Vtrumque elogium ſibi admodum cohaeret, atque ab eodem calamo proficiſcitur. Manca inſuper apparent; nam ex eo ipſo, quòd in longinquis a patriâ regionibus ponebantur: aliqua erant adjicienda, exempli cauſſâ, de officiis, ſeu militiâ, quibus P. Plinius, & L. Flaminius diſtinerentur.

(4) Romanorum feminas praenominibus fuiſſe diſtinctas nonnulli affirmarunt. Hujus opinionis fuit Paullus Manutius; oppoſitum tamen oſtendit Joſeph Caſtalio ſingulari opere adverſus feminarum praenominum aſſertores. Quae enim de Cajâ Caeciliâ Tarquinii Priſci uxore narrantur, ut inde feminae omnes noviter nuptae ſe Cajas eſſe reſponderent, & Cajam commune omnium feminarum praenomen fuiſſe ſcribunt (*e*): eâ ratione intelligendum, ne aliam omnino rem denotarent, quàm Cajae praenomen feminas geſtaſſe. Id incluctabili teſtimonio oſtendit laudatus Caſtalio ex Hortorum Carpenſium monumento, quod eſt hujuſmodi (*f*).

L. VALERIVS L. L.	L. VALERIVS L. Ɔ. L.
ALEXANDER SIBI ET S.	SELEVCVS.SIBI.ET.SVIS
VALERIA L. L. ATTICE	VALERIA L. Ɔ. L. ARTEMIS
L. VALERIVS L. L. LIMENE	L. VALERIVS L. Ɔ. L. HYLVS
VALERIA L. L. IRENE	L. VALERIVS L. Ɔ. L. PHILEROS
L. VALERIVS L. L. FAVSTVS	L. VALERIVS L. Ɔ L. DIOGENES
VALERIA L. L. VRBANA	VALERIA L. Ɔ. L. MARTA
VALERIA L. L. ATTICE	L. VALERIVS VRBANVS
L. VALERIVS L. L. IANVARIVS	VALERIA ARESCVSA

Collibertos, addit Caſtalio, *collibertaſque fere, non fratres, & ſorores dixerim, qui enim fieri poteſt, ut ſexdecim uno tempore fratres, ſororeſque adoleverint, monumentumque communi nomine, ac ſumptu extruxerint? Quid autem hoc luculentius, quid apertius ad feminorum praenomina diſturbanda teſtimonium? Viris quippe Lucii praenomen praepoſitum, feminis verò nullum videmus exceptâ inverſa illa ſecundae mutae nota, qua ad feminarum libertos compendio ſignificandos utebantur, hoc modo, Ɔ. L. ideſt Cajae libertus, & ſic L. Ɔ. ideſt Lucii, & Cajae libertus pro Lucii & Luciae, quod tamen feminini generis praenomen non adhibebant, ſed pro eo Cajam reponebant, atque in ejus locum ſubrogabant. Nam Cajae praenomen feminis omnibus tribuebatur, cum eſſet mulieris libertus oſtendendus, ne cognominis productiore vocabulo uti cogerentur.*

Huc uſque Caſtalio, cui ad excludendam tot tantarumque fraternitatem, addi poteſt: duas eodem cognomine libertas, nempe Valerias Attices occurrere, quòd minimè accidiſſet, ubi appellationes a Parentibus accepiſſent. Secundò perpetuum in Libertis Luci praenomen oſtendere, communem illorum Patronum fuiſſe L. Valerium. Graecâ igitur fide Becichemus Cajae Salviae, & Cajae Pliniae monumenta fabricavit, vel ipſi parum in Romanorum appellationibus docto ſciolus impoſuit, cum nuſquam in antiquis elogiis, quae parentibus, viris, fratribus, ſororibus, filiis feminae dicarunt; ipſae praenominibus diſtinguntur. Ad haec ſanè Palermus minimè reſpexit, qui noſſe utique debuerat Cajae Caeciliae Tarquinii Priſci uxoris praenomen non tanti fuiſſe, ut Romanae Reipublicae temporibus feminae praenominibus vocarentur. Vrbis initio familiarum itidem coeperunt exordia, multaequae appellationes a praenomi-

[a] *Vid. lib. VII. 11.* [b] *Vid. annot. ad L. Cilonis elog. ſub initio vitae Plin. Caecil.* [c] *In voce praenomen.* [d] *Conſule lib. II. diſquiſition. & Appian. pag. 33.* [e] *Vid. Sig. de nom. Rom. Graev. tom. II. col. 1961.* [f] *Allat. tom. col. 1053.*

Vtcumque tamen ſe res haberet, atque hujuſmodi elogia per improtectum argumentum genuina eſſent: cum latinis literis in Graeco ſolo exarata ſint, ad latinos Plinios pertinere conſtabit, neque inde deducetur, cui nam Vrbi ſint adſcribendi. Contra C. Plinius Calvos Sextumvir Comi, ibique tot Plinii gentiles, Plinius Philocalus Comenſium Fabrorum Collegio addictus, P. Plinius Plinianus, C. Plinius Valerianus Medicus Comenſis, M. Plinius ex OVFentinâ Comenſium Tribu, & C. Plinius Fauſtus Marci Filius eidem Tribui annumerandus, C. Plinius, & P. Plinius Burri Vota Genio Aſci ſolventes, Plinia L. Liberta, & Plinii Phileti mater, C. Plinius Secundus Medicus Novocomenſis, & reliqua ſatis ſuperque oſtendunt, non aliunde quàm Comi Plinianae familiae originem petendam: unde hac etiam de cauſsâ Comenſibus potiùs, ubi tot Plinii, quàm Veronenſibus ubi nulli, naturalis hiſtoriae ſcriptorem annumerabimus.

ANNOTATIONES.

nominibus in nomina, & cognomina abierunt. A nomine certa Gentis origo in feminis dignoſcebatur, quod commune cum fratribus gerebant; idque ex antiquorum hiſtoriis, Auguſtarum elogiis, & numiſmatibus uſque ad ſatietatem oſtenditur. Inter ſpuria igitur omnino rejicienda erunt elogia, quae feminis praenomina attribuunt; atque in genuinis ipſis, ubi Ɔ. L. apparet, attentè inſpiciendum, an Cajae Liberta, vel potiùs ex Siglis Con-Liberta legendum ſit, uti ego in allato Carpenſium Hortorum monumento omnino intelligendum ſtatuerem.

Adnotavi in nonnullis Valerii Maximi codicibus legi *Caia Affrania Lucinii Brutonis uxor* (*a*), quae res utique Manutii ſententiam videretur probare; attamen mendum in iis vocibus cubare oſtendit titulus *de Calphurnia* (ſic) *uxore Licinii Brutonis*, atque infra *C. Affraniae nomen objicitur*. Quare modò Calphurnia, modò C. Affrania, poſtmodum utroquo vocabulo appellatur. Excriptoris ignorantia igitur Calphurnia, vel ſimile nomen in Cajam, & Affraniam bipartivit. Quamvis & rectiùs *Calpurnia*, quàm *Calphurnia* ſcribatur. Haud ignoro Sigonium, & parentum aetate Johannem Georgium Graevium (*b*) eruditâ diſſertatione, & quamplurimis adductis Romanorum inſcriptionibus femininorum praenominum cauſſam ſuſcepiſſe. Verùm non animadvertit pleraque ex iis inclinatae latinitatis temporibus aſſignanda, permulta gentiliciis nominibus notam P. antepouere, quae etiam *poſuit* quandoque valet indigitare. M. Munatiae dicatum monumentum cui nam perſuadere poterit *Marcae* Munatiae ſignificare? cur Marci Tullii Ciceronis filia nuſquam *Marca* Tullia appellatur? ego illud elogium tali pacto reddendum conjicerem.

Memoriae MVNATIAE
AMOTILLINI
Filiae
SORORI CARISSIMAE
MVNATIVS PROCVLVS
COH. IIII. VIG
FRATER

Vbi enim ſigla M. praenomen ſignificaret, illud potiùs fratri, quàm ſorori adaptarem, & legerem *Marcus* Munatiae &c. Quâ enim ratione inſolito *Marcae* praenomine gaudere ſoror, nulloque frater recenſeri debuit? *Metalepſis* hujuſmodi quandoque occurrit, & monumentum ſequioribus ſeculis demandandum ſuadet. Adde quòd nullum elogium Graevius primariae feminae dicatum oſtendit, niſi illud

CNAEAE. SEIAE
HERENNIAE
SALLVSTIAE. BARBIAE
ORBIANAE. AVG.
CONIVGI. D. N.
AVG. VALENTINI
VETERANI
ET
VETERES

Hujuſmodi extra diſputationem poſita nemo non videt, cum IV Chriſtianae aerae ſeculo reſpondeant. Ante etiam id temporis Romani a priſcâ appellationum methodo deſciverant. Haec inſcriptio paullulum diverſa affertur in Gruteri theſauro (*c*), atque a Spanhemio (*d*). Memini & Gneae Corneliae Superae (quae uxor fuit Valeriani junioris) argenteum nummum vidiſſe, Vaillantio notum (*e*), qui tamen nullâ ratione oſtendet C. Caeſaris, M. Tullii, & C. Plinii temporibus feminas praenominibus appellari, tum magis ubi ad Senatorium, & Equeſtrem ordinem ſpectarent.

[a] *Libr. VIII. 3. Vid. edition. Ven. 1493. fol. CLVIII.* [b] *Praefat. ad. tom. II. theſaur. antiquit. Romanar.*
[c] *Pag. 274. 2.* [d] *De praeſtant. numiſmat. Diſſert. VII.* [e] *Tom. II. pag. 384.*

FINIS. LIBRI. TERTII

DISQVISITIONVM PLINIANARVM

LIBER QVARTVS

TABVLAE PLINIANAE

SECTIO. PRIMA

PLiniae gentis origine investigatâ, omnibusque pensitatis elogiis, quae ad illam spectare possent: aditus per se patet, ut tempora, quibus Magnus, & Sequens Plinius floruerunt, unico exhibeam conspectu. Quanti autem laboris hoc in volumine susceperim iis omnibus constabit, qui molestam Chronicorum discordiam minimè ignorant. Vetus enim illud adagium *quot capita, tot sententiae* nemini magis adaptabitur, quàm scriptoribus, cum Mundi, Vrbis Conditae, & CHRISTI natalis annos statuere, atque invicem comparare voluerunt (1). Recentiores, qui nostrâ, & parentum aetate vixerunt, priorum lapsus emendasse arbitrantur, cum biennium ab illorum supputatione dementes SERVATORIS ortum ad annum Vrbis Conditae IↃCCLII. retulerunt (2); quâ in re, ni fallor, integro adhuc anno a veritatis tramite aberrant. Horum omnium hallucinationem Muratorius subodoravit: verùm & ipse alibi nimiò festinans apparet, cum Imperatorum principatus in annos digerens, eos Christianae Aerae, & Pontificiae subjecit. Invenio (exempli caussâ) IV. Imperantis Caj Caesaris *Caligulae* (3) annum tertio ejus consulatui respondentem (*a*): ac postea iterum insequenti anno (cum illius mortem referre cogeretur non. Kal. Februarii; & IV. Consulem processisse constaret) nihil de imperii annis addidisse; nec immeritò; nam tum Cajus IV. Imperii annum excessisset, quando patet regnasse triennio decem mensibus & diebus octo. Hac de caussâ, cum imperantium Caesarum anni nusquam a Kal. Januarii incipiant; ne lector incertus de illorum Regno evadat: Octaviano Aug. moriente I. Tiberii annus incipiens anno CHRISTI. XIV., insequenti completur; unde Christi XV. anno Tiberii I. finitur, II. incipit; ideoque Arabicae notae 1. 2., & itâ 2. 3., 3. 4., &c. ubique apponuntur, ut singula suis locis reddantur. An haec ab aliis chronicis scriptoribus peracta sint, prorsus ignoro, quae tamen optima esse nemo inficiabitur.

Apud laudatum Muratorium comperio Neronis mortem XV. ejus imperii anno alligatam (*b*): hujusmodi ex indicatâ superius numerandi ratione profluunt; et in sup-

ANNOTATIONES.

(1) Prima & maxima inde oritur difficultas, quòd annus Christianus Kalendis Januarii incipiat; atque anni Vrbis Conditae X. Kalendis Maji numerentur. Recentiores nonnulli hujusmodi minimè praecaverunt.

(2) Hac de re, alio in opere agemus.

(3) De *Caligulae* cognomine, quod Cajus rerum potitus repudiavit, agemus libro sequenti.

[a] *Annal. tom. I. pag. 132.* [b] *Vid. tom. I. an. Ch. 78. pag. 247. & seq.*

ſupputatione noſtrâ minimè contingent, cum imperii uterque annus deſinens, & incipiens unico Chriſtianae Aerae reſpondeat; & ita Neronem neque XIV. imperii annum impleſſe conſtabit. Hujuſmodi doctiſſimo Muratorio, amico olim noſtro, nequaquam vitio vertenda ſunt, nam certè Caj Principis, & Neronis Imperia ſuis aſſignantur temporibus, quamvis nec Cajus IV. Imperii, neque Nero XIV. exceſſerit: ſed ex eo manant, quòd I. utriuſque annus incipit a primâ Regni die; fierique poteſt, ut aliquis Imperator tribus annis regnaſſe dicatur, cum verè unicum, menſeſque aliquos impleverit: exempli gratiâ qui anno Chriſti I. Kalendis Decembris Princeps dictus eſſet, & Kalendis Februar. anni Chriſti III. periiſſet.

Caeterum Muratorio ea laus tribuenda, quòd Annariorum ſcriptorum lapſus, ubi Conſulares & V. Conditae annos Chriſti natalitio jungunt, omnium primus indigitaverit (*a*); atque ubi eximio naturalis hiſtoriae teſtimonio adhaeſiſſet, quae primoribus tantùm labiis deguſtat, ex integro in rebus ad Romanorum hiſtoriam ſpectantibus probaſſet. Cui enim Conſulares annos, Vrbiſque Conditae enumeranti fides magis, quàm Plinio habenda; & praeſertim cum de iis loquitur, quos vel citatis annis recenſet, vel ſubſequentibus vidit, & quandoque ſe vidiſſe teſtatur? Plura inde hauſimus lumina, quae ſuis locis redduntur, atque inpraeſens ſufficiat adnotaſſe, illum Aſinii Pollionis, atque Antiſtii Veteris conſulatum anno V. Conditae IƆCCLXXV. (*b*) adſcripſiſſe. Ab hoc igitur (quo Plinius etiam natus eſt) recedentes, ut tempora VIRGINEI PARTVS inveniamus, Vrbis Conditae annus IƆCCLIII. primo CHRISTI regerminabit (2). Omni igitur jure meliorem hujus voluminis partem Tabulas Plinianas appellabimus, cum non unicè utriuſque Plinii geſta per *ſynopſin* contracta ſuis reddantur temporibus: ſed ipſa temporum ratio Magno Plinio auxiliante conſtiterit. Operam igitur jam videbar navaſſe, ubi aliqua ante Plinii natalem diem praeguſtaſſem. Primò, quia XXIII. annorum ſpatio a naturalis hiſtoriae ſcriptoris ortu recedentes, in tempora incidimus, quibus naturae AVCTOR humanam carnem veſtivit. Secundò, ut Chriſtiani annales ad genuinam ſupputationem deducti, veriùs Imperatoriae, & Eccleſiaſticae hiſtoriae omnibus; mihique in enarrandis utriuſque Plinii vitis nitidiùs conferantur. Horum ordo ex initiis deſumptus tanquam in ſpeculo perſpicuus eluceſcet. Tabulas demum a I. CHRISTI anno ad viceſimum ſupra centeſimum protraxi, quo Catilius Severus Plinii Caecilii amicus Conſul proceſſit. Noſtri enim cum vera mortis tempora ignoremus, tabulas eo loco voluimus conquieſcere, quo illius amico, & ſuppari Romani faſces praecedebant. Haec ultima cum libro XVIII. magis proficua evadant, ante Plinii Caecilii vitam pleniſſimè retractabimus. Interim ea in Plinianis tabulis exhibuiſſe confidimus, quae nemo antea congeſſerit. In ſanandis Conſulum appellationibus magno nobis uſui fuerunt Faſtorum illuſtratores: ſed prae caeteris tanquam Phoſphori illuxerunt Noriſius, & Muratorius. Ab horum placitis, ubi diſcedam, ſemper ſalvâ tantorum virorum dignitate id factum lector intelligat.

ANNOTATIONES.

(1) De hujus cognomine (quod C. Caeſar Germanici filius repudiavit) agemus libro ſequenti.
(2) Noſtra ſupputatio omnino convenit Faſtis Conſularibus, quos ſequitur Lengletus Vid. tom. I. pag. 258., & Floreſius tom. IV. Hiſpan. ſacr. pag. 516.

[a] *Nov. theat. inſcript.* [b] *Lib. XXXI. 2.*

TABVLAE PLINIANAE

Anni Jesu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Imperator. Romanor.	C. Jul. Caes. Octav. Aug.	Anni Vrbis Condit.	Consules
1	3	28. 29	IVLIVS CAESAR OCTAVIANVS AVGVST. Legitimi Imperii initium a VII Consulatu desumimus.	753	C. Julius Caesar M. Agrippae, & Juliae F. } L. (1) Aemilius Paullus
2	4	29. 30		754	P. Vinicius (2) } P. Alfenius Varus (3)
3	5	30. 31		755	L. Aelius Lamia } M. Servilius (4)
4	6	31. 32		756	Sex. Aelius Catus } * C. Sentius Saturninus
5	7	32. 33	Cornelius natus erat Pompejâ Magni filiâ: perperam in fastis Idatianis Magnus Pompejus dicitur.	757	Cn. Cornelius Cinna Magnus } L. Valerius Messalla Volesus (5)
6	8	33. 34		758	M. Aemilius Lepidus } quibus suffecti L. Arruntius } Kal. Julii C. Attejus Capito } (6) C. Vibius Postumus } (7)
7	9	34. 35		759	A. Licinius Nerva Silianus } qui- Q. Caecilius Metellus Creticus Silanus (8) } bus P. Cornelius Lentulus Scipio } suffecti T. Quinctius Crispinus Valerianus } Kal Jul.
8	10	35. 36		760	M. Furius Camillus } quibus suffecti Sex. Nonius ** Quintilianus } Kal. Julii L. Apronius } A. Vibius Habitus
9	11	36. 37		761	C. Poppaeus (9) Sabinus } quibus suffecti Q. Sulpicius Camerinus (10) } Kal. Julii M. Papius Mutilus } Q. Poppaeus Secundus (11)
10	12	37. 38		762	P. Cornelius Dolabella } Kal. Jul. suffect. C. Junius Silanus } (12) Ser. Cornelius Lentulus Maluginensis
11	13	38. 39		763	M' (13) Aemilius Lepidus } quo abdicante L. Cassius Longinus } suffectus T. Statilius Taurus (14)

(1) Creverius, Lengletus rectè Aemilio Paullo Lucii praenomen attribuunt: Muratorio in Italorum annalium initio (*a*) vocatur Marci praenomine, sed calami, vel typographi errore manifesto, cum infra Lucius appelletur (*b*). Ephemeridis Romanae auctor adeò Joseph Catalano celebratus (*c*), nescio cur haec minimè adnotaverit, imò ex Muratorio legat Marcum Aemilium Lepidum (*d*) hoc anno consulem.

(2) P. Vinicius juxta Creverium, & Muratorium: malè apud Paginm *Vicinius*, & Stampam *Vinucius*.
(3) Alfinius, seu Afranius Lengleto: secundum minùs rectè. Alfenus Pagio; meliùs Romanorum gentiliciis appellationibus respondet *Alfenius*, atque *Alfinius*, cum in IVS desinant, quamvis & *Alfenus* (in modicis tamen hominibus, & ferè Libertinis) invenerim. *Nepotis* cognomen Vinicio a tot tantisque assutum effluxit a non benè pensitatis Panvinii, & Pighii Fastis. Vbi P. *Vinucius* M. F. P. F. *Nepos*.

(4) Servilii cognomen reticetur in Muratorii annalibus. Ad hunc spectant quae Plinius scribit libro XXIV. *scio Democratem medicum in valetudine Considiae M. Servilii consularis filiae, omnem curationem austeram recusantis, diu efficaciter usum lacte Caprarum, quas lentisco pascebat*: fortasse Servilius, certè Considia (cui Serviliae Considiae appellationes fuisse dicendum) & Servilius Democrates medicus Plinio notissimi evaserunt. Servilio alteras jungendas appellationes utique credo. Quae sint ignoro. Lengleto, multisque dicitur M. Servilius Geminus.

* Anonymus Fastorum Consularium auctor a Norisio illustratus *Catuli* cognomen primo Consuli attribuit, hac in re minimè sequendus, uti nec in proximo anno Consule, cui *Volusi* cognomentum fuisse innuit, quamvis id meliùs sustineri possit, ut statim apparebit.

(5) Ita cum Fabretto nominandus potiùs quàm *Volusus*; nam praeter elogium Gruterianum, ubi irrepsit VOLSEO loco VOLESO (*e*) a Muratorio adnotatum (*f*): alterum affert idem Gruterus apud Fulvium Vrsinum CN. CINNA MAGNO L. VOLESO. COS. (*g*) Haec potiora videri possunt nummo ab allato Vrsino, & Carolo Patino publici juris facto (*h*), ubi VOLVSVS VALER. MESSAL. III. VIR. A. A. A. F. F. Nam praeterquam dubitari potest, an de nostro sermo habeatur, inverso ordine recensetur, cum ultimum cognomen praenominis locum sortiatur.

(6) Dubitat Muratorius, utrum Attejus, & Vibius suffecti fuerint Aemilio, ac Arruntio, eo quia mancum sit elogium, unde eorum nomina deducta fuere. Duplices habemus inscriptiones apud Gruterum: in secundâ olim legebantur Augusti nomen & dignitates, unde tempora huic anno accommodata emergunt. Haesitationem omnem aufert Pomponius J. C. (*i*). In Pighianis „ C. Atejus Capito. C. Vibius Capito „ secundum Capitonis cognomen loco Postumi irrepsit.
(7) Ita scribitur Vibii cognomen in utroque Gruteri elogio pag. DCCCXVII. 9. & MLXXXII. 2.

(8) De Siliani cognomine non absque ratione dubitat Muratorius (*k*).

** Nonnius apud Lengletum. Rectiùs scribitur Nonius, ut docent elogia Vid. Gruter. pag. CCXCV. ubi QVINTILIANVS. Apronium, & Vibium Consules quidem suffectos dicit Muratorius: quibus autem suffecti fuerint, non recensuit in thesauro antiquitatum, sed postea in annalibus retulit. Apparent in Pighianis.

(9) Apud Muratorium in annalibus Pompejus, sed typographi vitio (*l*).
(10) Creverius, & Lengletus Sulpicio Quinti praenomen attribuunt ritè; alii malè Lucium appellant.
(11) Lengleto Q. Poppaeus Secundus. In memoratis apud Gruterum fragmentis Q. POPPAEVS Q. F. Q. N. SECVND. quod Secundum, & Secundinum potest referre. Muratorius Lengleto potiùs accedit. Conveniunt iis Fasti Pighiani.

(12) In fastis Idatianis calami excursu *Sabinus* loco *Silani* recensetur.

(13) Aliis Marcus, aliis Numius praenomine: vide Muratorium (*m*), qui Lepido suffectum dicit K. Julii L. Cassium Longinum. Vide & Fastos Pighianos.
(14) Creverius Statilii praenomen Cajum: Lengletus, & Muratorius Titum: alii Lucium. Fasti Pighiani nobis subscribunt.

[a] *Tom. I. pag. 1.* [b] *Pag. 6.* [c] *Praef. ad I. tom. Murator. pag. XVI.* [d] *Allat. praefat. pag. XXI.*
[e] *Pag. MLXXXIII. 8.* [f] *Annal. I. pag. 16.* [g] *Pag. DCCCLXXXIII. 15.* [h] *Vid. Patin. famil. Roman. & Murat. cit. annal. tom. I.* [i] *Lib. I. Dig. tit. 2. Orig. juris §. 24.* [k] *Annal. tom. I. pag. 13.* [l] *Pag. 16.* [m] *Pag. 34.*

Anni Jesu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Impp. Romanorum Octavian. Aug. Tiber. Caes.	Anni Vrbis Con.	Consules
12	14	39. 40	764	Ti. Germanicus Caesar (1) C. Fontejus Capito, cui suffectus Kal. Jul. C. Visellius (2) Varro
13	15	40. 41	765	C. Silius (3) L. Munatius Plancus
14.	16	41. Augustus moritur Nolae aetatis anno LXXXVI. demptis trigintaquinque diebus : obiit die secundâ mensis Augusti, regnavitque annos XL. menses VII. dies XIII. TIBERIVS. CAESAR AVGVSTVS an. 1.	766	Sex. Pompejus (4) Sex. Apulejus
15	17	1. 2 TIBERIVS CAESAR AVGVSTVS	767	Nero Claudius Drusus Caesar. Tib. F. A. N. C. Norbanus Flaccus
16	18	2. 3	768	T. (5) Statilius Sisenna Taurus L. Scribonius Libo, cui suffectus P. Pomponius Graecinus
17	19	3. 4	769	C. Caecilius (6) Rufus L. Pomponius (7) Flaccus
18	20	4. 5	770	Cl. Tiberius Nero Aug. III. (8) cui abdicanti suf- L. Sejus Tubero (fectus T. Germanicus Caesar. II. cui suffectus C. (9) Rubellius Blandus
19	21	5. 6	771	M. Junius Silanus (10) L. Norbanus Flaccus Balbus
20	22	6. 7	772	M. Valerius Messalla M. Aurelius Cotta
21	23	7. 8	773	Cl. Tiberius Aug. IV. Drusus Caesar. II.
22	24	8. 9 (1) Decimi praenomen Haterio fuisse asserunt Fasti Pighiani; quodque magis est Tacitus, ubi etiam Sulpicius illi praeponitur (*a*). *C. Sulpicius, D. Haterius Consules sequuntur*. Muratorius *Quinti* praenomen Haterio tribuit (*b*). (2) Anonymus a Norisio illustratus *Galbae* cognomen in *Gallum* perperam invertit (*c*).	774	D. (1) Haterius Agrippa } quibus C. Sulpicius Galba (2) } suffecti M. Coccejus Nerva C. Vibius Rufinus

[a] *Annal. lib. III. pag. 65.* [b] *Annal. pag. 66.* [c] *Fasti consular. Anonym. anno V. Con. 775. col. 349. tom. XI. Graevii.*

(1) A Muratorio appellatur *Tiberius Julius Germanicus Caesar* (a): non memini *Julii* nomen Germanico tributum in antiquorum elogiis, ac nummis inveniri. In Fastis Pighianis *Germanicus Caesar Ti. F. Augusti N.*
(2) Visellium lege non Vitellium, uti apud Lengletum.

(3) Anonymo *Silanus* loco *Silii*. Plerisque eodem superiorum errore *Nepos* cognomine, cum fuerit *Cajus Silius Publii Filius Publii Nepos* (b).

(4) In Fastis Idatianis (qui Christianum, neque satis in Romanis appellationibus doctum auctorem agnoscunt) Sexto Pompejo *Magni* cognomen additur: iis obstat antiquorum silentium: plerique enim (sed non omnes) cognomine distinguebantur. Exemplo esse potest Sextus Apulejus Sexti Pompeii Collega.

(5) Statilio Titi praenomen fuisse constat: Muratorius illud omittit in Thesauro: addidit ex Fabretto in Annalibus. Legitur in Fastis Pighianis.
Pomponii Graecini praenomen ignorabatur, cum perperam in Pighianis, aliisque irrepsisset IVL. POMPONIVS. Ex Fabretto restituit Muratorius (c).

His Consulibus Germanicus Caesar de Cheruscis, Chattis, & Angrivariis triumphavit Tacit. lib. II. Annal.
(6) Notat Muratorius (d) in editis Taciti Annalibus Caecilium falsò Caelium vocari. In Plantiniano exemplari Lipsii commentariis ornato legimus C. *Caecilio*, & *L. Pomponio Flacco* (e).
(7) Pomponio Flacco apud Muratorium calami, vel typographi lapsu additur *Graecini* cognomen, mihi undique ignoratum (f).

(8) II. Lengleto qui omnibus III. Consul apparet.
(9) Rubellio Caj praenomen fuisse erui videtur ex lapide nov. Thesaur. Murator. (g): dubitat tamen alibi an hujus Consulatus in praesentem annum inciderit (h). Hujus suffecti Consulis notitia deest in Pighianis.

(10) Meminit Plinius lib. II. *In nostro aevo M. Junio Silano & L. Balbo Coss.* Anonymo Silanus, uti & Harduino. Norbano Caj praenomen tribuitur apud Tacitum ex Varienti, & Canini recognit. Ann. lib. II. pa. 42: apud alios L. Norbanus Balbus Flaccus (i). Lucii praenomen in melioribus Taciti Codd. apparet.

A Tacito C. Sulpicius Consulum primus nominatur ann. lib. III.

[a] *Annal. tom. I. ann. Chr. XII. pag.* 36. [b] *Vid. Pighium Fast. magistrat. Roman. tol.* 213. [c] *Annal. pag.* 51.
[d] *Pag.* 53. [e] *Annal. II. pag.* 27. [f] *Annal. pag.* 53. [g] *Pag.* 302.
[h] *Annal. pag.* 56. [i] *Fast. Pighian.*

Anni Jesu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Impp. Romanorum Cl. Tiber. Caesar. Augustus.	Anni Vrbis Con.	Consules
23	25	9. 10 (1) Antistio Lucii praenomen substituendum visum olim fuit Murat.(a) reque ipsâ in annal. praeposuit. Verùm non tantùm Fastorum, sed Plinii, & Taciti obstant auctoritates, quae longè majores allato per Muratorium elogio: ubi cum Q. Junius Blaesus L. Antistio Veteri praeponatur, potiùs eorum tempora alibi quaerenda. Fortasse Blaesus Romulo Gallicano suffectus annno V. C. IƆCCCCCII.	775	C. Asinius Pollio } C. (1) Antistius Vetus }
24	26	10. 11 (2) Lengleto perperam *Vitellius*.	776	Ser. Cornelius Cethegus L. Visellius (2) Varro
25	27	11. 12 (3) Tacitus IV. annalium *Cornelio Cosso, Asinio Agrippâ Coss.* (4) Lengletus, aliique addunt Lentulo secundum *Isaurici* cognomen.	777	M. Asinius Agrippa (3) Cossus Cornelius Lentulus (4)
26	28	12. 13 (5) Sabini cognomen omittit Muratorius (b), quod invenio apud Anonymum (c), in Fastis Idatianis (d), & Pighianis. Nonnulli & Lentulo Cornelii nomen adimunt, sed perperam cum sit gentilicium.	778	C. Calvisius Sabinus (5) } quibus Cn. Cornelius Lentulus Getulicus } suffecti Q. Marcius Barea } T. Rustius Nummius Gallus }
27	29	13. 14 (7) Huic Consuli vindicavi elogium Velejatium, quòd perperam ad Calpurnium Pisonem, Trajano imperante Consulem adptarunt Muratorius, & Maffejus L. CALPVRNIO L. F. PISONI PONTIF. COS.	779	M. Licinius Crassus Frugi L. Calpurnius Piso (7)
28	30	14. 15 (8) Nonnullis minùs rectè *Sillanus*.	780	Ap. Junius Silanus (8) P. Silius Nerva
29	31	15. 16 (9) *Caj* praenomen Rubellio tribuunt Alamus, Caninus (e), & Lipsius in Tacit. (f); iis adpulantur Creverius, & Lengletus. Emendandi sunt ex Comitis Octavii Archinti collectaneis, uti ante nos adnotavit Norisius (g): legitur enim in Tutilii elogio C. FVFIO. GEMINO. L. RV... GEMINO. COSS.	781	L. (9) Rubellius Geminus } quibus suffecti C. Fufius Geminus } Kal. Julii A. Plautius * } L. Nonius Aspernas }
30	32	16. 17 (10) Apud Cassiodorum irrepsit *Marci* praenomen loco *Lucii*: hinc errores apud Neotericos, qui etiam Vinicio addunt *Nepotis* cognomen (h), & illum quoque Vinucium dixerunt affato Quartini cognomine, quod post Norisium expungit Muratorius (i).	782	L. Cassius Longinus (10) } quibus M. Vinicius * } suffecti C. Cassius Longinus } L. Naevius Surdinus }

[a] *Nov. thesaur.* CCCI. [b] *Annal. pag.* 75. [c] *Fast. col.* 355. [d] *Col.* 255. [e] *Lib. V. Annal. pag.* 152. [f] *Initio ejusdem libri pag.* 97. [g] *Epist. Consular. col.* 402. [h] *Vid. Lengletum Fast. Consf. pag.* 239. [i] *Annal. pag.* 89.

Anni vitae C. Plinii Secundi naturalis historiae scriptoris.

Hoc anno Plinius naturalis historiae scriptor nascitur.
Fuisse Tiberii imperantis nonum V. Conditae IↃCCLXXV. praeclarissimo docet testimonio (*a*) *Tiberii demum principatus nono anno in unitatem venit Equester ordo, anulorumque auctoritati forma constituta est C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere Coss. anno Vrbis Conditae* IↃCCLXXV. Tacitus (*b*) *C. Asinio, C. Antistio Coss. nonus Tiberio annus.*

1

2

3

4

5 Horum Consulum meminit Plinius (*c*): *sed super omnia in nostro aevo actis Populi Romani testatum Ap. Junio, & P. Silio Coss.*

6 * Plautii, & Nonii suffectorum loco recensentur a Panvinio, & Pighio Q. Pomponius Secundus, & Sanquinius Maximus: iis accessit Maffejus (*d*); sed ut Norisii verbis utar, pro arbitrio finguntur, cum A. PLAVTIVS L. NONIVS Consules suffecti dicantur in fragmento, de quo statim. De Q. & L. Pomponiis fratribus multa attingemus in Plinii vitâ.

7 * Ex fragmento vici Sancti Paulli prope Nolam constant horum Consulum appellationes.
L. CASSIVS . LONGINVS . M. VINICIVS . COS.
SVF. C. CASSIVS . LONGINVS
L. NAEVIVS . SVRDINVS (*e*).

[a] *Lib. XXXIII. 2.* [b] *Annal. lib. IV. initio.* [c] *Lib. VIII. 40.* [d] *Veron. illustr., ubi de Pomponio Secundo.*
[e] *Gruter. pag. MLXXXVII. 1.*

Anni Jesu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Impp. Romanorum Octavian. Aug. Tiber. Caes.	Anni Vrbis Con.	Consules
31	33	17. 18 (1) Suffectorum Consulum nomina debentur Sirmondo, & Grutero, qui illa e memorato Nolano fragmento deduxerunt. Lucem addidit Norisius, ac postremò Muratorius, cui omnino subscribendum in Sex. Teidii nomine, ac praenomine (*a*), de quo tantùm haeret. Verùm ubi SEXTEIDIVS reciperetur, praenomine illustris Consul caruisset; quòd absurdum ubique, & hoc loco praesertim.	783	Tiberius Caesar Aug. V. } quibus suffecti VII. ID. Maji L. Aelius Sejanus Faust. Cornelius Sulla (1) } cui suffectus Kal. Julii Sex. Tidius Catullinus L. Fulcinius Trio } suffect. K. Octob. P. Memmius Regulus
32	34	18. 19 (2) Emendandi hocce anno plerique Fastorum digestores, quos inter Pighius, Goltzius, Bucherius, Occo, Petavius, Ricciolius: omnes in errorem induxerunt Fasti a Pighio illustrati, & Panvinius, ritè arguente doctissimo Norisio. Ii enim Vitellium loco Furii Consulem ordinarium fecerunt. Mirandum igitur quòd post Norisii Consularem epistolam Lengletus Scribonianum Vitellio sufficiat. Aliorum lapsus effugit Muratorius, in eo tamen deserendus, quòd Scribonianum in Consulatu obiisse affirmat. (*b*) Fasti a Pighio illustrati, quos ipse Verrio Flacco attribuit, A. Vitellium in magistratu mortuum, eique suffectum M. Furium Camillum Scribonianum asseverant (*c*) errore manifesto, cum annum Consul aperuerit Scribonianus, qui Camillus Aruntius a Suetonio (*d*), itemque in Idatianis Aruntius appellatur.	784	Cn. Domitius Ahenobarbus M. Furius Camillus Scribonianus (2) cui suffectus Kal. Jul. A. Vitellius: hunc in Consulatu obiisse testatur Suetonius in Vitellii Imperatoris vitâ.
33	35	19. 20 (3) Hunc unicè Galbae suffectum recenset Muratorius (*e*) Kal. Julii. Lengletus addit *Vibium Marsum*, quem ignoro.	785	L. * (*qui postea* Ser.) Sulpicius Galba, cui } suffectus Kal. Jul. L. Cornelius Sulla Felix L. Salvius Otho (3)
34	36	20. 21 (4) Horum Consulum appellationes apud Dionem, Prosperum, Cassiodorum &c. corrupta. Baronius, Ricciolius, Pagius, Lengletus, falsò *Nepotis* cognomen Vitellio addiderunt.	786	Paull. Fabius Persicus } suffectorum appellationes ignorantur L. Vitellius (4) * . . . .
35	37	21. 22 (5) Norisius pungenti nimis indulgens stylo Calvisium irridet, eo quia I. Consulem appellet C. *Cestium Camerinum*. Vltimum id cognomen habuisse non repugnat, cum apud Anonymum legamus (*f*) *Camerino*, & *Noniano*, & in Pighii Fastis C. CESTIVS GALLVS CAMERINVS. M. SERVILIVS. GEMINVS. NONIANVS (*g*). (6) Lengleto *M. Servilius Geminus*: Panvinio *Rufus*, sed perperam, ut optimè notat Norisius, ex quo minimè profecit Harduinus (*h*).	787	C. Cestius Gallus (5) M. Servilius Nonianus (6)

[a] *Ann. pag.* 87. [b] *Annal. pag.* 94. *Anno Chr.* 32. [c] *Anno V. C.* 784. *col.* 215. [d] *In Othone II. Vid. Murat. Ann. pag.* 94. [e] *Pag.* 97. [f] *Anno* 788. *col.* 351. [g] *Col.* 215.
[h] *Vid. Plin. Harduini lib. XXVIII. pag.* 449. *num.* 27.

Anni vitae C. Plinii Secundi naturalis historiae scriptoris.

8 In laudato fragmento apparent horum omnium appellationes, exceptis ad necatum Sejanum spectantibus.
TI. CAESAR. AVG. V COS
SVF. VII. ID. MAI. FAVSTVS . CORNELIVS . SVLLA
SEXTEIDVS . CATVLL. COS.
SVF. KAL. IVL. L. FVLCINIVS . TRIO . COS.
SVF. KAL. OCT. P. MEMMIVS . REGVLVS . COS.
Iis addit Lengletus L. Pomponium Secundum secutâ Tillemontii chronicâ digestione, de quâ in Plinii vitâ agemus.

9 Vltimo loco in Nolano elogio apparent CN. DOMITIVS AHENOBARBVS . COS SVF. KAL. IVL. A. VITELLIVS . COS. Cur M. Furius Scribonianus omittatur disces ex Norisio, cum publicus hostis fuerit renunciatus, ideoque illius nomina ab elogiis sublata, vel omissa (*a*): imperium enim Claudio Caesari adimere intentavit, ut docet Tranquillus (*b*): *Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus Dalmatiae Legatus, verùm intra quintam diem oppressus est*. Videtur ille quem Tacitus (*c*), & Dio (*d*) Kal. Januarii cum Domitio Consulem affirmant.
L. Pomponius Secundus, cujus vitam Plinius edidit, carceri mancipatur.

10 Lucium fuisse verum Galbae praenomen habemus a Suet. Tranquillo. *Nam Lucium mox prò Servio, usque ad tempus imperii usurpavit* (*e*), Consulantur hoc loco Norisius, & Muratorius optima adversus Tacitum, & Dionem adducens.

11 Meminit Plinius Vitellii, illumque a nobiliore dignitate, nempe censurâ, ab aliis distinguit (*f*): *omnia haec in Albense rus e Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor fuit: cum legatus in eâ provinciâ esset novissimis Tiberii Caesaris temporibus*: paullo infra: *idem Vitellius in Italiam primus intulit* &c.

12 Plinius Corvi avis exequias ob mirum ejus ingenium actas a Populo Romano describit addens: *hoc gestum M. Servilio C. Cestio Coss.* (*g*) Servilium itidem Nonianum, *Consulem* se vidisse testatur (*h*), atque alibi quaedam superstitiosa de M. Servilio Noniano Principe Civitatis (*i*) recitavit.
In Muratorii Annalibus (typographico vitio) Noniani cognomen depravatur.

[a] *Norif. epist. Consular. col.* 405. [b] *In Claud.* XIII. [c] *Libri VI. Annal. initio*. [d] *Libro LVIII.*
[e] *In Galbâ IV.* [f] *Lib. XV.* 19. [g] *Lib. X.* 43. [h] *Lib. XXXVII.* 6. [i] *Libr. XXVIII.* 2.

Anni Jesu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Imperat. Romanorum Tiberius Caes. Aug.	Anni Vrbis Con.	Consules
36	38	22. 23 (1) Gruterus ex Appiano, & Schedis Verderianis (a). SEXTO PAPINIO . Q. F ALLENIO TR. MIL. Q. LEG TI. CAESARIS. AVG TR . PL . PR . LEG TI. CAESARIS AVG PRO. PR . COS XV. VIR SACR. FAC. D. D	788	Sex. Papinius Allenius (1) * Q. Plautius * *
37	39	23. Tiberius Miseni supremum diem obit aetatis suae LXXVIII. ex Suetonio (*b*), & Tacito (*c*), qui emortualem diem XVII. Kal. Aprilis assignant. Alii paullum diversa, de quibus vide Lipsium, & Tillemontium. 1. C. CAESAR.	789	C. Acerronius Proculus } quibus suffecti Kal. C. Petronius * Pontius } Julii Nigrinus, *seu* Niger C. Caesar Aug. } Kalendis Septembris suf- Tiber. Claudius } fecti ignorantur ut ritè Muratorius adnotavit (*d*).
38	40	1. 2 C. CAESARI, *Caligulae* cognomentum Plinio recentiores largiuntur, quod neque in nummis, neque apud Senecam, neque in naturali historiâ apparet; quodque Cajus rerum potitus abjecit.	790	M. Aquilius Julianus P. Nonius Aspernas
39	41	2. 3 In horum consulum appellationibus, & magistratus exordio magna doctorum concertatio. Nos ea secuti sumus, quae ex Taciti, & Dionis autoritate meliora videri possunt, non omissis Fastorum chronicis scriptoribus, collatisque invicem Pighii, Lipsii, Norisii, Stampae, & Muratorii lucubrationibus.	791	C. Caesar Germanici F. Ti. N. Aug. quo abdicante prid. L. Apronius Caesianus M. Sanquinius Maximus K. Feb. suffectus Cn. Domitius Corbulo Kal. Februar. Cn. Domitius Afer Kal. Septemb.
40	42	3. 4 (2) Suffectos pridie Idus Jun. Poplicolam, & Nervam asserunt Fasti Pighiani, excriptoris errore non dubio, ex unius literulae inversione, nempe IVN. loco IAN*uarii*. An ii, multoque magis duo Sexti suffecti fuerint, dubitat Muratorius, cum suffectorum nomina Dio praetermiserit (*e*).	792	C. Caesar. Aug. III. Solus Consul *defuncto Collegâ ante quàm iniret Consulatum* L. Gellius Poplicola } abdicante pr. Id. Jan. M. Coccejus Nerva } C. Caesare Consulat. (2) Sex. Junius Celer } Kal. Jul. Sex. Nonius Quintilianus }
41	43	4. C. Caesar anno Imperii tertio, mense decimo, octavâ die, aetatis anno XXIX. a Chereâ trucidatur (*f*) Succedit Caio TIBERIVS 1. CLAVDIVS	793	C. Caesar IV. } quo abdicante VII. Cn. Sentius Saturninus } Id. Jan. suffectus Q. Pomponius II. *
42	44	1. 2 (3) C. Vibium Crispum pridie Kal. Martii Claudio suffectum multi opinantur. Dignitatem Claudius quidem abdicavit; cujus favore ignoratur (*g*) (4) A Petavio, Ricciolio, Creverio, Lengleto, aliisque dicitur *L. Licinius Largus*, sed ii Caecinae cognomen in Liciniam gentiliciam appellationem invertunt. Ex Norisio optima apud Dionem congerente Allienum insero.	794	Tib. Claudius Aug. II. (3) C. Allienus (4) Caecina Largus *

[a] *Pag. CCCCXLVII. 9.* [b] *In Tiber. LXXIII.* [c] *Annal. VI.* [d] *Vid. Murator. Annal. pag. 117.* [e] *Annal. pag. 131.*
[f] *Vid. Sueton. Eutrop. Cassiodor. Zonar.* [g] *Vid. Murator. Annal. pag. 145.*

Anni vitae C. Plinii Secundi naturalis historiae scriptoris.

13 Quinti Plautii, & Sex. Papinii Consulatum recenset Plinius (*a*), & Sex. Papinium Consulem a se visum testatur (*b*).

* Allenii cognomen Papinio tribuunt Muratorius, & Norisius, qui argumentationis robur desumit ab allatâ inscriptione. Panvinius tamen, aliique in memorato elogio Gallieni cognomentum legentes non omnino respuendi, cum appellatio Prospero, & Pighianis respondeat. Lis haud facilè dirimetur, cum elogium (non laudandâ certè *Monachorum* incuriâ) evanuerit (*c*). Anonymus legit *Alliena*, & *Plautio*. Lengletus omnino ineptè *Gallianus*. Papinius, & Allenius gentilicia sunt nomina, satisque dubitandum, quòd cognomen aliquod Papinio adjectum fuerit.

** Huic Plautiani cognomen fuisse innuit Prosper, atque ex Prospero adoptarunt Panvinius, Lengletus, aliique; ubi error in Prosperi chronico non adsit: ratio a Norisio allata, ut Plautianum expungeret, elumbis mihi videtur, cum non ex adoptione, sed ex matre itidem Plautiâ oriri possit, uti de P. Plinio Pliniano superiore libro conjecimus. Glandorpio dicitur Q. Plautius Sylvanus (*d*).

14 * Petronii gentilicium nomen altero Pontii pariter gentilicio praepositum debemus Fabretto (*e*), & Muratorio. An Nigri, vel Nigrini cognomen assumpserit, adhuc sub judice lis est. Tacito, & Dioni Nigrinus. Suetonio Niger. In elogio Gruteriano IOVI CONSERVATORI &c. CN. ACERRONIO ET PONTIO NIGRINO COS. alii legunt NIGRO. Vide Gudium in novâ Gruteri editione (*f*). In altero per Muratorium vulgato Niger apparet. Hic igitur C. *Petronius Pontius Nigrinus*, seu *Niger* duo gentilicia gerebat nomina; eâdem ratione (ut suspicor) quâ Plinius sequens C. *Plinius Caecilius Secundus*.

15

16 Lolliam Paullinam C. Caesaris uxorem smaragdis, margaritisque opertam videt Plinius (*g*).

De Vestiliâ trium Clarissimorum civium conjuge genuisse mense *Suillium Rufum undecimo*, *Corbulonem septimo*, *utrumque Consulem* Plinius testatur. Sed corrupta adeò in parentum nominibus eo loco sunt Plinii verba, ut nihil difficilius sanandum in naturali historiâ inveniam. Neque ullam ab interpretibus lucem speres, qui vel muti, vel omnia tenebris involvunt, ut Harduinus facit. Herdicii ignotum, Pomponii illustre nomen ab Orfiti celebrato cognomine separatum nihil ad rem facit in filiorum appellationibus. Constat Corbulonem ad Domitios spectasse. Video Caesoniam Orfiti filiam a nonnullis censeri; sed hanc Μιλωνίαν Καισωνίαν appellat Dio, ubi fortassis excriptoris error cubat. Suillium ex Pomponio natum suspicari, uti Harduinus facit, ineptum omnino. Sunt enim gentilicia Suillius, & Pomponius. Rufi porrò cognomen non unicè Pomponiis, sed omnibus penè familiis commune. Veteres editiones primum Vestiliae filium recensent Sempronium, ubi idem inconveniens. Joseph Flavius, Juvenalis, & Suetonius, qui Caesoniae recordationem ingerunt, nihil de illius primo nomine retulerunt. Caesonia enim cognomen hoc loco, ut a Plinio eodem libro VII. docetur.

17 Pisciculus C. Principem Antio remeantem tenet (*h*).

18 * Pomponium cognomine Secundum plerique faciunt (*i*). Hallucinatio inde oritur, quòd secundâ vice Consul processerit. Neque enim fieri potest, ut Q. & L. Pomponii fratres eodem *Secundi* cognomine confunderentur. A mancis Taciti annalibus veritatem elicere minimè possumus; hac de re in Plinii vitâ agemus. Ex Cassiodoro collegit Panvinius *Venustum* quendam Pomponio successisse; apparetque in Pighii Fastis. Consule Muratorium (*k*). L. Pomponius Secundus Vates clarissimus coenam Cajo Principi dat, in quâ singulae nuciae vini CLX annis constabant Plinio docente (*l*).

19 Orcam oppugnatam in Portu Ostiensi Plinius videt (*m*).

* Caecinae Largi meminit Plinius, eiusve arborum (*n*) *Eae fuere loti patulâ ramorum opacitate lascivae, Caecinâ Largo e proceribus crebro in juventâ nostrâ eas in domo suâ ostentante*. Caecinae cognomen non duplici N (uti priore libro adnotavimus) (*o*) sed unico scribendum optima Plinii exemplaria, & Tabula Antiatina a Rocco Vulpio illustrata satis ostendunt. Sunt qui Caecinam *Longum* pro Largo appellent (*p*): id neque Hispanis concedendum, quibus *largo* longum significat; multoq; minùs Labbaeo, qui in Idatianis Longum pro Largo reposuit (*q*)

[a] *Lib. X. 2.* [b] *Lib. XV. 14.* [c] *Vid. Scard. lib. I. hist. Patav. & Noris. col.* 410. [d] *In Onomast.* [e] *pag.* 674. [f] *Pag. XV.* [g] *Lib. IX. 35.* [h] *Lib. XXXII. 1.* [i] *Joseph Flavius lib. II. Dio lib. LIX. Cassiod. Fasti Pigh.* [k] *Ann. pag.* 138. [l] *Lib. XIV. 4.* [m] *Lib. IX. 7.* [n] *Lib. XVII. initio* [o] *Pag.* 79. [p] *Vid. Anonym. in Fast. col.* 352. [q] *Col.* 256.

...ar.	Aerae Vulg.	Anni Principatus Impp. Romanorum C. Caesar.	Tiberius Claudius		Anni Vrbis Con.	Consules
43	45	2.	3	(1) Fasces a Claudio Kal. Martii abdicates constat: qui suffectus ignoratur. Multi coniiciunt P. Valerium, quâ de re dubitat Muratorius; certè suffecti nomen in Pighianis desideratur.	795	Tiber. Claudius Aug. III. (1) L. Vitellius II.
44	46	3.	4	(2) Qui hic Consul II. recensetur, aliâ vice suffectus apparuit, quamvis tempora ignorentur. *Crispo* Anonymus, uti Idatius; unde dubitat Labbaeus, an dicendus sit *Crispinus*, vel *Crispus*. Haesitationem sustulit ex Grutero Norisius allato elogio.	796	L. Quinctius Crispinus II. (2) M. Statilius Taurus *
45	47	4.	5	(3) Quartini cognomen perperam Vinicio additum ostendit Norisius (4). Hac ratione omnes Statilii Tauri restitutas appellationes conjicio secuto Phlegontis Tralliani testimonio, & notâ in Corvini cognomine restitutione. Magnus Norisius pugnavit pro Tauro Statilio Corvino eleganter ostendens, cognomina quandoque in praenomen abiisse. Non repugnat tamen quòd allatâ methodo Corvini appellationes reddantur. Hinc concidit Marci praenomen a Panvinio, Petavio, Ricciolio, aliisque inoculatum, sibique conveniunt Fasti, & a Muratorio adnotata. Malè omnino apud Pagium Taurus Statilianus Corvinus.	797	M. Vinicius II. (3) } T. Statilius Taurus Corvinus } (4) quibus suffecti conjiciuntur *M. Cluvius Rufus* * } . . *Pompejus Silvanus* }
46	48	5.	*6*	(5) Valerium Asiaticum bis Consulem testatur L. Seneca (*a*), & Tacitus (*b*): unde de secundo illius consulatu minimè dubitandum, quidquid iterati magistratus nota apud Tironem Prosperum, atque in Fastis Idatianis desideretur. Quo anno primum suffectus gesserit, haud satis constat: dubitat & de sequentibus Muratorius utrum hic veniant affigendi Suillius, & Scapula, quorum appellationes diversâ orthographiâ reddutur a Panvinio, & Pighio.	798	P. Valerius Asiaticus } (5) M. Junius Silanus * } iis suffecti creduntur *P. Suillius Rufus* * * } *P. Hostorius Scapula* }.
47	49	*6.*	*7*	(*6*) Legimus apud Suetonium in Claudio *Consulatus super pristinum quatuor gessit, tertium autem novo circa Principem exemplo in locum demortui suffectus* (*c*). Historiam doctissimus Muratorius attingit; cuinam successerit Claudius ignoramus. Muratorii ad Suetonium provocationem vitiat Tiprographus, (*d*), ubi secundâ vice loco quartâ etiam irrepsit. Tertium Suetonius Claudii consulatum hunc dicit, nempe ex quo Princeps evasit.	799	Tib. Claudius Aug. German. IV. } (6) L. Vitellius III. * }.

[a] *Lib. II. natur. quaest.* [b] *Annal. lib. II.* [c] *Cap. XIV.* [d] *Annal. pag. 163.*

Anni vitae C. Plinii Secundi naturalis historiae scriptoris.

20

21 Britannicum Claudii triumphum (*a*), & aquaeductum a C. Principe incohatum, a Claudio perfectum recenset Plinius (*b*).

* Horum Consulum appellationes restituit Norisius ex monumento viâ Appiâ II. ab Vrbe lapide, ubi (*c*)

III. NON. IANV

VARI L. QVINCTIO CRISPINO II

M. STATILIO. TAVRO COS.

Differt altera inscriptio a Muratorio allata. Verùm nec ipse suam Gruterianae praeferre contendit: eum consule in novo Thesauro, atque in Annalibus.

22 Hoc anno Plinius in Africâ vidit L. Cossicium mutatum in marem, eodemque libro nat. histor. VII. refert Statiliam Claudio Principe annos nonaginta novem vixisse: fuit haec (ut licet suspicari) vel Corvini, vel superioris Statilii Amita; quae de Emboliariâ statim addit *C. Poppaeo*, & *Q. Sulpicio Coss.* in annis tradendis, atque in genuinis Consulum appellationibus exactam Plinii diligentiam sanè comprobant, ut inde etiam firmentur, quae ad annum V. Cond. IↃCCLXI. adnotavimus.

* Cluvium, & Pompejum suffectos Kal. Iulii afferunt Fasti Pighiani: affert Panvinius ex Josepho Flavio Claudii Caesaris Tribuniciâ Potestate V. diploma, ubi labente Junio memorantur iisdem appellationibus. Ex mensium differentiâ, aliisque de caussis, quas locus referre non sinit, plura adhuc subobscura remanent posterorum diligentiae ex novis in diem erutis monimentis illustranda. Habes hoc loco Muratorium in Annalibus plura eruditissimè congerentem.

23 Plinius in Germaniâ militat sub Pomponio Secundo.

* Junii Silani consulatum attingit Plinius, *qui*, inquit, (*d*) *cum Asiam obtineret post Consulatum, Neronis Principis successione, veneno ejus sublatus est*. Qui post Norisii animadversiones M. Valerium Messallam loco Junii Silani Consulem hoc loco faciunt, minimè audiendi sunt.

** Suillius Rufus eodem libro VII. Plinii recensetur, fuitque Corbulonis pariter Consulis frater: quâ ratione nodus hic solvendus? Conjecturas, & restitutiones nostras alibi proponemus. Suffectos innuunt Nostri verba; idque ex tertio institutionum libro ostendit Norisius.

24 Plinius circa haec tempora Praefectus Alae renunciatur.

Claudius Caesar Seculares Ludos facit (*e*).

* Lucii Vitellii non uno loco meminit Plinius: *omnia haec in Albense rus intulit L. Vitellius, qui postea Censor fuit* (*f*). Illum a maximâ dignitate Censoriâ nobilitat, ut hac etiam ratione a L. filio insequentis anni Consule distingueretur: fuit Vitellii Caesaris pater, in cujus nummi argentei posticâ parte legimus L. VITELLIVS. COS. III. CENSOR. Vide Tacitum (*g*), Vaillantium (*h*), & Harduinum (*i*); cui tamen excidit, hunc Vitellii Imperatoris patruum fuisse, quando parentem dicere oportebat (*k*).

[a] *Lib. III. 16., & lib. XXX. 3.* [b] *Lib. XXXVI. 15.* [c] *Vid. Gruter. pag. MXLI. 10.*
[d] *Lib. VII. 14.* [e] *Lib. VII. 48.* [f] *Lib. XV. 19.* [g] *Lib. I. Histor.* [h] *Tom. II. pag. 81.*
[i] *Citat. Plin. libro pag. 747.* [k] *Vid. Sueton. in Vitell. cap. II. & III.*

Anni Jeſu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Imperat. Romanorum Tiberius Claudius	Anni Vrbis Con.	Conſules
48	50	7. 8 (1) Perperam *A. Paullus* a Pagio appellatur, qui etiam ſuffecti fratris oblivifcitur. Inde A. Paul. a doctiſſimo Floreſio (*a*) minùs rectè. (2) Hunc Quinti prenomine appellat Muratorius (*b*): Caeteris accedendum puto, qui Lucium vocant, cum apud Tacitum legam (*c*): *A. Vitellio, L. Vipſanio Conſulibus cum de ſupplendo ſenatu agitaretur.*	800	A Vitellius (1) (poſtea Imp. Aug.) cui Kal. Julii ſuffectus frater L. Vitellius L. (2) Vipſanius Poblicola
49	51	8. 9 (3) Pompejo *Aulli* praenomen fuiſſe colligitur ex tabulâ Antiatinâ (*d*), & Muratorio (*e*), unde reliqui omnes corrigendi, qui primum Conſulem Cajum appellarunt. (4) *Verinus* Tironi, *Verianus* Idatio, *Verannius* Labbaeo: ita & Taciti codices, ſed mendoſè: *Veranius Laetus* Lengleto.	801	A. (3) Pompejus Longinus * Gallus } quibus Q. Veranius (4) } ſuffecti L. Memmius Pollio Kal. Maj. Q. Allius Maximus
50	52	9. 10 (5) De hoc Conſule vide Tabulam Antiatinam (*f*). (6) *Novilianus* in Faſtis Idatii, Anonymi, & paſſim; omnino perperam apud Bayardum (*g*) *Servilius Ruffus Servilianus*. Suillio Rufi cognomen Panvinii incuriâ a Goltzio, Petavio, aliiſque receptum eliminaverat jamdiu Noriſius (*h*), ut oppoſitâ columellâ innuimus. Geminam Nervilini appellationem ex Capitolini Muſei elogio reſtituerunt Blanchinus, & Muratorius.	802	C. Antiſtius Vetus (5) M. Suillius Nervilinus (6) *
51	53	10. 11 (7) *Orphitus* ſcribitur in Tabulâ Antiatin. & Tirone Aquitano; in aliis hujus Conſulis memoriis *Orfitus*; quas utpote vetuſtis doctorum exemplaribus accedentes ſequor. In Pighianis *Ser. Cornelius Scipio Orfitus*. (8) *Mincius* perperam apud Pighium, aliis *Minucius*, quâ re;re hîc, & alibi agimus.	803	Tib. Claudius Aug. Germ. V. * } quibus Ser. Cornelius Orfitus (7) } Kal. Jul. C. Minicius (8) Fundanus * * } ſuffecti C. Vettennius Severus } Kal. Nov. T. Flavius Veſpaſianus ſuffectus (qui poſtea Imperator.)
52	54	11. 12 (9) Servilii Bareae praenomen ignoratur. Hos ſuffectos Conſules a nonnullis afferri tradit Muratorius. Certè apud Tacitum legimus ad rem noſtram: *cenſuit Conſul deſignatus Barea Soranus*. Mucianum Bareae collegam fuiſſe ſuadent, quae de II. Muciani Conſulatu, ſuo loco dicemus (*i*). Hunc ad Marciam gentem ſpectaſſe falsò dubitat Lipſius (*k*). Mucianum eàdem ratione oſtendi poſſe ſuffectum haud credam. (10) Huc uſque Faſtorum illuſtratores (qui ſuffectorum notitiam inquirunt) pro noſtris alios repoſuere: nempe *L. Cornelius Sulla*, *T. Flavius Sabinus Veſpaſianus*. In primo facilis reſtitutio; in ſecundo aequè facilis, cum nuſquam T. Flavius Sabinus Conſul fuerit, neque Veſpaſiani cognomen gerere potuerit. (11) Bayardus italicâ manu ſcribit *Ruffo*.	804	P. Cornelius Sulla Fauſtus } iis ſuffecti L. Salvius Otho Titianus } Kal. Jul. (9) . . Servilius Barea Soranus } quibus ſuff. M. Licinius Craſſus Mucianus } Kal. Nov. Fauſtus Cornelius Sulla Felix (10) * } L. Salvidienus Rufus (11) Salvianus }

[a] *Hiſp. ſac. tom. III.* [b] *Annal. pag. 168.* [c] *Lib. XI. Annal.* [d] *Pag. 8.* [e] *Pag. 174.* [f] *Pag. 8.*
[g] *Elench. monum. Hercul. praefat. fol. XVI.* [h] *Col. 416.* [i] *Annal. XII. pag. 142.* [k] Comment. ad hunc lib. pag. 172. n. 119.

Anni vitae C. Plinii Secundi naturalis historiae scriptoris.

25 Plinius de Phoenice *allatum esse*, inquit (*a*), *in Vrbem Claudii Principis censurâ anno Vrbis* IↃCCC. *& in Comitio positum: quod in actis testatum est, sed quae falsa esse nemo dubitarit.*

26 Plinius librum de jaculatione Equestri scribit.

* Dubitatum asserit Muratorius utrum Pompejus *Longini*, seu *Longiniani* cognomen gestasset. Crediderim Longinum fuisse, illiusque Pompej Longini patrem, quem manibus Praetoriani in Galbam moventes coërcuerunt (*b*), ut Tacitus refert: Idem „ designatum Consulem Memmium Pollionem ingentibus praemiis inducunt (*c*).„

27 L. Pomponius Secundus, sub quo Plinius Praefectus Alae militabat, de Chattis triumphat.

* Ex allatis hoc anno patet minùs rectè Harduinum conjecisse superioribus Plinianis verbis de Suillio Rufo, & Corbulone provocari ad Marci hujus Suillii Consulatum, qui in decimum Claudii Principis annum incidit (*d*). Multiplicibus maculis scatent ab erudito interprete adnotata. Neque enim a Tacito *M. Suilius Rufus* dicitur, ubi legimus *C. Antistio*, *M. Suilio Coss.* (*e*). Vnde Canino, & tot antiquioribus imprudenter: post lucem verò Norisii laboribus praebitam imprudentiùs agunt Crevenus, Lengletus, & ii omnes, qui hunc *M. Suillium* (seu ut aliis *Suilium*) *Rufi* cognomine oneraverunt.

28 * Plinius librum de jaculatione Equestri publici juris facit. Idem *Trinos*, inquit (*f*), *soles antiqui saepius videre — & nostra aetas vidit Claudio Principe, consulatu ejus, Cornelio Orfito collegâ.*

** Hunc patrem Minicii Fundani illius conjicio; ad quem plures Plinii Caecilii extant epistolae, cuique etiam consulatum ominatur. Plinii Caecilii codices nonnulli habent *Minucium* loco *Minicii*, uti etiam plerique Consulem Kal. Julii suffectum appellant. Nos Muratorium sequimur. *Minucii*, & *Minicii* eâdem ratione illustres in Romanorum historiis apparent.

29 Plinius Romae jurisprudentiae operam dat, honestus magis, quàm assiduus Caussarum patronus. Agrippinam, & Claudium edentes spectaculum Navalis praelii Plinius vidit (*g*).

* Fausti Cornelii Sullae Felicis appellationes restitutae, & L. Salvidieni Rufi Salviani nunc primùm (quòd sciam) in consulari collegio ingestae debentur Octavio Bayardo, qui illas ex honestâ Herculanensi missione produxit (*h*). Longo verborum apparatu, multisque hinc inde deductis disputat eruditus Praesul, quibus nam Consulibus fuerint suffecti. Rem acu tangere ipsi difficilè videtur, mihi facillimae indaginis. Qui Kal. Novembris suffect. dicebantur *L. Cornelius Sulla Faustus*, & *L. Flavius Sabinus Vespasianus* obviâ restitutione erunt *Faustus Cornelius Sulla Felix*, *& Salvidienus Rufus Salvianus*. Faustum cognominis, & praenominis vicem induere omnes norunt; in secundo verò ultimoque suffecto Consule locum struxit excriptorum oscitantiae characterum affinitas, inter *Lucium Salvidienum Rufum Salvianum*, & *Lucium Flavium Sabinum Vespasianum*. Sed hic nec Consul fuit, nec commune cum fratre habuit cognomen, ut amplissimo Suetonii testimonio ostenditur, qui de utriusque genitore loquens diem obiisse asserit *superstitibus uxore Vespasiâ Pollâ, & duobus ex eâ liberis, quorum major Sabinus ad Praefecturam Vrbis, minor Vespasianus ad principatum usque processit* (*i*).

[a] *Lib. X. 2.* [b] *Tacit. histor. lib. I.* [c] *Annal. XII.* [d] *Ad VII. Plin. libr. pag. 376.* [e] *Annal. XII. pag. 134*
[f] *Lib. II. 31.* [g] *Lib. XXXIII. 3.* [h] *Elench. mon. Hercul. praef. pag. XV.* [i] *In Vespas. II.*

Anni Jesu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Impp. Romanorum Tib. Claudius. Nero Claudius	Anni Vrbis Con.	Consules
53	55	12. 13 (1) Nota D. *Decimi* praenomen significat, quam nonnulli in *Decii* gentilicium nomen deformarunt. Tiro Prosper Decimum Silanum, cum Marco confundens, II. consulem falsò appellavit (*a*).	805	D. (1) Junius Silanus Q. Haterius Antoninus
54	56	13. 14 TIBER. CLAVDIVS excessit III. Id. Octob. aetatis anno LXIV. Suetonio (*b*), & L. Senecâ (*c*) testibus. NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. anno. 1.	806	M. Asinius Marcellus * M? ** Acilius Aviola
55	57	1. 2 (2) Bimestrem Neronis Consulatum fuisse testatur Suetonius (*d*). Quinam illi suffectus ignoratur. Nonnulli conjiciunt Pompejum Paullinum, qui duobus ab hinc annis Germaniam Proconsul obtinuit.	807	Nero Claudius Imp. Aug. (2) L. Antistius Vetus
56	58	2. 3 (3) Horum Consulum praenomina, & nomina apparent in celeberrimâ aeneâ tabulâ, ubi agitur de postulatione Alliatoriae Celsiliae: sed hic, & in alterâ antiquiore Consules Divi Claudii temporibus indicantur *Cn: Hosidius Geta*, & *L. Vagellius*, quos in Fastorum consularium collectoribus non invenies. Nova in de materia eruditis proponitur, ut diligentiùs perquiratur, quibus Hosidius, & Vagellius fuerint suffecti. De hac tabulâ vide Reinesium, Donium, Capaccium, & Marchionem Hospitalium, atque Artenaeum, qui rem docto commentario illustrarunt (*e*).	808	Q. Volusius Saturninus * P. Cornelius Scipio (3)
57	59	3. 4 (4) Suetonius de Nerone (*f*) *Consulatus quatuor gessit: primum bimestrem, secundum, & novissimum semestres, tertium quadrimestrem: medios duos continuavit, reliquos inter annua spatia variavit*.	809	Nero Claudius Imperat. Aug. II. (4) L. Calpurnius Piso
58	60	4. 5 (5) Quodnam fuerit Valerii Messallae praenomen, difficile antiquorum testimonio probare. Conjiciunt plerique illius appellationes reddendas hoc pacto, *M. Valerius Messalla Corvinus*. Certè Marci praenomen avitum in hac gente ostenditur, & familiare.	810	Nero Claudius Imperat. Aug. III. . . (5) Valerius Messalla
59	61	5. 6 (6) Vipstanum fuisse Aproniani gentiliciam appellationem primus ostendit Fulvius Vrsinus, ex Vrsino Norisius, ex Norisio Muratorius (*g*): praenomen itidem Cajus ex Tacito deducitur *Cajo Vipsano* (lege Vipstano) *Fontejo Coss.* (*h*). (7) Ex Muratorianâ inscriptione Cajum hunc Consulem appellandum etiam conjicerem, unde suspicari utique licet, quòd in Taciti annalibus vel legendum sit *Cajis Vipstano, Fontejo Coss.*, vel *Cajo Vipstano, Cajo Fontejo Coss.* gentilicia enim nuda nomina Consulatus initio referre non est moris gravissimo huic historico.	811	C. * Vipstanus (6) Apronianus C. (7) Fontejus Capito

[a] *Chron. col.* 286. [b] *In Claudio XLV.* [c] Ἀποκολοκύντωσις. [d] *In Neron. XIV.* [e] *Notion. ad Herculan.*
[f] *In Nerone XIV.* [g] *Annal. pag.* 208. [h] *Intit. lib. XIV. Annal.*

Anni vitae C. Plinii Secundi naturalis historiae scriptoris.

30	Plinius vitam L. Pomponii Secundi duobus voluminibus comprehensam scribit.
31	* Tironi minùs rectè *Marcellinus*. ** Nota M? *Manius*, nota M. *Marcus* Romanis significabat. Ex tantâ affinitate *Marcus* Aviola a multis dicitur, qui rectiùs Muratorio, & Pighio *Manius* antiquo, familiae Aciliorum praenomine, ut videre est apud Plinium. Alter ex Consulibus fato cessit. An Marcellus, an Aviola ex Taciti reticentiâ ignoratur, uti etiam quis, vel qui fuerint suffecti.
32	Plinius circa haec tempora viginti voluminibus comprehendit bella omnia, quae Populus Romanus cum Germanis gesserat. Legimus de Thapsiâ in naturali historiâ (*a*) *Nero Caesar claritatem ei dedit initio imperii nocturnis grassationibus verberatam faciem illinens sibi cum thure cerâque, & secuto die contra famam cutem sinceram circumferens*. Plinius Neronem toto principatu suo hostem generis humani fuisse statuit contra ea, quae alii de regnandi exordio affirmarunt.
33	* Quibus genitoribus in lucem editus fuerit Q. Volusius Saturninus recenset Plinius (*b*) *nuper etiam L. Volusio Saturnino in Vrbis praefecturâ extincto notum est Corneliam e Scipionum gente Volusium Saturninum, qui fuit Consul post LXII. annum genuisse*. Ita enim antiquis codicibus, & ipsâ orationis suffragante texturâ legendum esse, suo loco adversus Harduinum ostendimus. Quinam memoratis Consulibus suffecti fuerint, liquido non constat (*c*).
34	Ex antiquorum silentio, vel ob historiarum deficientiam idem de suffectis Neroni, & collegae Consulibus hoc anno affirmandum (*d*).
35	
36	Horum Consulum bis meminit Plinius (*e*). *Solis defectum Vipstano, & Fontejo Coss., qui fuere ante paucos annos factum pridiae Kal. Maj. Campania horâ diei inter septimam, & octavam sensit*; iterum utrinsque recordationem ingerit — (*f*) *nuperque Fontejo, & Vipstano Coss. annos IX. genitum puerum a meridie ad vesperam* LXXV. M. *P. Cucurrisse*. Genuinam hanc esse Plinii lectionem adversus Harduinum suis locis contendimus. * Muratorius illorum sequitur opinionem, qui Vipstano Lucii praenomen attribuunt (*g*). Apertissimis Taciti verbis refragari minimè ausus sum. Huic adhaerent Pighius, Creverius, Lengletus, Floresius, qui Vipstanium loco Vipstani hunc consulem appellavit; sed hujus, caeterorumque opinionem pro Vipsanio pugnantium argumenta corruunt ex allatis ab Vrsino, & Grutero monumentis.

[a] *Lib. XIII. 22.* [b] *Lib. VII. 14.* [c] *Vide Murator. Annal. pag.* 200. [d] *Murator. Annal. pag.* 202.
[e] *Lib. II. 70.* [f] *Lib. VII. 70.* [g] *Annal. pag.* 208.

Anni Jesu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Impp. Romanorum Nero Claudius	Anni Vrbis Con.	Consules
60	62	6. 7 (1) In Muratorii Annalibus, typographi errore ut puto, legitur *Cossio* (a): qui Neroni, & Cosso suffecti fuerint, certò non liquet.	812	Nero Claudius Imp. Aug. IV. Cossus (1) * Cornelius Lentulus
61	63	7. 8 (2) Caesonii praenomen incertum asserit Norisius, nec immeritò; neque enim ex antiquis constat quodnam fuerit; Neotericis communi suffragio *Cajus* appellatur. (3) A Prospero Aquitano perperam *Pius* loco Paeti. (4) Nescio an excriptoris, vel calami errore apud Muratorium legamus dubium in Petronio *Caj* praenomen (b). Quamvis Panvinio, Pighio, & Lengleto *Cajus*; rectiùs cum Creverio *Publium* dicemus docente Phlegonte, ubi praenomen non siglâ, sed integris characteribus more Graecorum Ποπλίῳ excribitur (c). (5) Alterum *Sabini* cognomen assuunt Petronio nullâ auctoritate Panvinius, Leunclavius, Petavius, Ricciolius, Lengletus. Ab Anonymo Turpilinus loco Turpiliani.	813	. . . (2) Caesonius Paetus (3) P. (4) Petronius Turpilianus (5) qui iis fuerunt suffecti, delitescunt
62	64	8. 9 (6) Annalium XIV. Tacitus *P. Mario, L. Asinio Coss.* (7) Junium Marullum ante Senecam, & Maximum suffectum conjicit Pighius, dubitat Muratorius, an ordinariis successerit, vel suffectis, qui creduntur Seneca, & Maximus: ex Tacito scio, Mario, & Asinio Coss. *censuitque Junius Marullus Consul designatus*. Quod certum est, praenomina Maximi, & Marulli ignorantur, & alterius appellationes, qui illi in suffecto consulatu collega processit.	814	P. Marius (6) Celsus } quibus creduntur L. Asinius Gallus } suffect. Kal. Jul. L. Annaeus Seneca (7) } iis suffectus, vel . . Trebellius Maximus } antea . . Junius Marullus . . . .
63	65	9. 10 (8) In Memmii praenomine nulla inter eruditos controversia, quamvis illud minimè legamus apud Tacitum, ubi *Memmio Regulo, & Verginio Rufo Coss.* (d). (9) Duplici errore apud Lengletum dicitur *Paul. Virgilius Rufus*. rectè *L. Verginius Rufus* Bellogrado (e), uti in Romano elogio: notandum tamen quod aequè Verginius, ac Virginius occurrit.	815	C. Memmius Regulus (8) L. (9) Verginius Rufus *
64	66	10. 11 (10) *Quinti* praenomen Lecanio restituimus maximâ Plinii (cui notissimus Consul) auctoritate. Haud ignoro, quòd Neotericorum plerique ex Tacito illum *Cajum* appellarunt. Verùm cum in vetustiori Taciti exemplari & ipsum Lecanii nomen corrumpatur (*f*), eo magis Plinio adhaerendum censemus.	816	Q. (10) Lecanius Bassus * M. Licinius Crassus

[a] *Pag.* 214. [b] *Annal. pag.* 218. [c] *Cap. XX. de Mirabil. vid. Noris. col.* 418. [d] *Annal. XV.*
[e] *Epist. pag.* 37. [f] *Vid. Noris. epist. Consul. col.* 410.

	Anni vitae C. Plinii Secundi naturalis hiſtoriae ſcriptoris.	Anni vitae C. Plinii Caecilii Secundi epiſtolarum & panegyrici auctoris.
37	* Erat Coſſus Corneliorum cognomen, unde Tacitus (*a*) *defunctaque virgo Veſtalis Laelia, in cujus locum Cornelia ex familiâ Coſſorum capta eſt*. De hoc ipſo Conſule ſermonem habens: *Nerone quartum*, *Cornelio Coſſo Coſs.* (*b*) Item Plinius de hujus gentili, qui Samnitis bellum intulit, *Imperatore*, ait, (*c*) *Cornelio Coſſo Conſule*: poſtmodum *Coſſus* in peculiare praenomen abiit, quo etiam pater Lentuli (& ipſe Conſul) gaudebat (*d*).	
38	Plinius circa haec tempora Studioſi libros tres, in ſex volumina propter amplitudinem diviſos, publicavit.	C. Caecilius L. Caecilii filius, qui poſtea ab avunculo C. Plinio Secundo adſcitus in filium, Comi, vel in Comenſi naſcitur matre Pliniâ.
39		1
40	* Horum Conſulum appellationes bis apparent in Romano elogio ad Aventinum, ubi Antiochus, Hymnus, Mutilus, & Rufus (*e*). VOTVM SOLVERVNT L. M. L. VERGINIO RVFO C. MEMMIO REGVLO CoS	2
41	* Plinius Carbunculi morbum deſcribens *quo*, inquit (*f*), *duo Conſulares obiere condentibus haec nobis eodem anno Julius Rufus, & Q. Lecanius Baſſus*.	3

[a] *Lib. XV. Annal.* [b] *Lib. XIV.* [c] *Lib. XVI. 4.* [d] *Vid. Panvin. de nomin. Romanor.*
[e] *Gruter. fol. VIII. 3.* [f] *Initio lib. XXVI.*

Anni Jesu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Imperat. Romanorum Nero Claud. Ser. Sulp. Galba	Anni Vrbis Con.	Consules
65	67	11. 12 (1) Canino, Lenglero, alisque post Panvinium, & Pighium C. *Julius Atticus Vestinus*. Id a Norisio improbatur; e Gruteriana tamen inscriptione (ubi illius genitoris recordatio) non deducitur, quod ille L. Vestinus adeo Imperat. Claudio carus (a), appellari minime potuerit L. Julius Vestinus. Neque enim videtur quod Vestini appellatio gentilicia sit. Hinc a Muratorio *Vestinius* dicitur: Suetonio, & Tacito *Atticus Vestinus*, qui tamen eloquentiae inserviens persaepe nominandi rationem invertit. Anonymus, qui consules plerumque unico designat cognomine, Vestinum appellat.	817	A. Licinius Nerva Silianus * } Consul designatus Kal. Jul. antequam iniret magistratum occisus M. (1) . . Vestinus Atticus . . Plautius Lateranus * * Anicius Cerealis
66	68	12. 13 (2) Ita hunc Consulem rite appellabis adnotante Lipsio ad Tacitum ex Vellejo (b). Caninus Tacito subscribit: nescio cur a plerisque C. *Lucius Telesinus* dicatur, atq; hos inter a Muratorio (c). Cajus enim, & Lucius praenomina sunt, unde unum alterum expungit.	818	L. Pontius (2) Telesinus C. Suetonius Paullinus *
67	69	13. 14 (3) Ab omnibus, qui temporum collegia tradiderunt, atque ab ipso etiam Muratorio (d) *L. Fontejus Capito* appellatur. Quod ad Fontejos spectet, facile credam, quamvis id ostendi minime possit; imo Norisius ex desideratis Priscorum monumentis haud facile Capitonis praenomen, & nomen inveniendo comprobavit. Qui anno V. Cond. 811. L. Fontejum Capitonem Consulem dicunt, & hoc itidem anno L. Fontejum Capitonem Consulem faciunt: ex eo arguuntur, quod hic in Fastis antiquorum Consul II. minime describitur.	819	. . . Capito (3) C. Julius Rufus *
68	70	14. Nero se ipsum interficit VII. Id. Jul. Ex Suetonii testimonio paullo minus XIV. annis regnavit (e). Exacte magis Clemens Alexandrinus, Eusebius, & Tiro Prosper, aliique Principatum circumscribunt annis XIII. mensibus VII. diebus XXVIII. SER. SVLPICIVS GALBA 1. (4) Ita potius cum Muratorio, quam cum aliis *Bellicius* dicendum videtur. Erit igitur Bellicus una ex gentiliciis appellationibus, quae in IVS minime desinit. Muratorius alterum *Thebaniani* cognomen ex antiquo elogio addidit. In Gruteri thesauro (f). DEDICAT . IDIB. OCTOBR C. BELLICO NATALE } CoS P. CORNELIO SCIPIONE ASIATICO	820	C. Silius Italicus } quibus honore privatis ante tempus M. Galerius Trachalus * Nero Solus V. Consulatum init. post cujus mortem * * C. Bellicus (4) Natalis } P. Cornelius Scipio Asiaticus

[a] *Pag. DII, col. 2.* [b] *Annal. XVI. pag. 241. num. 25.* [c] *Ann. Murat. pag. 238.* [d] *Annal. pag. 243.*
[e] *In Neron. XL. & LI.* [f] *Pag. CCXXXVIII. 12.*

	Anni vitae C. Plinii Secundi naturalis historiae scriptoris.		Anni vitae C. Plinii Caecilii Secundi epistolarum & panegyrici auctoris.
42	* Primus Consul Canino, Creverio, Lengleto alisque dicitur Publius, qui *Aullus Licinius Nerva* ex duplici Licinii Glauci monumento apparet, ut in Corollario ad Musarum epinicia (*a*), atque in Plinii Caecilii vitâ ostendimus. Tironi mendosè *Silvanus* ultimo cognomine appellatur : *Silanum* legere jubet Lipsius, atque ex Donianâ inscriptione dubitat Muratorius (*b*). Verùm cum hic P. Silii filius ab Aullo Licinio Nervâ fuerit adoptatus: eâdem ratione ut Paulli Aemilii filius a Publio Scipione Africano *Aemilianus*, hic *Silianus* appellabitur. (*c*) Minùs rectè igitur apud Tacitum legimus (*d*) *ineunt deinde Consulatum Silius Nerva, & Atticus Vestinus*. Credendum quòd Siliani cognomen per notas contractum excriptoribus errandi occasionem praebuerit. ** Cum Vestinum Consulem suffectum necaverit Nero, itemque designatum Plautium Lateranum, convenit Pighio Muratorius, ut Cereali duodeni fasces fuerint collati, nam de hoc deterrimo adulatore eodem libro Tacitus (*e*) asserit *Cerealem Anicium Consulem designatum pro sententiâ dixisse, ut templum Divo Neroni quàm maturrimè publicâ pecuniâ poneretur*: ubi notandum cognomen gentilicio nomini praepositum.	4	
43	* Legimus apud Plinium (*f*) *Suetonius Paullinus, quem Consulem vidimus, primus Romanorum ducum trangressus quoque Atlantem aliquot millium spatio*. Hoc anno labente, vel sequentis initio Plinius octo dubii sermonis libros edidit.	5	
44	In agro Marrucino oliveta, & prata Vectii Marcelli, qui Neronis res procurabat, hujus anni exitu, vel insequentis initio in contrarias sedes trangressa, Plinius non uno loco testatur (*g*). * De Julio Rufo Consule Plinii historiam superius allatam.	6	
45	* Anonymo minùs rectè *Trachala*; & malè apud Lengletum *M. Celerius Trachalus*. Creditur Neronem Consulibus dignitatem ademisse exeunte Aprili mense. Contra Suetonii testimonium (*h*) de arrepto Consulibus magistratu elogii fragmentum Romae visitur a Muratorio publicatum (*i*), ubi legitur NERONE V. ET TRACHA.. In Gruteriano elogio, jungitur Silio, sed ibi multa corrupta indolemus (*k*). ** Alii ante Natalem, & Scipionem sufficiunt M. Plautium Silvanum, & M. Salvium Othonem, quorum dictis aversari videtur Plutarchus, ut eruditè ostendit Muratorius (*l*).	7	

[a] *Pag.* 51. [b] *Annal. pag.* 233. [c] *Vid. Vellej Pater. apud Noris. col.* 421. [d] *Annal. XV.* [e] *In fine XV. Annal.* [f] *Lib. V.* 1. [g] *Lib. II.* 83. *lib. XVII.* 25. [h] *In Neron.* XLIII. [i] *Vid. nov. thesaur. & Annal. pag.* 251. [k] *Pag.* CCC. [l] *Annal. pag.* 254.

Anni Jesu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Impp. Romanorum Galba. Otho. Vitell. Vespas.	Anni Vrbis Con.	Consules
69	71	1. Galba XIII. Kal. Februarii trucidatur, tertio & septuagesimo aetatis anno, imperavitque menses VII. dies VII. M. SALVIVS OTHO Imperii XCV. die, uno se trajiciens ictu finit aetatis anno XXXVII. juxta Tacitum, & Plutarchum; iis unum addit Suetonius. A. VITELLIVS minutissimis ictibus confossus perit aetatis anno VII. supra L. T. FLAVIVS VESPASIANVS 1. (1) Ex Boissardo Gruterus affert elogium, ubi lego SER. GALBA II. TRVINIO . COS (a). Miror nihil a Graevio, aliisque addi de corrupto loco: legendum enim videtur T. VINIO. A Lengleto appellatur *T. Vicinius Crispinianus* perperam omnino. Calvisii, Petavii, Bucherii, Riccioli hallucinationem in hujus Consulis cognomine ostendit Norisius; unde rectiùs, illo duce, Idatianis, Graecisque Fastis *Rufinus* vocabitur, quamvis in elogio per Vignolium publicato unicè legamus T. VINIO (b). (2) Allatam collegiorum digestionem Tacito debemus (c) *Otho -- Consul cum Tatiano fratre in Kalend. Martias — proximos menses Verginio destinat — jungitur Verginio Poppaeus Vopiscus — Caeteri Consulatus ex destinatione Neronis, aut Galbae mansere. Coelio, ac Flavio Sabinis in Julias, Arrio Antonino, & Mario Celso in Septembres, quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit.*	821	Ser. Sulpicius Galba Imp. II. T. Vinius (1) Rufinus } quibus necatis M. Salvius Otho Imp. Aug. L. Salvius Otho Titianus (2) } iis suffect. Kal. Mart. L. Verginius Rufus ✠ Vop. Pompejus Silvanus * } iis suffect. Kal. Maj. . . Caelius Sabinus * * T. Flavius Sabinus } iis suffect. Kal. Septemb. C. Fabius Valens Aul. Allienus Caecina Roscius Regulus } quo pulso unius diei Consul Cn. Caecilius Simplex C. Quinctius Atticus }
70	72	1. 2 (3) Crassi cognomen Muciano addidimus, cum ille idem Consul sit, quem anno V. C. IↃCCCIV. suffectum affirmavimus. Hoc autem tempore cum ex Plinii dictis II. Consul appareat, & III. Consulem fuisse ubique constet, Crassi cognomine minimè defraudandus, cum P. Mucii Scaevolae frater a Muciâ in Liciniam gentem ex Crassi adoptione migraverit (d). (4) Hujus Consulis gentilicia appellatio ignoratur, cum & in antiquis elogiis omittatur DEDIC. XV. K. DEC L. ANNIO BASSO C. CAECINA PAETO CoS Vide in allato elogio Gruteriano Gudii optimam animadversionem (e).	822	T. Flavius Vespasianus Aug. II. T. Flavius Vespasianus Caesar } quibus suff. Kal. Jul. M. Licinius Crassus (3) Mucianus II. * P. Valerius Asiaticus * * } iis suffect. Kal. Nov. L. Annius Bassus C. (4) . . Caecina Paetus }
71	73	2. 3 (5) In Civitate concessâ Veteranis, qui militaverant in Classe Ravennate sub Sex. Lucilio Basso, Vespasianus pater III. Consul recensetur; legimusque subinde NON. APRIL. CAESARE . AVG. F. DOMITIANO CN. PEDIO CASIO, ut videtur caelatoris inscitiâ, cum reddere debuisset CN. PAEDIO CASTO. Consule Sponium (f), & novam Gruteri editionem (g). Notandum, quòd ubique Domitiani praenomen in elogiis desideratur, de quo, Titum fuisse, consentiunt eruditi.	823	T. Flavius Vespasianus Aug. III. M. Coccejus Nerva } quibus K. Mart. suffect. T. (5) Flavius Domitianus Caesar Cn. Paedius Castus }

[a] *Ante pag. CLXXXIX.* [b] *Pag.* 337. [c] *Lib. I. hist. pag.* 236. [d] *Vid. Harduin. in indic. auctor. tom. I. Plin. pag.* 61. [e] *Gruter. thesaur. pag.* CCXXXIX. 3. [f] *Misc. erud. pag.* 245. [g] *Pag.* DLXXIII. 1. *in annotat.* 5.

	Anni vitae C. Plinii Secundi naturalis historiae scriptoris.		Anni vitae C. Plinii Caecilii Secundi epistolarum & panegyrici auctoris.
46	C. Plinius Secundus Res Caesaris in Hispaniâ Citeriori procurat. Galba Imperator adjicit formulae Galliarum Inalpinos Avanticos, atque Bodionticos (*a*) Plinio teste. Vitelliani Capitolium incendunt (*b*). *Vniversae Hispaniae Vespasianus iactatus procellis Reipublicae, Latii jus tribuit* (*c*). * In Taciti codicibus per Lipsium illustratis legitur *Poppaeus*. Verùm *Silvani* cognomen meliùs Pompejo adaptabitur, videturque hic Consul superioris filius, quem ex noto Claudii diplomate (*d*) suffectum una cum Cluvio Rufo innuunt Panvinius, & Pighius (*e*). ** Coelii Sabini praenomen ignoratur: nescio cur utrumque Sabinum omittat Muratorius (*f*): hos ex Tacito jamdiu recensuerat Pighius (*g*). Infra idem Muratorius Marcii Marci (*lege* Macri) Consulis designati memoriam ingerit (*h*), hic tamen consulatum minimè gessit: cum Vitellio imperante Tacitus, *ut Valenti*, inquit (*i*), *& Caecinae vacuos honoris menses aperiret coartati* (sic lego) *aliorum Consulatus, dissimulatus Marcii Macri tanquam Othoniarum partium ducis, & Valerium Marinum destinatum a Galba Consulem distulit* — *Pedanius Costa omittitur*. Quomodo hujusmodi copulentur verbis *quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit*, haud satis intelligo.	8	✠ Verginium Rufum II. Consulem appellamus, cum jam ordinarius illius Consulatus ad annum Vrbis Condit. IↃCCCXV. occurrat: post bimestre Consulatum in patriam sese recepisse multa innuunt, quae firmant hoc anno, vel sequentis exordio L. Caecilium Pliniae maritum obiisse, pueroque suo Caecilio Verginium tutorem reliquisse.
47	Docet Plinius salutarem exortum Vespasiani Imperatoris aequaliter Principem publicasse (*k*). * Licinii Muciani ter Consulis, & scriptoris illustris saepe cum laude meminit Plinius. Ad hunc annum spectant recitata de Vitellii patinâ (*l*) *Mucianus altero Consulatu suo, in conquaestione exprobravit patinarum paludes Vitellii memoriae*. ** Tacitus histor. IV. *eaque omnia Valerius Asiaticus Consul designatus censuit*.	9	
48	Plinius postquam Res Caesarum procuraverat, Romam revertitur.	10	C. Caecilius L. Caecilii, & Pliniae filius ab avunculo C. Plinio Secundo adoptatur, & Romam deducitur una cum matre Pliniâ.

[a] *Plin. lib. III. 4.* [b] *Plin. lib. XXXIV. 7.* [c] *Plin. lib. III. 3.* [d] *Joseph Flav. antiq. lib. XIX.* [e] *Col. 216.* [f] *Annal. pag. 263.* [g] *Col. 219. & 220.* [h] *Pag. 267.* [i] *Histor. II.* [k] *Lib. XXXIII. 3.* [l] *Lib. XXXV. 12.*

Anni Jesu Chr.	Anni Aerae Vulg.	Anni Principatus Imperat. Romanorum T. Flavius Vespasianus Pater.	Anni Vrbis Con.	Consules
72	74	3. 4 (1) Apud Tironem additur Tito Consuli alter annus, atque eàdem ratione in reliquis incedit, sed falsò.	824	**T. Flavius Vespasianus IV.** T. Caesar II. (1)
73	75	4. 5 (2) Si Ligorio fidem habemus, Valerio *Caj*, non Marci praenomen fuit, cum in Q. Caesii monumento scriptum testetur (*a*). IIII. ID OCT. IMP. CAES. FLAVIO . DOMITIANO VIII. ET C. VALERIO MESSALINO CoS Verùm ibi plura & in Imperatoris titulo, & in Consulatus notâ veniunt emendanda, unde potiùs ad C. Messalinum Consulem suffect. spectabit, de quo infra.	825	T. Flavius Domitianus Caesar II. M. (2) Valerius Messalinus
74	76	5. 6 (3) In Muratorii Annalibus irrepsit (typographico vitio ut credendum) *quartus* Vespasiani Consulatus loco *quinti* (*b*).	826	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. V. (3) T. Flavius Vespasianus Caesar III. suffect. T. Flavius Domitianus Caesar. III. K. Jul.
75	77	6. 7 In aenei illius quartarii labro, quod in Regiâ Porticensi Villâ asservatur Anonymus Neapolitanus legit (*c*). IMP. CAES VESPAS. COS . IV * P.X TITI F. IIII MENSVRAE EXACTAE IN CAPITOLIO * Secundo versiculo restitue VI.	827	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. VI. } quibus T. Flavius Vespasianus Caesar IV. } abdic. T. Flavius Domitianus Caes. IV. } K. Jul. M. Licinius Crassus Mucianus III. } suffecti
76	78	7. 8 (4) Tit. Plautium Silvanum II. Consulem Domitiani collegam statuit Panvinius, quod utique accidere potuit, cum in celebratissimo illius elogio ultra primum Claudio imperante Consulatum, legamus HVNC . IN . EADEM . PRAEFECTVRA . VRBIS . IMP. CAESAR . AVG. VESPASIANVS . ITERVM . COS. FECIT (*d*). Certis tamen annis Plautii consulatus affigere deficientibus Priscorum memoriis, haud placuit Muratorio (*e*).	828	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. VII. } abdi- T. Flavius Vespasianus Caesar V. } cantibus V. T. Flavius Domitianus Caesar V. } suf- (4) T. Plautius Silvanus Aelianus * } fecti
77	79	8. 9 (5) Anonymus apud Norisium, cum supra Domitianum unicè inter Consules recenseat, V. Titi Consulatum, loco VI. reposuit, atque hac methodo errans procedit (*f*). Fasti Idatiani duplici errore legunt *Vespasiano VIII. & Domitiano III.*; neque enim Domitiano socius Pater: neque filius tertio, qui sexto Consul processit (*g*).	829	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. VIII. } T. Flavius Vespasianus Caesar VI. } suff. K. Jul. T. Flavius Domitianus Caesar VI. } Cn. Julius Agricola }

[a] *Vid. Gruter. pag. CCCXIV.* [b] *Annal. pag. 301.* [c] *Tom. II. symbol. Gor. pag. 144.*
[d] *Vid. Gruter. pag. CCCCLIII.* [e] *Annal. pag. 308.* [f] *Pag. 351.* [g] *Ann. Chr. 77. col. 256.*

	Anni vitae C. Plinii Secundi naturalis historiae scriptoris.		Anni vitae C. Plinii Caecilii Secundi epistolarum, & panegyrici auctoris.
49	Luna, & Sol XV. diebus deficiunt Vespasiano IV. filio iterum Consulibus, ut Plinius testatur (*a*).	11	C. Plinius Caecilius Romae latinis, & graecis literis operam dat, illumque a pueritià Calpurnia Hipsulla formabat.
50	Circa haec tempora Plinium prima naturalis historiae volumina exarasse conjicio. Messalini Consularis mortem attingit Plinius eo quia admissis ad genua hirudinibus affixum ibi remanserit caput, unde insanabile vulnus emersit (*b*).	12	Plinius Caecilius C. Musonium Philosophum Romae novit, & dilexit. Corellium Rufum Hispullae maritum colit, uti & Fanniam Helvidio Prisco nuptam, illiusque matrem Arriam Thraseae uxorem.
51	Impp. Vespasianus pater, & filius censores censum agunt (*c*).	13	Plinius Caecilius Grammatices studia absolvit, atque hoc anno exeunte latino Rhetori Fabio Quintiliano operam dat.
52		14	Plinius Caecilius XIV. annos natus graecam Tragoediam componit, & Nicetae, & Quintiliani auditorio insistit.
53	Titus Imperator Caesar consulatu V. praeclarum de Acontiis carmen vulgavit (*d*). Aeliani cognomen addimus T. Plautio ex Landato Tiburtino elogio; utque hoc anno illius Consulatum assignemus, facit quòd nusquam Vespasianum patrem Domitiani collegam fuisse inveniamus, unde Domitianus Parentis, Plautius Titi Caesaris locum occupasse credendum est. Verba insuper IMP. CAESAR AVG. VESPASIANVS. ITERVM COS. FECIT videntur ad hunc praecisè annum referenda.	15	Plinius Caecilius virilem togam assumit, & subinde latum clavum.
54	Plinium Secundum *Veronensem* hoc anno naturalem historiam absoluisse tradit Muratorius (*e*). De patrià infra dubitavit (*f*). Nos sequenti anno Plinium opus suum dicasse statuimus. Sextum Titi Consulatum recenset Plinius in operis praefatione.	16	

[a] *Lib. II. 13.* [b] *Lib. XXXII. 10.* [c] *Plin. lib. VII. 49.* [d] *Lib. II. 25.*
[e] *Annal. pag. 310. ann. Chr. LXXVII.* [f] *Pag. 318. Vid. & thes. inscript.*

A. Ae. V.	Anni Princ. Imp. Romanorum Vespa. Pat., & F.	A. Vrb. C.	Consules	An. Vit. C. Plinii Secund. natur. historiae scriptoris.	An. vit. C. Plinii Caecil. Sec. epist. & panegyrici auctoris.
80	9. 10 (1) Lennnclavius (*a*), aliique *Veri* cognomen L. Cejonio addentes pluribus quàm opus sit a Norisio refelluntur; unde duplex Lengleti peccatum (*b*) corrigendum venit, ubi scripsit *L. Caesonius Commodus Verus*. (2) Novius (non Cornelius, ut Panvinio, Lennnclavio, Lengleto) procul dubio appellandus.	830	L. Cejonius Commodus (1) D. Novius (2) Priscus	55 Plinius naturalem historiam Tito dicat. Nec antea, cum intra quadriennium numeret a censu, quem Imperatores Vespasiani pater, & filius egerunt (*d*), & alibi *ea omnia approbantibus* IↃCCCXXX. *annorum eventibus* ipsissimum annum V. Conditae designavit (*e*).	17 Plinius Caecilius in Patronum a Tifernatibus Tiberinis eligitur.
81	10. T. Flavius Vespasianus pater moritur aetatis anno LXIX. superque mensem, ac diem septimum gerens teste Suetonio; Tiro annos unicè refert demptis mense, & diebus: Muratorius (*c*) illum septuagesimo defunctum testatur. Desideratus est VIII. Kal. Julii Imperii anno IX. mense XI. die XXIV. T. FLAVIVS VESPASIANVS filius. Hic cum eodem praenomine, ac cognomine appellaretur: ab historicis *Titus*, parens *Vespasianus* vocatur, ne invicem confundantur. 1.	831	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. IX. } * T. Flavius Vespasianus Caesar VII. } * Defuncto Vespasiano Muratorius probabili conjecturâ suffectos credit. Marcum Titium Frugi Titum Vinium, seu Vinicium Julianum	56 C. Plinius Secundus Misenensis classis praefectus perit clade Campaniae a Vesuvio illatâ, dum pluribus opem ferre nitebatur.	18

Cum anno V. Cond. IↃCCCXXXI. Christianae aerae LXXIX. Magnus Plinius pulcherrimâ Terrarum clade perijerit, illius morte pars Tabularum prima conquiescet. Secunda, quae Plinium Caecilium unicè attingit, XVIII. libri initio praefigetur, ubi retractatis, quae hoc loco summatim colligimus, laborem ad annum V. Cond. CIↃCCCLXXII. Christianae Aerae CXX. deducemus.

[a] *In Dionis indice Consulari.* [b] *Fast. Consular. pag.* 241. [c] *Annal. pag.* 315. [d] *Lib. VII.* 49. [e] *Lib. XXVIII.* 2.

SECTIO. SECVNDA

Antiquorum de C. Plinio Secundo teſtimonia.

DE Cajo Plinio Secundo, ejus vitâ, & rebus geſtis, antequam ſingulari libro agerem, opportunum duxi, utriuſque Plinii confuſionem, & invicem de eorum patriâ diſceptantes indicare: exinde Gentis originem, & elogia omnia perſequi, ut eliminatis erroribus Porta ad Plinianas tabulas panderetur; ibique avunculi Plinii chronica tempora, & res geſtas quaſi per compendium exhiberem. Hoc loco vetuſta de naturalis hiſtoriae ſcriptore teſtimonia proferam, quo munere non omnino ritè functus eſt Harduinus, cum ſelecta ex antiquorum libris accepiſſe affirmavit. Verùm permulta omittit recenſenda; neque ſervatâ temporum ſerie graditur: nonnullaſque immiſcet Neotericorum lacinias, quae minùs ad rem facere videntur: exempli cauſsâ e Brixianis naturalis hiſtoriae exemplaribus Plinii vitam deſumit, quae XV. ſeculo exeunte compacta Plinium matre Marcellâ, ac patre Celere natum ſomniavit. Additur & Petri Quiquerani Senecenſis Epiſcopi elegantiſſimum de Plinio elogium; ſed quod inter vetera Priſcorum teſtimonia minimè erat afferendum, cum XVI. ſeculi initio fuerit exaratum. Nos exordium a M. Fabio Quintiliano faciemus; nam caeteris antiquior non uno loco Plinii meminit, cum de iis ageret, qui de eloquentiae praeceptis tractaverant.

Ex libro III. cap. I. inſtitution.
M. Fabii Quintiliani.

„Scripſit de eadem materiâ non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, non nihil pater Gallio: accuratè verò priores Gallione Celſus, & Lenas, & aetatis noſtrae Virginius (1), Plinius (2), Rutilius.

Idem inſtitutionum lib. XI. cap. ultimo.

„Togam veteres ad calceos uſque dimittebant, ut Graeci pallium, idque ut „fiat, qui de geſtu ſcripſerunt circa tempora illa Plotius, Nigidiuſque praecipiunt. Quo magis miror Plinii Secundi docti hominis, & in hoc utique libro „penè etiam nimiùm curioſi perſuaſionem, qui ſolitum id facere Ciceronem velandarum varicum gratiâ tradit, cum hoc amictus genus in ſtatuis eorum quoque, qui poſt Ciceronem fuerunt, appareat „— — *atque infra* — quo magis miror hanc quoque ſuccurriſſe Plinio curam, ut ita ſudario frontem ſiccari juberet, „ne comae turbarentur, quas componi poſt paullulum, ſicuti dignum erat, pariter vetuit (3).

Ex

ANNOTATIONES.

(1) *Virginius*, an *Verginius* ſcribendum ſit, diſputant eruditi. Vtrâque ratione invenitur. In elogiis vidimus quòd *Verginius* recipitur.

(2) Cum ſuas Oratorias inſtitutiones exararet Quintilianus, Plinium jam vitâ functum indigitat: ſubdit enim. *Sunt & clari ejuſdem operis auctores, qui ſi omnia complexi forent, conſuluiſſent labori meo. Sed parco nominibus viventium*. Sed quâ ratione Plinio Virginium jungit Quintilianus? Videtur enim de Virginio Rufo loqui, quem Anno Chr. 97. V. C. 849. finiſſe certò conſtat. Difficultatem evadere intentat Catanaeus, ut Quintilianum, inſtitutiones Domitiano imperante exaraſſe, quaedam etiam publicaſſe; ſub Trajano demum limata retractaſſe affirmet. Hac in re Cataneo nequaquam ſubſcribo. Vt caetera omittamus argumenta, fieri ne poteſt, ut Quintilianus Domitianum peſſimum Principem Trajano imperante colat, & laudet; hunc verò optimum ubique negligat? Igitur inſtitutionum auctor, vel de alio Virginio loquitur, vel ubi Rufum denotet; illum Plinio annis majorem, aut in exilium pulſum, aut ſeceſſibus gaudentem, falsò pluribus annumeravit, quia ſibi Romam multis jam ab annis incolenti omnino ignotus evaſerat.

(3) Allatis verbis Quintilianus Pliniana *Studioſi* volumina, quibus Orator ab incunabulis inſtruitur, procul dubio attingit. Neque alia ad rem noſtram ſpectantia invenio. Quae verò ex libro XII. 10. afferuntur, extra chorum poſita omni-

Ex tertio epistolarum libro epistolâ quintâ
C. Plinii Caecilii Secundi.
C. Plinius Macro (1) *Suo S.*

„Pergratum est mihi, quòd tam diligenter libros avunculi mei lectitas, ut habere omnes velis, quaerasque qui sint omnes. Fungar indicis (2) partibus, atque etiam quo sint ordine scripti, notum tibi faciam. Est enim haec quoque studiosis non injucunda cognitio. De jaculatione equestri unus (3): hunc cum Praefectus Alae militaret (4), pari ingenio, curâque composuit. De vitâ Pomponii Secundi duo, a quo singulariter amatus, hoc memoriae amici (5) quasi debitum munus exolvit. Bellorum Germaniae viginti (6), quibus omnia, quae cum Germanis gessimus bella, collegit. Inchoavit, cum in Germaniâ militaret somnio monitus. (7) Adstitit ei quiescenti Drusi Neronis effigies, qui Germaniae latissimè victor (8), ibi periit (9). Commendabat memoriam suam, orabatque, ut se ab injuriâ oblivionis adsereret. Studiosi (10) tres in sex volumina propter amplitudinem divisi, quibus oratorem ab incunabulis instituit, & perfecit. Dubii sermonis

„octo

ANNOTATIONES.

omnino videntur, ubi alterutro ex Pliniis velimus adscribere: en verba. *Hinc vim Caesaris, indolem Caecilii, subtilitatem Callidii, gravitatem Bruti, acumen Sulpicii, acerbitatem Cassii, diligentiam Pollionis, dignitatem Messallae, sanctitatem Calvi, reperimus. In his etiam quos ipsi videmus copiam Senecae, maturitatem Afri, jucunditatem Crispi, sonum Trachali, elegantiam Secundi.*

M. Jacobus Thomasius, ne dubitandum quidem affirmavit, quin *Secundi* nomine *Plinius intelligatur;* & postquam dubius haesit, utrum de avunculo, an de sororis filio locutus fuerit Quintilianus; auctoris epistolarum partes amplectitur (*a*). Longiùs processit Schwarzius, qui unicè juniori Plinio allatum Quintiliani testimonium adaptavit (*b*). Ast clarissimorum virorum pace nonne vident Quintilianum illorum prius exempla ponere, qui Avorum aetate floruerant, subinde ad alios transire, qui ipso majores annis procul dubio fuere? Plinius Caecilius quatuor aetatis suae lustra numerabat, cum Domitianus Tito successit: septem cum a suis immanissimus Princeps necatus fuit. Quare ubi medium tempus sumas, non tanti faciendum existimo, ut minor annis XXX. tanquam exemplar ad imitandum proponatur.

(1) *Marci* lectionem fovent exemplar Lincolniense; atque penè omnia, quibus usi sunt antiquiores Plinii Caecilii epistolarum editores, qui XV. seculo vixerunt. Iis addendus est etiam Catanaeus, quamvis contra auctoris sententiam in titulo epistolae Paullus Stephanus ediderit MACRO (*c*). Fatetur tamen Catanaeus quaedam exemplaria *Macrum* habere: quòd Aldini, Taurinensis, Palatini, Bodlejani insigni auctoritate sustinetur, ut superiore libro innuimus. Marci praenomen Mediolanenses epistolarum codices, & naturalis historiae calamo exarata exemplaria, ubi hujusmodi epistola inoculatur, recipiunt. Quos inter Pertusatinus, Parisiensis Regius 1806. Johann. Mansionarius in codice Vaticano 1952. Codex Joh. Baptistae Palmarii. Item typis edita naturalis historia: Venetiis an. 1469. 1472. 1487. 1491. 1496. 1498. 1499. 1518. 1535. 1536. 1538. 1540. 1559. 1571. Romae 1470. Parmae 1476. 1480. 1481. Tarvisii 1479. &c. Coloniae 1525. Basileensis 1535. geminae Lugdunenses 1561. itemque 1563. 1587. & traduces inde deductae. Francofurd. 1582. Comelin. 1593. Parisiensis Audoeni Parvi &c. Elzeviriana 1635. Franciscus Hernandius (*Hernandez*) (*d*). Contra Ambrosianus codex Guarini Veronensis, & allati a Cortio, & Longolio habent MACRO. Editio epistol. Plinii junioris an. 1471. Codex Escorial. epistolar. junioris Plinii.

(2) Syllabi: seu tabulae: Mansionarius perperam legit *judicis*, quòd etiam in Claudii Minois manuscripto irrepsit, uti in Helmstadiensi, quamvis, dum ineptum vocabulum arguere voluit Longolius, optimam scriptionem loco depravatae supponat Waesbergius (*e*).

(3) Ipse Plinius (*f*) *forma equorum, quales maximè legi oporteat, pulcherrimè quidem Virgilio vate absoluta est, sed & nos diximus in libro de jaculatione equestri condito.* Deperditi voluminis titulum habes in codice, quem possidet Jesuitarum Romanum Collegium.

(4) De Alarum praefecturâ quaedam libro II. attigimus; reliqua in Plinii vitâ absolvemus.

(5) Allatus Plinius in naturali historiâ (*g*) *in Caj Caesaris Germanici filii Principatu, anno* CLX. *singulas uncias vini constitisse nobili exemplo docuimus referentes vitam Pomponii Secundi vatis, coenamque, quam Principi illi dedit:* fuit Pomponius Secundus Plinii *amicus*, non gentilis, aut consobrinus, ut suo loco docemus. Laudatur Pomponius ob multam morum elegantiam, & illustre ingenium a Tacito Annal. V.

(6) Vincentius Bellovacensis, & Franciscus Petrarcha Germanica bella, *Romanorum bella* dixerunt, quae XXXVII. voluminibus comprehendunt. Guilielmus Pastregius unum addit, ut XXXVIII. hujusmodi *Romana* bella fuisse somniaret. Plinii Germanicorum bellorum opus affertur a Cornelio Tacito, Suetonio, & Q. Aurelio Symmacho.

(7) Plinius avunculus: *primus omnium instituit Mitres somnio jussus* lib. XXXVI.

(8) Vide L. Senecam (*h*) *in expeditione victor decesserat*. Ibi res gestas, & Drusi Neronis funus pluribus persequitur.

(9) Multa de vitâ, atque obitu Drusi Germanici eruditè hoc loco congessit Catanaeus: consule Dionem lib. LV. & Florum Livii epitomatorem, a quibus diversa de Drusi morte traduntur. Addamus Strabonem, apud quem libro septimo: *est & Sala fluvius, inter quem & Rhenum bellum felici successu gerens obiit Drusus Germanicus: hic non gentes modò plurimas subegit, sed &c.* graecè fluvius dicitur Salas Σάλας (*i*); neque in hanc diem a latino nomine deflexit, tot militaribus expeditionibus, cum Drusianis, nostro etiam tempore, comparandis illustratus. Refert Tacitus Augustum in Drusi honorem (*k*) *asperrimo hyemis Ticinum usque progressum, neque abscedentem a corpore simul Urbem intravisse.*

(10) *Studiosi*, sive de Oratore, ad quos duplici loco Quintilianus respexit, & Gellius (*l*): inanis igitur redditur Barthii conjectura, & suspicio, ut reponeret *studi sui:* nam libros *Studiosorum* inscripsisse modicâ differentiâ Gellius testatur.

[a] *In praefat. ad epist. Plinii Caecil.* [b] *Fol. LXXVI.* [c] *Anno 1601. pag. 158.* [d] *Extat. in Regiâ Mant. Carpetan. bibliothecâ.* [e] *In edit. epist. Plin. Caec. pag. 101.* [f] *Lib. VIII. 42.* [g] *Lib. XIV. 4.* [h] *Consolat. ad Marciam.* [i] *Lib. VII. pag. 447.* [k] *Annal. lib. III.* [l] *Lib. IX. 12.*

„ octo (1) ſcripſit ſub Nerone noviſſimis annis, cum omne ſtudiorum genus paullo „ liberius, & erectius periculoſum ſervitus feciſſet. A fine Aufidii Baſſi triginta u- „ nus (2). Naturae hiſtoriarum triginta ſeptem, opus diffuſum, eruditum, nec mi- „ nus varium quàm ipſa natura. Miraris, quòd tot volumina, multaque in his tam „ ſcrupuloſa homo occupatus abſolverit. Magis miraberis, ſi ſcieris, illum aliquan- „ do cauſſas actitaſſe, deceſſiſſe anno ſexto, & quinquageſimo (3). Medium tempus „ diſtentum, impeditumque quà officiis maximis (4), quà amicitiâ Principum (5) „ egiſſe. Sed erat acre ingenium, incredibile ſtudium, ſumma vigilantia. Lucubra- „ re a Vulcanalibus (6) incipiebat, non auſpicandi cauſsâ, ſed ſtudendi, ſtatim (7) a „ nocte multâ, hyeme verò ab horâ ſeptimâ (8), vel cum tardiſſimè octavâ, ſaepe „ ſextâ. Erat ſanè ſomni paratiſſimi (9), nonnunquam etiam inter ſtudia inſtantis, „ & deſerentis. Ante lucem ibat ad Veſpaſianum Imperatorem, nam ille quoque „ noctibus utebatur (10), inde ad delegatum ſibi officium (11), reverſus domum, quod „ reliquum erat temporis ſtudiis reddebat. Poſt cibum ſaepe, quem interdiu le- „ vem, & facilem veterum more ſumebat, aeſtate, ſi quid ocii, jacebat in ſole (12), „ liber legebatur, adnotabat, excerpebatque: nihil enim unquam legit, quod non „ excerperet. Dicere etiam ſolebat, nullum eſſe librum tam malum, ut non ali- „ quâ parte prodeſſet (13). Poſt ſolem plerumque frigidâ lavabatur (14), deinde gu- „ ſtabat, domiebatque minimum. Mox quaſi alio die ſtudebat in coenae tempus. „ Super hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem curſim (15). Memini quen- „ dam ex amicis, cum lector quaedam perperam pronunciaſſet revocaſſe, & repeti

„ coë-

ANNOTATIONES.

(1) Citantur a Priſciano, Diomede, Chariſio, & a Gregorio Turonenſi, qui dubii ſermonis volumina, grammaticae artis libros appellavit.

(2) Ad hos provocat Cornelius Tacitus (*a*). Vbi coeperint haud ſatis conſtat. Quod certum eſt Neronis, & Flaviae domus, nempe Titi Veſpaſiani, ac Titi filii res geſtas comprehendebant.

(3) Fallitur Scipio Maffejus, qui decem annos Plinii vitae addidit.

(4) Praeter Miſenenſis claſſis praefecturam, & ampliſſimas Procurationes, alia ſenatoria munera exercuiſſe ex allatis verbis conjicimus: ut contra Johannis Maſſonii ſententiam ſeniorem Plinium gradus equeſtri ſuperiores obtinuiſſe probabimus.

(5) Praeſertim Veſpaſiani, ac Titi.

(6) Nonnulli legunt Vulcanalibus rejectâ particulâ *A*, ut Aldus, & Hearnius, haec imminutio MSS. Codicibus, Catanaeo, Scheffero, Cortio, Longolioque omnino ignota evaſit. Feſta intelligit Vulcano dicata, quae duobus vicibus agebantur: circa XI. Kal. Quintiles, ſeu Junias (*b*), iterumque die Auguſti XXIII. incipiebant. De ſecundis unicè loquitur Ga. Bucelinus (*c*); Pet. Corradinus (*d*) de primis X. Kal. Sextil.

(7) Exemplariorum inconſtantia (quorum nonnulli *aeſtate* pro *ſtatim* recipiunt, alii ineptiùs, uti apud Gryphium utrumque, *aeſtate ſtatim*) anſam inopportunis interpretationibus dedit. Genuinae ſcripturae ſenſus per ſe patet. Exactis Vulcano feſtis diebus lucubrare a nocte multâ incipiebat. Neque enim id ante contingere poterat, cum Junio, & proximo ſeſquimenſe noctes a diebus longo intervallo ſuperentur. Poſtquam autumnum hyems exceperat ſtudiis vacabat horâ ſeptimâ, ſaepe ſextâ, vel cum tardiſſimè octavâ.

(8) Cortius rectiorem Medicaei exemplaris ſcripturam judicavit *hyeme verò horâ ſeptimâ*. Caetera omnia habent *ab horâ*, quod utique optimè incedere videtur. *Vulcanalibus* --- *a nocte multâ* --- *hyeme* --- *ab horâ ſeptimâ*.
Romani diem civilem a mediâ nocte inceptum, ſubſequenti nocte mediâ finiebant, idque ſpatio vigintiquatuor horarum; haec pari intervallo noctem a die dividebant. Diem naturalem appellabant tempus, quo Sol partem Circuli deſcribit ab uno ad aliud Horizontis punctum, nempe ab oriente ad occaſum. Hinc eſt, quòd conſtanter horas duodecim ab ortu Solis ad occaſum numerabant, & duodecim ab occaſu ad ortum. Exceptis igitur aequinoctii temporibus omnes horae inequales erant. Hinc horâ ſeptimâ, quâ lucubrare Plinius incipiebat, reſpondet ſeptimae Itali horologii.

(9) *paratiſſimi*. Ita Ald., Medicaeus, Oxonienſis, Bongarſ. Helmſtad. Codices legunt, & vocem egregiè probavit Claudius Minos, & Graevius in Epiſtolâ 145. ad Heinſium. Id ſequentia innuunt, quòd ſomnus inter ſtudia inſtaret, & aufugeret --- atque infra *Aeſtate ſi quid ocii ſuppeteret*, *minimum dormiebat*. Cataneus habet *parciſſimi*. Secundis tamen curis addidit alios legere *paratiſſimi*. Neſcio cur Harduinus primam ſecutus fuerit. Haec aliquâ ratione ſuſtinetur, cum Plinius ipſe in praefat. ad Titum *Cum ſomno*, inquit, *valetudinem computamus*. Notandum de Harduino ſuppoſititium pannum Plinianam praefationem affirmaſſe, atque allata ultima verba tanquam genuina in annotatis ad hanc epiſtolam exhibere. L. Seneca --- *Dormio minimum*. *Conſuetudinem meam noſti: breviſſimo ſomno utor, & quaſi interjungo* (*e*).

(10) Veſpaſianus maturiùs ſemper & de nocte vigilabat. Sueton. in Veſpaſiano.

(11) Quod praeciſè fuerit ignoramus; fortaſſis Aerarii Praefectura.

(12) Conſule ad hunc Plinii locum Ludov. Coel. Rhodigin. libr. XXVII. cap. XXIV. col. 1049.

(13) Magnam Plinii modeſtiam, & diligentiam hujuſmodi oſtendunt.

(14) L. Seneca *ab hac fatigatione magis quàm exercitatione in frigidam deſcendi* (*f*).

(15) Cum tempus meditationibus minus eſſet opportunum.

[a] *Hiſtor. lib. II. pag. 270.* [b] *Conſ. Ovid. apud Catan. hoc loco.* [c] *Bucel. in Nucleo ponit die XXIII. & XXVII.*
[d] *Vet. Lat. Tom. I. pag. 276.* [e] *Epiſt. LXXXIII.* [f] *Cit. Epiſt.*

„ coëgiſſe; huic avunculum meum dixiſſe, *intellexeras nempe?* quum ille annuiſſet.
„ *Cur ergo revocabas? decem amplius verſus* [1] *hac tuâ interpellatione perdidimus*: tanta e-
„ rat parſimonia temporis. Surgebat aeſtate a coenâ, luce [2]: hyeme intra pri-
„ mam noctis [3], & tanquam aliquâ lege cogente: haec inter medios labores, ur-
„ biſque fremitum: in ſeceſſu [4] ſolum balinei tempus ſtudiis eximebatur. Cum di-
„ co balinei, de interioribus [5] loquor: nam dum deſtringitur, tergiturque, audie-
„ bat aliquid, aut dictabat. In itinere quaſi ſolutus caeteris curis, huic uni vaca-
„ bat. Ad latus notarius cum libro, & pugillaribus, cujus manus hyeme manicis
„ muniebantur, ut ne coeli quidem aſperitas [6] ullum ſtudiis tempus eriperet, quâ
„ ex cauſſâ Romae quoque ſellâ vehebatur. Repeto me correptum ab eo, cur am-
„ bularem: poteras, inquit, has horas non perdere. Nam perire omne tempus ar-
„ bitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur. Hac intentione tot iſta volumina pe-
„ regit [7], electorumque commentarios centum ſexaginta mihi reliquit opiſtogra-
„ phos quidem, & minutiſſimè ſcriptos, quâ ratione multiplicatur hic numerus.
„ Referebat ipſe potuiſſe ſe, cum procuraret in Hiſpaniâ, vendere hos commentari-
„ os Lartio Licinio [8] quadringentis millibus nummûm [9], & tunc aliquanto pau-
„ ciores erant. Nonne videtur tibi recordanti quantùm legerit, quantùm ſcripſerit
„ nec in officiis ullis, nec in amicitiâ Principum [10] fuiſſe? Rurſus cum audis quid
„ officiorum [11] ſtudiis laboris impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis nec legiſſe? Quid eſt
„ enim, quod non aut illae occupationes impedire, aut haec inſtantia non poſſit ef-
„ ficere? Itaque ſoleo ridere cum me quidam ſtudioſum vocant, qui ſi comparer
„ illi ſum deſidioſiſſimus: ego autem tantùm, quem partim publica, partim amico-
„ rum

ANNOTATIONES.

(1) Verſuum nomine, non carmina intelligit, ſed quae *lineae* a ferreis ſcriptoribus appellantur. Plinius idem lib. IV. epiſt. 11. *Denique quidquid voles: dummodo non minùs longâ epiſtolâ nuncia. Ego non paginas tantùm, ſed etiam verſus, ſyllabaſque numerabo.* Egregiè de more Sacyus in gallicâ verſione *Votre interruption nous coûte plus de dix lignes* (a).
(2) Antequam Sol nobis eriperetur.
(3) Italici gnomonis horâ XXIII., quod Gallico reſpondet inter ſeptimam, & octavam.
(4) Aldini codicis lectionem utpote caeteris meliorem plerumque ſequor, & rarò ab iſto diſcedendum puto. Hoc loco vitioſâ interpunctione ſcribentis ſenſum turbavit; idque fortaſſis Typographi incuriâ accidit. *Seceſſus* porrò vocat rura, villas, & cum extra urbem moraretur. Vox Plinio Caecilio frequens. In allatâ Epiſtolâ primâ libri II. de Verginio Rufo loquens. *Sic candidatum me ſuffragio ornavit, ſic ad omnes honores meos ex ſeceſſibus adcucurrit, cum jam pridem ejuſmodi officiis renunciaſſet.* Schefferi reſtitutionem, ſeu dubia, ſi non abſurdiſſima, prorſus importuna judicant omni jure Cortius, & Longolius, quos conſule pag. 197.
(5) Interiora balinea vocat, quae ad ſecretiorem partium munditiem ſpectant.
(6) Cum in Germaniâ praeſertim iter haberet.
(7) Vide quanta fuerit Plinii diligentia: nihilotamenminùs nonnulli illum oſcitantiae reum facere nequaquam erubuerunt.
(8) De Lartio Licinio jura in Hiſpaniis reddente fusè agemus in Plinii Vitâ. Perperam legi *Lartii* nomen loco *Largii* contendunt Cortius, & Longolius Medicaei, & Riccardiani codicum auctoritate: iis permulti accedunt, quos inter Catanaeus, & Dalecampius. Nihilo tamen ſecius Lindenbrog., Helmſtadienſis, Oxonienſis, Arnzenianus, Aldinus conſpiranter habent *Lartio Licinio*: quod convenit ipſius avunculi Plinii dictis Natural. hiſtor. (lib. XIX. 2.) In edition. Epiſtol. Plin. an. 1471. *Larcio*, quod idem Romanis indifferenter utrâque literâ utentibus: quâ etiam ex cauſâ Harduino potiùs quàm aliis corruptis exemplaribus accedere poterant Cortius, & Longolius.
(9) Decem aureorum millia interpretatur Budaeus. Gallicae monetae libras, ſeu *Florenos*, ut ajunt, 40000. conficere aſſerit poſt Sacyum Harduinus: aliis alia, de quibus infra.
(10) *Principis* loco Principum legere maluit Longolius multis ſuffragantibus codicibus. Nec illum movent, quòd antea aſſerat medium tempus diſtentum, impeditumque egerit, quà officiis maximis, quà *amicitiâ Principum*. Cum Plinium Veſpaſiano, & Tito carum vixiſſe ſciamus, atque amicitiam cum Tito uſque a caſtrenſi contubernio coluiſſet; nullam invenio rationem, ut a veteri ſcripturâ recedamus. Longolio tamen Claudius Minos, & Regia exemplaria, & Neapolitana editio an. 1476. quae contulit Fridericus Brumerus, apertè ſuffragantur.
(11) *officiorum ſtudiis*. Catanaeus *quid ſtudiis*.
Hac recepiâ lectione Schefferi difficultas de medio tollitur. Pleraque enim exemplaria habent *quid ſtudiis laboris impenderit*. „ Debebat, inquit Schefferus, oppoſitionem hoc loco dici, quia praecedit *rurſus cum audis*, id nempe quod „ priori eſt adverſum. Itaque legendum, *quid iis laboris impenderit*, illudque *iis* de officiis, & amicitiâ Principum „ accipiendum. Qui non intellexit illud *iis*, explicavit de ſtudiis; hinc Gloſſa, & per Gloſſam textus depravatio. „ Longolius indoluit Schefferum plerumque adeò infeliciter ingenium ſuum experiri: habuit tamen hîc ſocios dubitationis, qui ediderunt *quid officiorum ſtudiis laboris impenderit*. Illud Scheffero objiciam, quòd malus latinitatis auctor Plinio manus admoverit, & nullo ſuffragante exemplari conjecturis indulgeat; quod ultimum Barthio quoque hoc loco opponam. Verùm, ubi non *iis*, ſed *officiorum ſtudiis* apertè legamus in Aldino, aliiſque exemplaribus, cur Schefferi judicium minimè ſequemur? Tanta legit, & ſcripſit, ut nec in officiis, nec in amicitiâ Principum fuiſſe; tantùm offi-

[a] *Tom. II. pag. 195.*

„rum officia distringunt. Quis ex istis, qui totâ vitâ literis assident, collatus illi, „non quasi somno, & inertiae deditus erubescat? extendi epistolam, cum (1) hoc „solum quod requirebas, scribere destinassem, quos libros scripsisset. Confido ta- „men, haec quoque non minùs grata, quàm ipsos libros futura, quae te non tan- „tùm ad legendos eos, verùm etiam ad simile aliquod elaborandum possunt aemu- „lationis stimulis excitare.

Idem ex quinto epistolarum libro epist. octavâ.

C. Plinius Capitoni (2) Suo.

„Suades, ut historiam scribam, & suades non solus, multi me hoc saepe monuerunt, „& ego volo, non quia commodè facturum esse confido (id enim temere credas „nisi expertus) -- Me verò ad hoc studium impellit domesticum quoque exemplum. „Avunculus meus, idemque per adoptionem pater, historias, & quidem religiosis- „simè scripsit. Invenio autem apud sapientes (3), honestissimum esse, majorum ve- „stigia sequi, si modò recto itinere praecesserint, &c.

Idem libro sexto epistolâ sextadecimâ

C. Plinius Tacito Suo S.

„Petis, ut tibi avunculi (4) mei exitum describam, quo veriùs tradere posteris „possis. Gratias ago, nam video morti ejus, si celebretur a te, immortalem glo- „riam esse propositam; quamvis enim pulcherrimarum clade terrarum, ut populi, „urbesque (5) memorabili casu, quasi semper victurus, occiderit (6): quamvis ipse „pulcherrima (7) opera, & mansura condiderit, multùm tamen perpetuitati ejus „scriptorum tuorum aeternitas addet. Equidem beatos puto, quibus Deorum mu- „nere datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda, beatissimos verò qui- „bus utrumque. Horum in numero avunculus meus & suis libris, & tuis erit. „Quo libentiùs suscipio, deposco etiam, quod injungis. Erat Miseni, classemque „praesens imperio regebat Nono Kal. Sept. (8) horâ diei (9) ferè septimâ. Mater

Tom. I. P „mea

ANNOTATIONES.

officiorum studiis impendit, ut nec scripsisse satis, nec legisse videretur. Nullam enim invenio necessitatem, ut studia a studiis separemus, exempli caussâ legere, & scribere studere est: sed aliâ ratione officiorum studia accipit Plinius, nam legendi & scribendi, *occupationes* ab illo: studiorum officia, *instantia* statim dicuntur.

(1) *quamvis* ex Medicaeo legit Longolius: caeteri *cum*; utrumque idem significant.

(2) Aldino Codici, ut solemus, hoc etiam loco adhaesimus, cui Medicaeus, & reliqua exemplaria subscribunt. Apollinaris Sidonius non Capitonis, sed Cornelii Taciti nomen legisse innuit (*a*). Ita etiam emendatiores libros proferre Savaro affirmavit. Verùm Longolius hoc a Savarone dictum, sed minimè probatum adnotavit. Id vitii Savaroni objici posse alibi ostendemus. Vnicus Claudius Minos ad oram paginae apposuit Taciti cognomen; quà id egerit auctoritate prorsus ignoro, nisi ad Sidonii verba tantùm respexisse conjiciamus; quibus potiùs, quàm Plinii Codicibus adhaerere maluit Tillemontius.

(3) In Aldi, seu Aloysii Mocenici Codice (quem Typographus Plinii aetate descriptum judicabat, quique venerandae saltem vetustatis fuit) scribitur *sapienteis*, atque alibi *omneis*, *naveis*; id moris fuisse Plinio Caecilio ostendit Chaillius orthographiâ testimonium, quod libro I. attulimus.

(4) *avunculi*. Codex Aldinus ubique legit *avonculi*, quae scribendi methodus non tantùm in vetustis exemplaribus (ubi toties *o* loco *u* invenitur) sed in ipsis quoque marmoreis elogiis aliquando reperitur.

(5) *ut populi*, *urbesque*. Ita nostri Codices. Vix notandâ diversitate Aldus, Catanaeus, Longolius, & Cortius, Harduinus: *ut populi*, *ut urbes*, quod in idem collineat. *Populorum* nomine Campanos, *Urbium* Pompejos, & Herculanium designat, unde Casaubonus frustra auctorem sollicitat legens *ut populi*, *ut urbis*.

(6) *occiderit*. Apparet quàm vana sint hominum judicia. Ex tot avunculi voluminibus vix superest naturalis historia. Ex Taciti laboribus plura interciderunt, & praesertim libri, ubi Plinii mortem enarravit.

(7) *pulcherrima*. Ex repetitione vocabulorum *quamvis* ---- *pulcherrima* elegantem sententiae vim adjecit.

(8) *Nono Kal. Sept.* In plerisque Codicibus monstra lectionum hoc loco invenies, alii VIII. *Kal. Sept.*, alii III. *Non. Novemb.* quidam *Calend. Novembris*: ultimis permulti adhaerent, atque Harduinus prae caeteris. Recepta a nobis lectio a Mediolanensibus, ab adductis per Aldum, Catanaeum, Cortiumque exemplaribus, aliisque argumentis firmatur, quae omnia in Plinii Vitâ exhibebimus. Hanc sequitur illustris Hospitalius, atque Artenaeus (*b*), & Clariss. Joh. a Turre (*c*): nonus dies ante Kalendas Septembris nobis diem Augusti 24. sonat. Cortius, qui legit *nonum Kalendas Septembres hora fere septima* addit, *in veterrima ista lectione nihil vitii latet, si modo concisam dicendi rationem agnoscas, dicunt enim* nono, & nonum *Kalendas Septembres pro* ante diem nonum *Kalendas Septembres, quod alibi monstravimus*.„ Novi etiam Harduinum apud Plinium avunculum legere (*d*). *Favonium quidam a.d.* VIII. *Kalendas Martii Chelidoniam vocant*, atque interpretari *ante diem octavum Kal.* Ostendam ante diem VIII. Kal., ipsum diem octavum ante Kalendas significare, quamvis ignorem ex traditâ per Cortium regulâ, si dies ante nonum Kalendas Septem-

[a] *Libr. IV. 21.* [b] *Notiones Hercul. pag. 10.* [c] *Histor. Vesuvii Cap. IV.* [d] *Lib. II. 47. pag. 97.*

„mea indicat ei apparere nubem inuſitatâ magnitudine, & ſpecie. Uſus ille Sole „(1) mox frigidâ (2), guſtaverat jacens, ſtudebatque: poſcit ſoleas(3), aſcendit lo„cum, ex quo maximè miraculum illud conſpici poterat. Nubes (4) incertum pro„cul intuentibus ex quo monte (Veſuvium fuiſſe poſtea cognitum eſt) oriebatur, „cujus ſimilitudinem, & formam non alia magis arbor, quàm Pinus expreſſerit: „nam longiſſimo velut trunco elata(5) in altum quibuſdam ramis diffundebatur, „credo quia recenti ſpiritu evecta, deinde ſeneſcente eo deſtituta, aut etiam pon„dere ſuo victa in latitudinem vaneſcebat (6), candida interdum, interdum ſordi„da, & maculoſa prout terram, cineremve ſuſtulerat. Magnum propiuſve noſcen„dum, ut eruditiſſimo viro viſum (7). Jubet liburnicam (8) aptari, mihique ſi „venire unà vellem facit copiam; reſpondi ſtudere me malle, & fortè ipſe „quod ſcriberem, dederat. Egrediebatur domo (9), accepit (10) codicillos (11) Recti-

„nae

ANNOTATIONES.

tembres ſit in ipſo termino comprehendendus, an ſeparandus: hinc eſt, quòd Sacyus diem Auguſti viceſimum tertium, pro viceſimo quarto, apud Plinium Caecilium hoc loco reddidit (*a*): quare Nono Kal. Septembres mihi ſonat dies Auguſti viceſimus quartus.

(9) *horâ diei*. Vt *diei* vocabulum contra Cortium recipiamus, Aldi, & Catanaei vetuſtiſſima opponimus exemplaria, quibus Mediolaneuſes etiam codices accedunt. Quamvis enim utroque modo dicatur *hora ſeptima*, & *hora diei ſeptima*, videtur quòd hiſtoriam adjecto *diei* vocabulo nitidiùs epiſtolae auctor exordiatur, cum paullo infra Tacito reſcribenti, ut ei narraret, quos caſus, & metus Miſeni relictus pertulerit, *jam hora*, inquit (*b*), *diei prima*, *& adhuc dubius*, *& quaſi languidus dies*.

(1) *Sole*. Id moris Plinio fuiſſe docet ſuperior allata epiſtola: *aeſtate ſi quid ocii jacebat in Sole*. Senex quidam (imò decrepitus) ex Divi Dominici Familiâ, nudum caput cotidie ardentibus Solis radiis exponens, amicis rem improbantibus reddere ſolebat: Planetarum principis vî omnia reviveſcere.

(2) *frigidâ*. Aldinum exemplar, aliudque pulcherrimum, & vetuſtiſſimum, quod in Bibliothecâ *Capitulari* Mediolanenſis Eccleſiae aſſervatur, hoc loco ſequor: iis adſtipulantur nonnulla a Paullo Daniele Longolio, & Cortio recenſita. Maſſonius Harduinum jure meritoque arguit, quòd omnia in hanc ſpeciem turbaverit. *Surgit ille ut e Sole ſolebat frigidâ guſtatâ*, *jacens enim ſtudebat*. Corruptae lectionis ineptia non tantùm a bonis codicibus, ſed ex ipſâ verborum texturâ oſtenditur; illud ſanè *e ſole ſolebat* Caecilianum ſtylum minimè ſapit.

(3) *poſcit ſoleas*. Harduinus, aliique *popoſcit ſoleas*. Invenio apud Senecam patrem (*c*) *Praetor ad occidendum hominem ſoleas popoſcit*. Vtrumque Plinio familiare. Vt praeſens recipiam, jubent noſtra exemplaria. Alibi etiam de Spurinnâ (*d*) *manè lectulo continetur*, *horâ ſecundâ poſcit calceos*. Erant ſoleae calceamenti genus, quo plantarum partes infimae tegebantur.

(4) Hinc incipit parentheſis in Waesbergii editione, ubi & alia minoris negocii invenies, quae neque approbo, neque rejicio.

(5) *elata*. Harduinus *efflata*.

(6) *vaneſcebat*. Ita noſtri Codices, Hermolaus, Aldus, Catanaeus, Harduinus. Nonnullis, & Longolio inprimis arriſit *evaneſcebat*. Noſter ad Minicium Fundanum (*e*) *magnificum* --- --- *ipſo qui geſſerat recenſente*, *vaneſcit*.

(7) *viſum*. Apparet Plinium miraculi noſcendi deſiderio motum, neque ullâ dignum objurgatione; ſubinde ut Rectinae auxilium, aliiſque ferret periculo irretitum; quod aequè pulchrum, & magnum eſt, ac ſi res e voto ei ceſſiſſet.

(8) *jubet liburnicam*. Ab hiſce verbis incipit docta Anonymi Neapolitani Plinianae epiſtolae interpretatio, quâ Gorius Symbolarum volumen alterum ditavit (*f*).

(9) *egrediebatur domo*. Cum domo egrederetur oblatae ei fuerunt breviores epiſtolae Rectinae, quae imminenti periculo exterrita, Praefectum Miſenenſis claſſis rogabat, ut ſe tanto diſcrimini ſubduceret; nam cum illius villa Veſuvio ſubjaceret, nulla terreſtris evaſionis ſpes aderat deſcendentibus a monte flammarum torrentibus; ideoque non alia niſi navibus fuga. Meliorem corruptiſſimo loco medicinam ex ſequentibus aptari poſſe vix credam.

(10) *accepit*. Ita Codices Voſſianus, Helmſtadienſis, Hermolaus, Harduinus, & vetuſtiores utriuſque Plinii editiones, quibus accedunt Neapolitana exemplaria ab Anonymo relata, nec aliter legiſſe videtur Ludovicus Dominicus, quamvis ea addat, quae minùs ad rem: *Egli uſcì di caſa*, *dove gli fu dato un memoriale dal nocchiero ſpaventato*. Alia adeſt lectio magnis invicem patronis ſuſtentata. *Accipit codicillos;* hanc ſequuntur Barbarus, Aldus, Catanaeus, Cortius, Sacyus. Non admodum arriſit Caſaubono, qui „ *malim*, ait, egreditur domo, accipit codicillos, *niſi accipias* „ *pro cum egrederetur domo*, *& referas ad illud* orabant, *quod ſequitur*. „ Sed in vocabulo *egrediebatur* omnes omnino codices conveniunt; quare inde etiam orationis textura ſibi magis cohaeret, ubi legas *egrediebatur domo*, *accepit codicillos*.

(11) *codicillos*. Accipit, ſeu accepit codicillos interpretantur Buchnerus, Sacyus, & Anonymus (*g*) Claſſis Praefectum tabulas ſumpſiſſe, ad ea inſcribenda, quae oculis deprehendiſſet. Fateor *accipere codicillos*, & hanc inter tantas induere ſignificationem. *Accipere*, ideſt prae manibus ſumere, Plinius denotat de Verginio Rufo (*h*) *librum*, *quem forte acceperat grandiorem*, *& ſeni*, *& ſtanti ipſo pondere elapſus eſt*. Legimus itidem, *poſcit codicillos*, *legatum Regulo ſcribit* (*i*): quod ſonat: *domanda il ſuo libro di memorie*, *ed in eſſo nota di ſua mano un legato*, *che laſcia a Regolo*. De teſtamentariis codicillis interpretatur Sacyus, a quo malim hoc loco diſcedere, quamvis codicilli ad ultimam voluntatem ſpectantes perſaepe a Plinio memorentur. Non omittendum tamen eàdem frequentiâ codicillos pro epiſtolis poſuiſſe: *quòd hunc librum cum amicis recitare voluiſſem*, *non per codicillos*, *non per libellos* (*k*) — *Mater Romani liberalitatem Seſtertii quadringenties*, *quod conferre ſe filio codicillis ad patrem tuum ſcriptis profeſſa fuerat* (*l*). Vt autem ad rem noſtram propiùs revertar, codicillos ſecum avunculum Plinium tuliſſe, utique credo, cum omnes illius mali motus enotaverit; ſed hìc de receptis a Rectinâ codicillis agitur, niſi auctoris mentem torquere malint diverſa opinantes; Nam ſi de codicillis avunculo inſervientibus loqueretur Plinius Caecilius, utique ſcripſiſſet. *Accipit codicillos*, *egreditur domo;* quare cum egreſſus domo acceperit codicillos, de brevioribus ſibi a Rectinâ miſſis epiſtolis ſermo habetur;

[a] *Tom. II. pag.* 124. [b] *Lib. VI.* 20. [c] *Lib. IV. controv.* 25. [d] *Lib. III.* 1. [e] *Lib. I.* 9. [f] *Decad. Roman. Tom. II. pag.* 56. [g] *Epiſt. I. pag.* 66. [h] *Lib. II.* 1. [i] *Lib. II.* 20. [k] *Lib. III.* 18. [l] *Lib. X. ad Trajan.*

„nae (1) Ithacesiae (2) imminenti periculo exterritae, nam villa ejus (3) subjace-

ANNOTATIONES.

betur; videoque Anonymum Neapolitanum in secundâ epistolâ, huic potiùs, quàm prius dilectae opinioni accessisse (*a*).

(1) *Rectinae*. Innumerae hìc nos urgent difficultates: ut labyrintheis tamen e flexibus egrediamur, nobis daedaleam opem praestabunt antiqui codices, ubi manifestè *Rectinae* nomen apparet. Neque enim Villa Plinio codicillos mittere poterat, ut illam imminenti periculo subduceret. Fateor in editione epistolarum principe occurrere *Retine*: verùm melioris notae codices disertè praeseferunt *Rectinae*. Ipsa tamen editio anni 1471. eâ ratione sequentia refert, ut de villâ, cui *Retinae* nomen fuisset nemo possit interpretari. Id erroris ab hujus epistolae enarratoribus adoptatum suspicor a proximo Resinae viculo, atque ex hujus vocabuli *Rectinae* ignoratione, utpote quod in Romanis elogiis haud facilè inveniatur. Attamen, ni fallor, haec fuit illius Rectinae mater, quae Voconio utriusque Plinii amicissimo nupta memoriam a Viro promeruit, & Sagunti prope maximi templi gradus a Schotto, & Grutero in hanc speciem exhibetur (*b*).

POPILIAE . L. F.
RECTINAE . AN. XVIII.
C. LICINIVS . C. F.
GAL. MARINVS
VOCONIVS . ROMANVS
VXORI.

Ad hanc tuendam lectionem multa sanè congruunt, quae suo loco in utriusque Plinii vitâ attingemus: Ignoscendum tamen antiquioribus si in diversa abierunt, cum in permultis exemplaribus Rectinae vocabulum depravetur, & sequentia, monstra dictionum comprehendant, Hermolaus Barbarus aliquâ ratione corrupto loco mederi cogitavit, testatus hanc veterem esse lectionem (*c*) „ *Accepit codicillos Rectinae Encassi imminenti periculo exterritae. Nam villa ejus subjacebat, nec ulla nisi navibus fuga: ut se tanto discrimini eriperet, orabat*, infra addit „ Retina verò, sive Resina viculus sub Miseno est, hodieque ita vulgo dictus, quod & Parthenopaeus Aelius me prior monstravit, ut vel nomen loci sit, vel foeminae, aut viri proprium. Sunt qui legant ita: „ *Accepit codicillos Retinae Caesii: ea imminenti periculo exterrita, nam villa ejus subjacebat* --- ut Retinam intelligant uxorem Caesii ejus fuisse, ad quem Persius *Admovit te bruma foco jam Basse Sabino*. Probus *Caesium*, inquit, *Bassum poetam lyricum fama est in praediis suis ardente Vesevo monte, & late vagantibus ignibus cum villa sua exarsisse*: Fabius. *Inter lyricos*, inquit, *Caesius Bassus, quem nuper vidimus*: sunt qui sic: *accepit codicillos Retinae: ea Clastri imminenti periculo exterrita*, quasi Clastrum sit locus is, qui hodie a Resina tribus fermè passuum millibus Calastrum dicitur modicè curvato littore, quo Herculanenses, & Resinates pro navali, stationeque utantur, ita ut Retina mulieris nomen fuerit, quae id & loco dederit. „

Ediderat Catanaeus *Retinae Classiarii imminenti periculo exterriti* (*nam villa ea subjacebat, nec ulla nisi navibus fuga*) *ut se tanto discrimini eriperet, orabant*. Ita etiam in epistolae corpore vulgavit: Cortius addidit tamen „ aliquid vitii subesse Codd. produnt. Medicaeus *Rectinae Tasci imminenti periculo exterritae*, Arnz. *Rectinae Nasci imminenti periculo exterritae*. Helmst. *Rectine irasci imminenti periculo exterritae*. Oxon. in margine *Error retinere soror imminenti periculo exterritae*. Ed. Vet. *Retinere Classiarii imminenti periculo exterriti*. Aldus *Rectinae nasci imminenti periculo exterritae*: plane ut Arnzenianus: Gryphius *Retinae amici imminenti periculo exterriti*. Ex illo *Tasci*, *Nasci*, *irasci*, quod in MSS. haeret, eliciendum erit aliud vocabulum, quod aptius sit nexui orationis, quam vulgatum *Classiarii*, quod ex ed. vet. absumpserunt, in primis quia sequitur in MSS. *exterritae*, & *orabat*. Mihi incidit adfecto loco sic mederi: *Retinae* classis *imminenti periculo* exterrita (nam villae ei *subjacebat*, *nec ulla nisi navibus fuga*) *ut se tanto discrimini eriperet, orabat*. Sic sensus est apertus, & oratio rectè procedit. Simul patet τὸ *Classiarii* Glossam esse τοῦ *classis*. *Classis exterrita orabat*. „

Ex tam claris veteris scripturae indiciis, cum agnovisset Cortius expungendos a Plinii epistolâ *Classiarios*, nescio quâ ratione ad Classem confugiat, cujus ne umbra quidem in omnibus codicibus a Friderico Brumero, atque a Neapolitano Anonymo inspectis. Ex editione principe (quae prodiit anno 1471., quamvis id Anonymus rescire non potuerit) (*d*) sequentem affert lectionem: *Egrediebatur domo, accepit codicillos Retinae Itacesiae imminenti periculo exterritae, nam villa ejus subjacebat, nec ulla nisi navibus fuga, ut se tanto discrimine eriperet, orabat*.

Editio princeps in eo differt ab Aldino, Medicaeo, & Arnzeniano exemplari, quòd unam omittat in Rectinae cognomine literulam; in reliquis, & praesertim in addito *Ithacesiae* vocabulo rectiùs incedit. Quare a Rectinâ missos Plinio codicillos dicemus, cujus imperio subditi apud Misenum, & non alibi, degebant Classiarii. Qui Classem, vel Classiarios in sequentis Plinii epistolâ adoptarunt, eâ ex causâ fecisse videntur, quia Retinam Miseno subjacentem villam post Hermolaum scripsere. Hos inter primum Catanaeo locum dabimus. Ex recentioribus illos sequuntur Sacyus, Maffejus (*e*), Bellogradus (*f*). Illos in errorem adduxit Miseni recordatio epistolae enarratoribus familiaris, & Classiariorum nomen in ipso epistolae corpore ingestum. Verùm per se patet, vel Hermolao excidisse Misenum pro Vesuvio, vel typographico mendo in Plinianis castigationibus irrepsisse. Hac igitur in re omnino Neapolitano Anonymo subscribendum, qui nullam circa Misenum *Retinae*, aut *Resinae* villam unquam fuisse innuit (*g*). Neque sanè Hermolai Barbari aevo *sub Miseno* extabat. Quare cum Hermolaus (qui Musarum ore loquebatur) hoc loco non solitâ methodo incedat: apertè ostendit *Misenum* pro *Vesuvio* nominasse. Quis enim viculum *sub Româ*, *sub Parmâ* adesse scriptitabit? Contra optimè *sub Vesuvio*, ut Plinius avunculus *oppidum sub Rhodope* (*h*), & alia itidem sub montibus describit. Neque aliquis ab oppido Miseni ad promontorium confugiat, cum nulla sub promontorii caute adesset villa, sed in ipso promontorio urbis, arcisque Misenatium assurgerent moenia. Miror dictionis asperitatem Cellario intactam, imò adoptatam, cum Hermolaum, & Catanaeum secutus ex corruptâ Classiariorum lectione *Retina*, dicat (*i*), *erat proximè sub Miseno Vesuvium versus posita*. Sed quid ad opinionem nostram comprobandam magis optamus, quàm Barbarum affirmasse *Resinam* tribus circiter passuum milibus a *Calastro* distare, quove Herculanenses, & Resinates tanquam navali, & statione uterentur? Nobis (qui Misenum, Resinam, Calastrum ad haec cogitantes lustravimus) omnia satis elucent. Caeteri Neapolitanum craterem consulant, & verissima me hoc loco protulisse invenient. Longius modò procedendum. Quâ ratione hujus epistolae interpretes *Classiarios Retinae* imminenti periculo pavidos describant, itemque Praefectum orare possint, *ut se tanto discrimine eriperet*, nusquam intellexi. Plinius classem Miseno, non alibi praesens imperio regebat. Cur igitur Classiarios ad Retinam stantes dicemus? Misenatium Classiariorum castra circa Misenum erant. Hic immensus ille, & nobilissimus sinus, ex quo Romani meliores Europae provincias lustrabant (*k*). Quidquid igitur vetustissimis temporibus stationem, & portum circa Herculanium extitisse, concederemus; celebratum Plinii aevo fuisse, nullo ostendi potest testimonio, neque ubi *Resina* jacet, recta litoris facies recipiendis navibus idonea, nec viculus ipse distans quatuor a mari stadiis Portus vicem praebebat. Quare Plinio potiùs maris Praefecto, & praesenti, quàm Dionysio Halicarnasseo credendum. Hic Herculanio tutos portus tribuit (*l*); Plinius e contrario, Misenum, Bajarum portum, subinde reliqua in Herculanei, & Pompejorum oppidorum honorem attingit: illius tamen portus (quamvis caeteros in orâ recenseat) minimè celebravit. Ubi hujusmodi Literatis tanta hinc inde de Retinae, & Herculanei antiquâ positione congerentibus innotuis-

[a] *Vid. epistol. II. pag. 84. 92. & epist. XV. pag. 116. 118.* [b] *Pag. DCCCXVIII. 10.* [c] *Initio castigat. Plinianar.* [d] *Vid. Disquisit. lib. XIX.* [e] *Epist. 18.* [f] *Epist. ad Maffej. pag. 43.* [g] *Epist. I. pag. 58.* [h] *Lib. IV. 11.* [i] *Lib. II. 9.* [k] *Vide quae lib. V. afferuntur.* [l] *Lib. I.*

„bat[1], nec ulla niſi navibus fuga[2], ut ſe tanto diſcrimini eriperet[3], orabat. „Vertit[4] ille conſilium, & quod ſtudioſo[5] animo inchoabat, obit maximo.

„De-

ANNOTATIONES.

tuiſſent, fortaſſe nimiis diſputationibus parcebant. Retinam ipſius Herculanii portum credit illuſtris Hoſpitalius, & Artaeneus (*a*); parum ab Herculanio diſtare colligunt Anonymus Neapolitanus (*b*), & Munterus (*c*): Hinc Neotericam *Reſinam* ipſiſſimam eſſe villam, quae juniori Plinio *Retina*; unde elegans Poëta Eucherius a Quintiis cecinit:

Seu Retina jugo nimium vicina Veſevo (*d*).

Haud negaverim Quintii, Cocini, Belicarti (*e*), caeterorumque opinionem a veritate minùs diſſitam, quàm illorum *Retinam* perperam circa Miſenum ſtatuentium, Primò quia *Reſinae* viculus Veſuvio ſubjacet; ſecundò ex nominis affinitate, imò ex ipſo vocabulo, cum tenax lentor ex arboribus defluens reſinoſis, qui Latinis, & Italis *Reſina*; Graecis Ῥητίνη dicatur. Verùm nulla nos urget neceſſitas, ut de neotericâ *Reſinâ* Plinium Caecilium loqui conjiciamus, cum de muliere, cui *Rectinae* appellatio contigerat, ſermonem habuerit, cujus villam ultra Herculanium extitiſſe, & mari proximam utique credam, nuſquam tamen ad Reſinam (quae extimam oppidi partem contegit) ſpectare poſſe omnes inpraeſentiarum fateantur neceſſe eſt. Conſiderandum inſuper Herculanenſes in theatro aſſidentes ex Veſuvii eructatione oppreſſos, quâ de cauſſâ nullum imminens periculum agnoſcebant, quod ſibi praeſens Rectina minimè ſcriberet, ubi in Herculanenſi ſuburbano (quod magis a Veſuvio quàm oppidum diſtabat) tunc temporis ruſticaretur. Cum igitur ex corruptâ Retinae voce conjecturae ad Reſinam ſpectantes efluxerint, mendo ſublato una cum loci poſitione, atque etymologiâ evaneſcent.

(2) *Ithaceſiae*. Cognomentum (abſque *h*) in editione principe apparens, ſatis indicat mulierem e Magnae Graeciae ſolo appellatam Rectinam Ithaceſiam, tanquam ex unâ Inſularum, de quibus Plinius avunculus (*f*) *Contra Vibonem parvae, quae vocantur Ithaceſiae, ab Vlyſſis ſpeculâ*. Adde, quod ῥηγνῦναι Graecis *ruptum eſſe* ſignificat, atque Inſulis etiam, quaſi Hipponiatium orae avulſis conveniat (*g*). Apparent inde corruptas voces, *Caeſii*, vel *Titi Caeſii*, & ſimilia, ex *Ithaceſiae* cognomento effluxiſſe; Rectinamque potiùs L. Popillii, quàm T. Caeſii uxorem fuiſſe, monet allatum Popilliae Rectinae monumentum, quae gentiliciam appellationem a patre, cognomen a matre videtur accepiſſe. Adde quòd Plinii Caecilii ſtylum minimè ſapit, ut Rectinae *T. Caeſii* dicat, quaſi *Caeſii* uxorem.

Quòd autem *Rectina* potiùs, quàm *Rectinia* appelletur contra traditam a nobis regulam (*h*), dici poteſt, vel Rectinae gentilicium nomen inter pauca excipienda annumerandum (*i*), vel hanc feminam, alteram, prioremque gentiliciam appellationem habuiſſe; Rectinam verò nominatam Plancinae exemplo, cujus nomen Munatiam fuiſſe libro VIII. oſtendemus, ut filii mei in gratiam nodum ſolvam, quod libro II. propoſueram (*k*). Haec ideò dicta volumus, ut omnibus occurramus, quae naſutus poſſet objicere: caeterùm in muliere graecam originem redolente minimè evadunt neceſſaria. Si plura optat, conſulat doctum Anonymum Neapolitanum Silii verſiculos illuſtrantem:

——— Miſenus, & ardens
Ore giganteo ſedes Ithaceſia Baii (*l*).

Vbi huic lector adhaerere malit, propiorem Herculanio originem in Rectinâ inveniet. Haec ideò dicta ſint, ut aliquam mendoſiſſimis verbis medicinam faciamus, quum meliora inpraeſentiarum non ſuppetant. Vbi ſuperveniant, locum in majoris, vel ſequentis Plinii vitâ retractabimus.

(3) *villa ejus*. Vel quia propria Rectinae, vel quia maritus aberat, aut vitâ defunctus. Neſcio quâ de cauſſâ hoc loco Neapolitanus Anonymus Plinii ſtylum vexet, quaſi parùm latinè ſcripſerit *villa ejus*. Ego nullâ aliâ ratione id meliùs reddi poſſe affirmabo, quod vernaculo idiomate *la di lei villa*. Sic Plinius avunculus *veneno ejus* (*m*), nempe Neronis: Svetonius *ex oratione ejus* (*n*), & Claſſici ubique Auctores.

(1) *ſubjacebat*. Ornatus loquendi modus Plinio Caecilio familiaris, ut humiliora deſignet loca, quae ab alto proſpiciuntur; videturque dictionem Villis praecipuè dicaſſe. De Caninianâ: *Quid ſubjectus, & ſerviens lacus* (*o*). De propriâ Laurentinâ: *Haec & ſubjacens mare intuetur* (*p*). De Proſoceri ſui praediis: *Mihi oſtenditur ſubjacens lacus* (*q*). Nihil tamen magis opportunum occurrit, quàm ubi Thuſcanica ſua itidem rus, ac praedia deſcribit. *Eſt ſanè gravis, ac peſtilens ora Thuſcorum, quae per litus extenditur: ſed hi procul a mari receſſerunt, quin etiam Apennino, ſaluberrimo montium ſubjacent* (*r*). Ex iis igitur etiam oſtenditur, Rectinae villam Veſuvio ſubjacentem pari elegantiâ deſignare; quàm vana in rem praeſentem congeſſerit Schefferus, ipſe viderit.

(2) *fuga*. Rectina, quae ingruentes flammas, omnemque planiciem complentes intuebatur, nullo terreſtri itinere, ſed tantùm navibus evadere poterat: maris Praefectum enixè per epiſtolas orabat, ut illam tanto diſcrimini ſubduceret.

(3) *eriperet*. Palinurus apud Virgilium ſepulchri honore carens —— *eripe me his, invicte, malis* (*s*). Allata Plinii verba iterum oſtendunt, nec de villâ Miſeni proximâ, neque de Claſſiariis loqui poſſe. Miſeni tunc proximum nullum imminebat periculum; indeque ex terrâ per Eliſios Campos, & aperto mari cuique excedere datum erat. Claſſiarii porrò hìc fruſtra ingeruntur. Nonne Plinius unicam aptari juſſerat liburnicam, ut propiùs miraculum vir eruditiſſimus contemplaretur? Claſſiariis igitur minimè illi opus erat, cum pauci ſufficerent nautae. Omnes enim norunt milites Claſſis praeſidio deſtinatos, nautas appellari. Hi Graecis Ἐπιβάται, quo etiam nomine a Latinis quandoque dicuntur. Navibus impoſiti, non remos ducebant, ſed ad pugnam parati ſtabant. Apud Plinium avunculum: *Gabienus Caeſaris claſſiarius fortiſſimus* (*t*). Conſule Svetonium, ibique Beroaldum (*v*), G. Budaeum (*x*), Spigelium (*y*). Habes & hujus epiſtolae interpretes in novâ Cortii, & Longolii editione. Haud ignoro Aelium Lampridium in Commodo Antonino teſtari, illum militum Claſſiariorum operâ uſum ad vela in Amphiteatro deducenda. Milites inſuper EX VELAR. DVPLICAR. (*z*) invenimus (*aa*). Sed ex iis ipſis locis, & ſecundo libro allatis Claſſiarios milites fuiſſe ubique conſtat; ideoque eorum operâ uti noluiſſe avunculum Plinium, cum liburnicam juſſit aptari, & ſororis filio veniendi copiam fecit; acceptis ſubinde Rectinae codicillis oram diverſâ ex cauſſâ ſibi luſtrandam decrevit.

(4) *Vertit*. Ita MSSt. codices, Aldinus, Regii Pariſienſes a Brumero, Neapolitani ab Anonymo, reliqui per Cortium allati, primigeniae editiones, Dalecampius, Gruterus, Harduinus, Cocinus, Belicartus. Verborum ſenſus per ſe patet. Acceptis Rectinae codicillis ſententiam mutavit, nec amplius liburnicam aptandam, ſed deducendas juſſit quadriremes, ut non Rectinae tantùm, ſed multis auxiliaretur, cum ex illius epiſtolis didiciſſet, nullam niſi mari ſeſe committentibus ſalutem adeſſe, ideoque ut miſeros in naves induceret. Catanaeus (cui certè vetuſta exemplaria minimè defuerunt, cum ad illorum auctoritatem in operis fronte provocaverit) mavult legere *non vertit*. Negandi particula eo pacto ſuſtineri poteſt, ut acceptis Rectinae codicillis conſilium de inviſendâ conflagratione mutaverit; imò quae prius ſtudii gratiâ, nunc humani generis juvandi deſiderio peragenda decreverit: Noſtra tamen lectio texturae magis apta videtur, & concinnior. Hìc iterum Neapolitanus Anonymus minùs latinè dictum ſuſpicatur *vertit conſilium*; cui nihil aliud reponendum judico, quàm Virgilianum — *neque me ſententia vertit* (*bb*).

(a) *Notion. Hercul.* §. 2. *pag.* 6. (b) *Pag.* 59. *& ſeq.* (c) *In obſervat. ad epiſt. Card. Quirini pag.* XX. *Tom. I. Symbol. Gorii an.* 1751.
(d) *Inarime lib. I. pag.* 21. (e) *Obſervationes ad Antiquit. Herculan.* (f) *Lib. III.* 7. (g) *De harum poſitione vide Mazoch. Tabul. Heracleenſ. pag.* 46. (h) *Vid. lib. II. pag.* 38. (i) *Vid. cit. lib. & pag. num.* 3. (k) *Pag.* 40. *num.* 8. (l) *Epiſt. I. pag.* 67. (m) *Lib. VII.* 23. (n) *In Neron.* XLVII. (o) *Lib. I.* 3. (p) *Lib. II.* 17. (q) *Lib. VIII.* 20. (r) *Lib. V.* 6.
(s) *Aeneid. VI.* 365. (t) *Lib. VII.* 52. (v) *In Veſpaſ. VIII.* (x) *Lib. I. de recept. arbitr.* (y) *Lexicon. in voce* Ἐπιβάται.
(z) *Vignol. citat. libro.* (aa) *Murator. Nov. Theſaur.* (bb) *Aeneid. I.* 264.

„ Deducit Quadriremes (1), non Rectinae modò, sed multis (2) (erat enim frequens
„ amoenitas orae (3)) laturus auxilium. Properat illuc, unde alii fugiunt (4), rectum-
„ que cursum (5), recta gubernacula (6) in periculum tenet, adeò solutus metu, ut
„ omnes illius mali motus, ut deprehenderat oculis, dictaret, enotaretque (7). Jam
„ navibus cinis incidebat, quo propiùs accederent (8) calidior, & densior, jam pumi-
„ ces etiam nigrique, & ambusti, & fracti igne lapides, jam vadum subitum (9),
„ ruinâque montis (10), litora obstantia, cunctatusque paullulum (11) an retro flecte-
„ ret, mox Gubernatori, ut ita faceret monenti. *Fortes*, inquit, *Fortuna juvat* (12),
„ Pomponianum pete (13). Stabiis erat (14) diremptus sinu medio, nam sensim cir-
„ cumactis, curvatisque litoribus mare infunditur (15). Ibi, quamquam nondum
„ periculo appropinquante, conspicuo tamen, & cum cresceret, proximo, sar-
„ cinas contulerat in naves (16), certus fugae, si contrarius ventus resedisset, quo
„ tunc avunculus meus secundissimo invectus, complectitur trepidantem, conso-
„ latur, hortatur, utque timorem ejus suâ securitate leniret, deferri se in baline-
„ um jubet (17); lotus accubat (18), coenat, atque hilaris, aut quod est aequè magnum
„ similis hilari. Interim e Vesuvio monte pluribus locis latissimae flammae, atque
„ incendia relucebant, quorum fulgor, & claritas tenebris noctis excitabatur (19).
„ Il-

ANNOTATIONES.

(5) *studioso*. Miraculum visendum, describendumque sibi tanquam privato animo fuerat ab initio, ideoque *studiosus*; hujus loco occupavit *maximus*, tanquam viro forti, & Classis Praefecto conveniens. Rem acu attingunt Cortius, & Neapolitanus Anonymus (*a*); unde libentiùs Petrarchae adversabor, qui ob tunc peracta Plinium objurgavit.

(1) *Quadriremes*. Harum formam, ex antiquis picturis non adhuc ita feliciter eruimus, ut eruditorum controversiae de Quadriremium figurâ, & transtris praecidantur.

(2) *multis*. Constat igitur de Rectinâ muliere, non de Villâ hoc loco agi, nam Rectinae, & multis auxilium ferre Plinius intendebat.

(3) *orae*. Consule quae in Plinii avunculi vitâ ex Tacito afferuntur.

(4) *fugiunt*. Ita codices Aldi, Catanaei; unde Armeniani, & Oxoniensis ineptia hoc loco apparet.

(5) *rectumque cursum*. Notandum, quòd rectâ lineâ Miseni promontorium Calastri stationem respicit.

(6) *recta gubernacula*. Ita Aldus, Catanaeus, & codices omnes a Cortio allati. Nonnullae editiones, Paullus Manutius, Harduinus, *&c. rectaque gubernacula*.

(7) *enotaretque*. Ut ea veriùs posteris traderet.

(8) *accederent* Aldus, Catanaeus, Cortius. Alii, ut Plinianae nat. Historiae antiquae editiones, Paullus Manutius Aldi filius, cum Harduino *accederet*.

(9) *subitum*. Cum mare, ex Vesuvii eructatione contra morem recessisset, quod alias etiam contigisse supra adnotavimus. Eleganter Avunculus navigationem illam, ubi aquae moles imminuitur *vadosam* appellavit. Vado subito cohaerent, quae a Resinâ ad Calastrum inveniuntur, cum litus omne in hanc diem saxis, ferreisque spungiosis pumicibus (qui *lave* appellantur) undique repleatur (*b*).

(10) *montis*. Nempe Vesuvii.

(11) *cunctatusque paullulum*. Modicâ differentiâ codex Medicaeus, Harduinus, Cortius *cunctatus paulum*.

(12) *juvat*. Livianam sententiam ab octavo Punici belli libro mutuatur, quam & Virgilius attingit decimo Aeneid. Consule Catanaeum hoc loco.

(13) *pete*. Plinii amicum fuisse Pomponianum, quae sequuntur satis indicant. Id Catanaeus primùm adnotavit. Harduinus addit *ex intimis familiaribus*. Non desunt, qui conjiciunt hunc, illum esse Pomponianum, cujus memoriam e Senatus viculo in lucem protulit Benedictus Jovius (*c*). Elogium habes apud Gruterum (*d*), & Panvinium, a quo truncum magis affertur (*e*), quàm re ipsa sit. Fortasse in iis, quae desiderantur alicujus maritimi officii recordatio ingerebatur. Legitur initio maximis characteribus:

T. ANNIO T. F.
QUIR. MAXIMO POMPONIANO. &c.

Hic, qui ad Quirinam tribum spectabat (ideoque minimè Comensis apparet) utique Pomponianus Plinii amicus esse potuit; fortasse & Stabiis (*Stabio*) quae e Senatus viculo parum distant in Comensi nomen indidit.

(14) *Stabiis erat*. Magnus Plinius *Stabiae oppidum*, ait (*f*), *fuere usque ad Cn. Pompejum, & L. Catonem consules pridie Calend. Maii, quo die L. Sylla legatus bello sociali id delevit, quod nunc in villam abiit*. Oppidum igitur jam ab anno V. Cond. IↃCLXIV. esse desierat.

(15) Consule tabulam geographicam crateris maritimi Carolo Weberio auctore, quae praeponitur primo volumini picturarum Herculanensium, & elegantissimam epistolam Comitis Matthaei Aegyptii Francisco a Simeonibus datam.

(16) Hujusmodi ostendunt ad Pomponianum aliquid maritimi imperii spectasse. Ipse enim sarcinas contulerat in naves. Videtur, quòd confusè loquatur Johannonus a Sancto Laurentio, seu quisquis is sit, qui ejus scriptis annotationes subjecit (*g*): „ *Il vento favorevole per il viaggio, che aveva fatto Plinio, si ricava dalle parole* sarcinas contulerat in na-
„ ves certus fugae, si contrarius ventus resedisset „

(17) Conjiciunt plerique aquis optimis abundasse Stabias ex illo Columellae (*h*):

Fontibus, & Stabiae celebres, & Vesvia rura.

Columella tamen vel de aquis medicinae usui adscribendis locutus est, vel fontes Vesuvii eructationibus naturam mutarunt; nam laudatus Aegyptius *graveolentium aquarum scaturigines* circa coenosum Stabiarum oppidum describit.

(18) Id moris fuisse Spurinnae venerabili ob virtutes, atque aetatem viro testatur noster Lib. III. epist. I. *lotus accubat*.

[a] *Epist. II. pag.* 48. [b] *Vid. notiones ad Herculan. Johannonis a S. Laurentio Symbol. Tom II. pag.* 164. [c] *Collectan. pag.* 49. *MSSt.* [d] *Pag. CCCLIV.* [e] *Lib. II. antiq. Veron.* [f] *Lib. III.* 5. [g] *Pag.* 165. [h] *Lib. X. vers.* 133.

„ Ille (1) agreſtium trepidatione ignes relictos, deſertaſque Villas per ſolitudinem „ ardere, in remedium formidinis dictitabat. Tum ſe quieti dedit, & quievit ve- „ riſſimo quidem ſomno (2). Nam meatus animae, qui illi propter amplitudinem „ corporis gravior, & ſonantior erat, ab iis, qui limini obverſabantur, audieba- „ tur. Sed area ex quâ dieta (3) adibatur, ita jam cinere, miſſiſque (4) pumicibus op- „ pleta ſurrexerat, ut ſi longior in cubiculo mora eſſet (5), exitus negaretur. Exci- „ tatus, procedit, ſeque Pomponiano, caeteriſque, qui pervigilarant, reddit. In com- „ mune conſultant (6), an (7) intra tecta ſubſiſtant, an in aperto vagentur. Nam cre- „ bris, vaſtiſque tremoribus tecta nutabant, & quaſi emota ſedibus ſuis nunc huc, „ nunc illuc abire, aut referri videbantur. Sub divo (8) rurſus, quamquam levium, „ exeſorumque pumicum caſus metuebantur, quod tamen periculorum (9) collatio „ elegit: & apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. „ Cervicalia capitibus impoſita linteis conſtringunt. Id munimentum adverſus de- „ cidentia (10) fuit. Jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior (11), denſiorque, „ quam tamen faces multae (12), variaque lumina ſolvebant. Placuit egredi in li- „ tus, & e proximo aſpicere, ecquid jam (13) mare admitteret, quod adhuc vaſtum (14), „ & adverſum permanebat. Ibi ſuper abjectum (15) linteum recubans, ſemel atque i- „ terum frigidam (16) popoſcit, hauſitque. Deinde flammae, flammarumque prae- „ nuntius odor ſulphuris, alios in fugam vertunt: excitant illum; innixus (17) ſervis „ duo-

ANNOTATIONES.

(19) Duplicem hîc adeſſe lectionem monuit Catanaeus *tenebris noctis excitabatur*, & *tenebras noctis pellebat*. Primam eſſe Plinii, alteram interpolatoris per ſe patet. Praeter hanc habes apud Harduinum *tenebras noctis excipiebat*, a quo parum differt codex Arnzenianus, ubi *excipiebatur*. A nobis adoptatam praeter Aldum, & Catanaeum retinent exemplaria a Cortio invicem collata.

(1) *ille*. Nempe Pomponiano, caeteriſque trepidantibus perſuadere nitebatur compoſitis rationibus villas habitatorum incuriâ cremari, eo quia illas deſeruiſſent. Harduinus legit: *igni relictas*; Cortius *ignes relictos*, quod ex veterrimo emendaſſe teſtatur. *Ex trepidatione ignis relictas* ſecundis curis edidit Catanaeus Aldum ſecutus. Plinium villas *igni relictas* ſcripſiſſe minimè credam. Cortii lectio concinnior proculdubio, & magis ad conſolandum apta, quae explicant ſequentia per ſolitudinem incuſtoditos, relictoſque ignes villis incendia ſuſcitaſſe.

(2) Hujuſmodi oſtendunt Plinium fuiſſe *paratiſſimi* ſomni, cum dormire in tanto periculo potuerit.

(3) Harduinus, & Cortius *diaeta*.

(4) *miſſiſque*. Primâ curâ edidit Catanaeus, poſtea *mixtiſque* non diſplicere affirmavit. Ultimam lectionem ſecutus eſt Harduinus; *mixtiſque* codices omnes habere teſtatur. Addat & plures naturalis hiſtoriae editiones. Verùm iis Aldinus, & alia refragantur exemplaria; quodve Plinius ſtatim recitat, nempe levium, exeſorumque pumicum caſus metuebatur, vim *miſſis*, id eſt jaculatis pumicibus adauget.

(5) *mora eſſet*. Verbum *eſſet* deſiderari ſuis in codicibus teſtatur Cortius. Recipitur ab Aldo, Catanaeo, Harduino, & omnibus vetuſtis editionibus.

(6) *in commune conſultant*. Tacitus iiſdem penè verbis: *in commune conſultant* (a).

(7) *an. τὸ an* a Cortio deletur. Harduinus legit: *intra tecta ne*, &c.

(8) *ſub divo*. Harduinus, & Cortius *ſub dio*. Convenit Horatius: *Vitamque ſub dio & trepidis agat in rebus* (b).

(9) *periculorum*. Harduinus malorum.

(10) *decidentia*. Cortius malebat *incidentia*; verùm hîc iterum eructantium lapidum caſus nitidiùs exprimitur: apud Harduinum fortaſſe typographi incuriâ legimus *incendia*.

(11) *nigrior*. Idem Harduinus *nox omnibus nigrior*, ſed ubique *omnibus noctibus* invenio.

(12) *multa, variaque lumina* legit Harduinus, quod Plinii ſtylum minimè ſapit, nam ſuum facibus, ſuumque luminibus appoſitum tribuiſſe videtur. Cortius ex indiciis veterum editionum, atque unius, alteriuſve codicis hoc loco depravati ſcribere cupit *faces multae, variaque lumina ſolvebantur*; multaque affert poëtarum, & oratorum exempla; falſiſſimumque eſſe putat, quod faces illae, variaque lumina denſiſſimam noctem ſolvere potuiſſent. Inter alia carmen Virgilii ſubjecit (c): *Interea longum cantu ſolata laborem*, quo in exemplo magnam ſanè video diſcrepantiam inter feminam texturae vacantem, & viros tot calamitatibus oppreſſos, quibus in denſiſſimâ nocte horrendae faces, & ignota lumina timorem, non ſolatium, inducebant. Noctem ſolvere, ideſt lato ſplendore fugare intelligit Catanaeus.

(13) *jam mare*. Harduinus *quid jam mare*. Cortius legendum putat, *ecquid mare admitteret*.

(14) *vaſtum*. Caeſar: *ſummaque erat vaſto, atque aperto mari --- difficultas navigandi* (d).

(15) *abjectum*. Nempe ſubſtratum. Apud Harduinum irrepſit *adjectum* minùs rectè, ut reliqua plerumque.

(16) *frigidam*. Ex Medicaeo Voſs. Helmſtad., & vetuſtis editionibus *frigidam aquam popoſcit* legere mavult Longolius hîc, & epiſtolâ quintâ libri tertii: addens exempla antiquorum ubi *aqua frigida*, *aqua calida*, *aqua gelida*, *aqua pluvia*. Haec minimè ignoravit Catanaeus in commentariis ad ſuperiorem epiſtolam; ſed convenire aſſerit Caecilianae brevitati, ut *frigida* tantùm legatur more antiquorum: nam in Muſtellariâ dixit Plautus: *Frigidâ non lavi*. Et Columella greges Armentorum *frigidâ* lavari juſſit; pari modo — *os calidâ*. Martialis in diſtichis:

Frigida non deſit, non deerit calda potanti.

Non abnuit tamen doctus interpres plerumque frigidam & calidam, cum aditione aquae apud auctores inveniri. Quare cum probati codices ab Aldo, & Catanaeo, atque a nobis excuſſi legant utroque loco *frigidâ*, & *frigidam* iis ſtandum putarem.

[a] *Annal. lib. XII. pag. 129.* [b] *Lib. III. od. II.*
[c] *Georg. I. 293.* [d] *De bello Gall. lib. III.*

„duobus adſurrexit, & ſtatim concidit (1), ut ego conjecto, craſſiore caligine, ſpi-
„ritu obducto, clauſoque ſthomaco, qui illi naturâ invalidus, & anguſtus, & fre-
„quenter interaeſtuans (2) erat. Ubi dies redditus is (3), ab eo, quem noviſſimè vi-
„derat, tertius: corpus inventum eſt integrum (4), illaeſum, opertumque, ut fuerat,
„indutus. Habitus corporis quieſcenti, quàm defuncto ſimilior. Interim Miſeno
„ego & mater. Sed nihil ad hiſtoriam, nec tu aliud, quàm de exitu ejus ſcire vo-
„luiſti. Finem ego faciam. Unum adiiciam, omnibus me, quibus interfueram,
„quaeque ſtatim, cum maximè vera memorantur, audiveram, perſecutum. Tu
„potiſſima excerpes. Aliud eſt enim epiſtolam, aliud hiſtoriam, aliud amico, a-
„liud omnibus ſcribere. Vale.

Ex Cornelii Taciti libro primo Annalium, ubi de Agrippinae ad milites occurſu.

„Tradit C. Plinius Germanicorum bellorum ſcriptor ſtetiſſe ad principium
„pontis, laudes, & grates reverſis legionibus habentem.

Idem Annalium lib. decimotertio.

„Plinius, & Cluvius nihil dubitatum de fide Praefecti referunt.

Idem Annalium libr. decimoquinto.

„Interim Piſo apud aedem Cereris opperiretur, unde cum Praefectus Fenius, &
„caeteri accitum ferrent in caſtra comitante Antoniâ Claudii Caeſaris filiâ ad
„eliciendum vulgi favorem, quod C. Plinius memorat.

Idem hiſtoriarum libro tertio, ubi bellum inter Flavianos, & Vitellianos deſcribit.

„Hormine id ingenium, ut Meſſalla tradit: an potior auctor ſit C. Plinius, qui
„Antonium incuſat haud facilè diſcreverim.

Ex libro, ſeu catalogo virorum illuſtrium C. Suetonii Tranquilli (5).

„Plinius Secundus Novocomenſis (6) equeſtribus militiis (7) induſtriè functus (8) pro-
„curationes quoque ſplendidiſſimas & continuas ſummâ integritate adminiſtra-
„vit (9), & tamen liberalibus artibus tantam operam dedit, ut temere quis in o-
„cio plura ſcripſerit. Itaque bella omnia, quae cum Germanis undique (10) geſta
„ſunt viginti voluminibus comprehendit, itemque (11) naturalis hiſtoriae triginta
„ſeptem libros abſolvit. Periit clade Campaniae: quum enim Miſenenſi claſſi (12)
„prae-

ANNOTATIONES.

(17) *innixus ſervis duobus*. Codex a Catanaeo allatus legit *innitens*, & ſtatim *colligo* pro *conjecto*: utramque lectionem adoptavit Longolius, & *ſervulis* etiam loco *ſervis* adjecit. Cui lubet poterls adhaerere. Harduinus habet *qui innixus*: illud *qui* profectò minimè neceſſarium evadit: tum magis Plinio breviloquenti, addentique ſtatim, *qui illi naturâ invalidus*.

(1) Quidam a ſervo occiſum tradunt, quem aeſtu deficiens oravit, ut necem ſibi maturaret. Sveton. de Viris illuſtrib.

(2) *inter aeſtuans*. Harduinus *intus aeſtuans*.

(3) *redditus is*. Longolius, & Cortius aſſerunt optimum codicem pronomen *is* ignorare, & alia leviora, quae apud ipſos conſule.

(4) *eſt integrum*. Harduinus *inventum integrum*.

(5) Hic titulus deſideratur in codice Toletano (cujus ope obſervationes ſuas digeſſit Pintianus) uti etiam cum teſti-monia exciperet a latino Euſebii chronico minimè refert, unde Plinii laudes depromat. Conſtat inde ex lacunâ cogitaſſe Amanuenſem titulum auratis elementis ponere, quod morte interceptus, vel aliâ de cauſâ minimè executioni mandavit.

(6) *Novecomenſis* Cod. Toletanus. Antiquiſs. Eſcorialenſ. I. nitidè *novocomenſis*. Cod. II. *novem menſes*.

(7) *miliciis* Tolet.

(8) *quis plura in ocio*. Toletan.

(9) Videtur Svetonium ob oculos habuiſſe Plinii Caecilii verba in epiſtolâ ad Rufum, quae eſt viceſima quinta libri VII. ubi legimus „ *Terentius Junior equeſtribus militiis, atque etiam procuratione Narbonenſis provinciae integerrimè functus*. „ Equeſtres militias pedeſtribus oppono. Italicè dicerentur: *ſervire nella Cavalleria*. De Cajo Mario ſub minoris Africani imperiis militante „ *cum apud Numantiam ſub eo duce ſtipendia Equeſtria mereretur* (a). „

(10) *cum Germanis undique*. Harduin. *quae unquam cum Germanis*. Alii codices ineptè *unquam cum Romanis*. Rectè cum Germanis cod. Eſcorialenſis antiquior, & Toletanus; ſed librorum numerus vitiatur in Toletano.

(11) *itemque*. Codex bombycinus Barberinus, atque Harduin. *item*.

(12) *Claſſi*. Ita ex allato codice, atque Harduino. Guarinus, aliique *claſſe*.

[a] *Lib. VIII.*

„praeesset, & flagrante Vesuvio (1) ad explorandas propius caussas, liburnicâ (2) „praetendisset, nec adversantibus ventis remeare posset, vî pulveris ac favillae op„pressus est, vel ut quidam existimant a servo suo occisus (3), quem aestu defici„ens, ut necem sibi maturaret, oraverat, &c.

Idem in C. Caesare Caligulâ.

„Ubi natus sit incertum diversitas tradentium facit. Cn. Lentulus Getulicus Ti„buri genitum scribit: Plinius Secundus in Treveris vico Ambiatino supra Con„fluentes. &c.

Ex Aulli Gellii noctium Atticarum lib. tertio cap. decimo.

„Sed quoniam de Homerico annuo partu, ac de XI. mense diximus quae co„gnoveramus, visum est non esse praetereundum (4) quod in Plinii Secundi libro „septimo naturalis historiae legimus. Id autem quod extra fidem esse videri potest. „Verba ipsius Plinii posuimus *Massurius auctor est L. Papirium Praetorem secundo hae„rede, lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse, cui mater partum se XIII. „mensibus diceret tulisse, quoniam nullum certum tempus pariendi statutum ei videretur.* „In eodem libro Plinii Secundi verba haec scripta sunt: *Oscitatio in nixu lethalis, „sicut sternuisse a coitu abortivum.*

Idem libro nono capite quarto.

„Libitum tamen est in loco hoc miraculorum notare id etiam quod Plinius Se„cundus vir in temporibus aetatis suae, ingenii, dignitatisque gratiâ, auctorita„te magnâ praeditus, non audisse, neque legisse, sed scire sese, atque vidisse in „libro naturalis historiae septimo scripsit. Verba igitur haec, quae infra posui, ip„sius sunt ex eo libro sumpta, quae profectò faciunt, ut neque respuenda, neque „ridenda sint notissima illa veterum Poëtarum de Cineide, & Cicno cantilena. „*Ex feminis*, inquit, *mutari in mares non est fabulosum. Invenimus in annalibus Q. Li„cinio Crasso & Cassio Longino Coss.* (5) *puerum factum ex virgine sub parentibus, jussu„que Aruspicum deportatum in Insulam desertam. Licinius Mucianus prodidit visum a se „Argis Arescuntem cui nomen Arescusae fuisset: nupsisse etiam, mox barbam, & virilita„tem provenisse, uxoremque duxisse: ejusdem sortis, & Smyrnae puerum. Ipse in Africâ vi„di mutatum in marem nuptiarum die L. Cossicium civem Thysdritanum, vivebatque cum*

„*pro-*

ANNOTATIONES.

(1) *Vesuvio*. Cod. Bombyc. & Harduinus *Vesevo*. Cod. Escorial. II. *Vesebio*. Joh. Geor. Graev. *Vesevo*. Multae etiam apud latinos Scriptores in hoc nomine occurrunt differentiae, Ausonius in Mosellâ v. 210.

Perque vaporiferi graditur vineta Vesevi.

Martialis lib. IV. *Hic est Pampineis viridis modo Vesvius umbris.*

Lucretius Carus lib. VI. v. 747. *Qualis apud Cumas locus est, montemque Vesevum.*

Ineptè apud Bellovacensem *Bebius* (*a*).

(2) *liburnicâ*. Genuina lectio nunc primùm restituitur ex Toletano codice: Ambrosiani habent *liburnicam*. Apud Harduinum invenimus *ad explorandas propius causas, liburnicas praetendisset*. Apud alios jejuno sensu *causas liburnicas*. Vide quae Disquisitionum libro XIII. congessimus. Liburnicarum formam attingit Vegetius lib. V. cap. 2. 3. 4. & praesertim 7. ubi agit de modo liburnicarum (*b*) *quo*, inquit, *ad magnitudinem pertinet, minimae liburnae remorum habent singulos ordines, paullo majores binos, idoneae mensurae ternos, vel quaternos, interdum quinos sortiuntur remigum gradus*. Hujusmodi naves nomen a Liburnis in extremo Adriatici maris sinu positis sortitae sunt. Consule Huetium (*c*). Nescio quâ ratione Pelloterius Hist. Celtar. pag. 134. itemque Bochatus Tom. II. pag. 395. liburnicas a Celtis originem deducere affirmaverint. Tattus liburnicam italicè vertit *Fusta*, cui certè videtur respondere: Velocia, & parva erant navigia, unde apud Florum legimus (Lib. III. 9.) *Portius Cato Cyprias opes liburnis per Tiberinum ostium invexit*. Horat. (Epod. I. 1.) — *Ibis liburnis inter alta navium,*

Amice, propugnacula. &c. — Eutropius tamen naves rostratas, vocari liburnicas scriptitavit (*d*).

(3) Hâc de re consule Plinii vitam.

(4) Differt in nonnullis Harduinus haec Plinii verba afferens. Nos Badianam editionem anni 1519. secuti sumus.

(5) Harduinus apud Plinium legit *P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Coss.* Probatae notae codices, & Chiffletianus prae caeteris in Licinii praenomine Gellio subscribunt. Quae verò de praenomine statuit Harduinus, minimè sustinentur. Neque enim ex eo quòd praenomen brevitatis caussâ omittatur, allatum hominem illo caruisse dicendum erit. Exemplo sit naturalis historiae scriptor, qui Plinius plerumque dicitur, cum tamen C. Plinius Secundus appellaretur. Nonnulli Plinii codd. & vetustae editiones, quas inter Parmens. an. 1481. habent „Licinio Crasso, & C. Cassio Longino. Coss. Casini puerum &c. „

[a] *Specul. Natur. lib. XXXII. fol. 416. edit. 1494.* [b] *Pag. 96.*

[c] *Histor. Commercii, & Navigat. Veter. pag. 232.* [d] *Hist. Rom. lib. I.*

„*proderem haec* (1). Idem Plinius eodem libro verba haec ſcripſit. *Gignuntur homines* „(2) *utriuſque ſexus, quos hermaphroditos vocamus, olim androgynos vocatos, & in prodi-* „*giis habitos, nunc verò in deliciis.*

Ex eodem libro capite decimoſexto.

„Plinium Secundum hominem non indoctum fugerit; latueritque vitium argumenti „quod ἀντίστρεφον (ideſt reciprocum) Graeci dicunt — *atque infra* — Plinius Secundus „ exiſtimatus eſt eſſe ſuae aetatis doctiſſimus. Is libros reliquit, quos ſtudioſorum in- „ſcripſit, haud medius fidius uſquequaque aſpernandos. In iis libris multa variè „ad oblectandas eruditorum aures ponit. Refert etiam pleraſque ſententias, quas „in declinandis controverſiis lepidè, argutèque dictas putat.

Idem libro decimoſeptimo capite decimoquinto.

„Sed elleborum ſumi poſſe tutitiſſimè in Inſulâ Antycirâ Plinius Secundus in „libris naturalis hiſtoriae ſcripſit (3).

Ex Poëmate Q. Sammonici Sereni (4).

„Varronis fuit iſta ſenis ſententia, nec non
„Plinius ut memorant [a].

Ex Macrobii Aurelii Theodoſii Saturnalium libro ſecundo
Capite duodecimo, ubi de Accipenſere.

„Nec inficias eo, temporibus Trajani hunc piſcem magno in precio non fuiſſe „teſte Plinio Secundo, qui in naturali hiſtoriâ, cum de hoc piſce loqueretur, ſic „ait: *nunc nullo in bonore eſt, quòd quidem miror, cum ſit rarus inventu:* ſed nec diu ſtetit „haec parſimonia; nam temporibus Severi Principis, qui oſtendebat duritiem „morum, Sammonicus Serenus vir ſeculo ſuo doctus, cum ad Principem ſuum „ſcriberet, faceretque de hoc piſce ſermonem, verba Plinii Secundi, quae ſu- „perius poſui, praemiſit, & ita ſubjecit, Plinius (ut ſcitis) ad Trajani (5) uſque „Imperatoris venit aetatem.

Idem libro quinto capite primo.

„Quatuor ſunt genera dicendi: copioſum in quo Cicero dominatur: breve in „quo Salluſtius regnat: ſiccum quod Frontoni adſcribitur: pingue, ac floridum, in „quo Plinius Secundus quondam (6): & nunc nullo veterum minor noſter Symma- „chus luxuriatur.

Ex Q. Aurelii Symmachi libro quarto epiſtolarum, epiſtolâ
decimâoctavâ ad Protadium [b].

„Sume ephemeridem C. Caeſaris decerptam Bibliothecae meae, ut tibi muneri „mitteretur. Haec te origines, ſitus, pugnas, & quidquid fuerit in moribus, aut

ANNOTATIONES.

(1) *vivebatque dum proderem haec*. In pleriſque, imò penè in omnibus Plinii exemplaribus haec ultimà deſiderantur, quae tamen Plinii eſſe verba ſatis probaverim.

(2) *homines*. Id vocabuli ad faciliorem legentium captum adjecit Gellius; In Plinio tamen deſideratur, utpote minimè neceſſarium cum toto eo libro de homine loquatur.

(3) Alibi etiam Gellius meminit Plinii, illumque arguit, quaſi indigniſſimè Democrito nobiliſſimo Philoſopho fabellas de Chamaeleonis libro impoſuerit. Gellii verba, & calumnias harum diſquiſitionum libro VII. diſſolvemus.

(4) Q. Sammonicus Serenus, cujus poëma de Medicinâ circumfertur, infinita in ſuo opere e naturalis hiſtoriae libris inoculavit. Hunc plerique conjecerunt illum ipſiſſimum eſſe, cujus meminit Macrobius. Verùm Joh. Baptiſta Morgagnus eruditâ argumentatione Sammonicum, cujus ſaluberrima praecepta verſibus concluſa habemus, alterius filium ritè conjecit; quâ de re nonnulla in hujus operis initio, alia ſtatim, & longè plura libro XIV. attingemus.

(5) Mirum propemodum videtur, quòd hic Sammonicus Serenus, qui juſſu Antonini Caracallae occiſus eſt, & neque integro ſeculo a juniore Plinio diſtitit, inſigni adeò hallucinatione decipiatur: & qui doctiſſimus dicitur, & antiquarius, ſuperiorem Plinium ad Trajani uſque Imperatoris tempora perveniſſe affirmaverit. Id ex Plinii Caecilii operum, & praeſertim Epiſtolarum ignoratione accidiſſe fatendum erit. Macrobius in ipſiſſimum errorem impegit, ut oſtendemus libro XIV. De diverſâ Macrobii, & Gellii in Plinii verbis orthographiâ conſule, quae libro IX. afferuntur.

(6) Haec de ſuperioris Plinii ſtylo, & de naturali praeſertim hiſtoriâ, non de ignoratis Plinii Caecilii operibus praedicari contra Bonifacium, Thomaſium, ac Schwarzium, alioſque oſtendimus libr. XIV.

[a] *Verſ.* 850. *pag.* 51. *alii legunt* ut memorat. [b] *Pag.* 95.

„legibus Galliarum docebit. Enitar, si fors juvet (1), etiam Plinii Secundi Germa-
„nica bella conquirere.

Idem libro primo epistolâ vicesimâ quartâ ad Ausonium.

„Si te amor habet historiae naturalis, quam Plinius elaboravit, en tibi libellos, „quorum praesentanea copia fuit, in quibus, ut opinor, opulentiae eruditionis tuae „negligens veritatis librarius displicebit: sed mihi fraudis non erit emendationis „incuria. Malui enim tibi probari muneris celeritate, quàm alieni operis examine.

Ex Mauri Servii Honorati Commentariis in Virgilium.

„Plinius in naturali historiâ dicit, corvos obliviosos esse, & plerumque minimè „ad nidos suos reverti (2).

Idem ad Aeneidos libro tertio versu 113.

— *Et juncti currum Dominae subiere Leones* — postquam fabulam de Hippomene, atque Atalantâ recitavit: „unde, *ait*, irata Dea (3) in Leones eos convertit, & „suo currui subjugavit, & praecepit ne secum unquam Leones coirent. Nam & „Plinius in naturali historiâ dicit, Leonem cum Pardâ, & Pardum cum Leaenâ „concumbere.

Ex Junii Philargyrii annotationibus ad Virgilii Georgica libro quarto [a].

„Revocare autem apes vel lacte, vel aquâ mulsâ Plinius docet„
atque ad illud Virgilii: *Immunisque sedens aliena pabula fucus*
addit Philargyrius:

„Plinius in libris naturalis historiae quasi imperfectas apes dicit, & habere acule-
„um negat &c.

Ex Grammaticae Latinae antiquis Auctoribus Charisio,
Diomede, Prisciano.

Infinitis propemodum locis Plinii auctoritatem afferunt triplices ii Grammatici, quorum verba longum esset recensere; omnia in Putschii collectione invenies, unde notissimos Plinii dubii sermonis libros fuisse apparet: inter tot tantaque hujusmodi sufficiant.

Ex Flavii Charisii Sosipatri Institutionum grammaticarum libris.

„Plinius Secundus rectè arborem ita dici ait [b] — Plinius Secundus eodem ser-
„monis dubii libro sexto — ubi Plinius eodem libro sexto &c.

Subjicit insuper Plinium Marci Varronis sententiam referentem [c], Pliniique opinionem contra illud Virgilii

„— *infelix humero cum apparuit ingens*
„*Baltheus* [d]

Diomedes de speciebus praeteriti perfecti temporis Plinii auctoritatem contra Varronis regulam perbellè adnotavit [e], aliaque id generis multa, ut videre est apud illum [f].

Ex Prisciani libro sexto.

„Aper Apri, cujus femininum veteres protulerunt Apra, ut Plinius Secundus
„in I. Artium. *Ex*

ANNOTATIONES.

(1) Apparet etiam, Symmachi aevo haec bellorum Germanicorum volumina minùs obvia fuisse. Consule Plinii vitam.
(2) Harduinus ad hanc Servii commentationem „ *Fallit autem Servius, aut fallitur, cum neque apud Plinium, neque apud ullum, qui Servium aetate praecesserit, dignum fide scriptorem, simile quiddam legatur.* „
(3) Harduinus ad haec „ *quibus verbis non solum rem falsissimam pro vera affert, sed etiam a Plinio proditam mentitur.* „ Verùm minùs rectè Servius ab Harduino arguitur, cum illustris grammaticus ad ea Plinii verba provocet, quae lib. VIII. naturalis historiae libro occurrunt: *Leoni praecipua generositas, tunc cum colla, armosque vestiunt jubae. Id enim aetate contigit Leone conceptis, quos verò Pardi generavere, semper insigni hoc carent. Odore Pardi coitum sentit in adulterâ Leo.* Infinita Servius e naturali historiâ mutuavit.

[a] *Pag. 268.* [b] *Lib. I. col. 103.* [c] *Lib. I. col. 45.* [d] *Col. 59.* [e] *Lib. I. col. 365.* [f] *Col. 373. 410. &c.*

Ex eodem.

„Plinius in ſexto naturalis hiſtoriae Dyrrachium Canuſium Apuliae extimam &c.

Ex Martiani Capellae (1) *de nuptiis Philologiae, & Mercurii* (a).

„Poſt hos tantum in diverſis agminibus Oratores emeriti, ac praeſeferentes inſi„gnium culmen, meritaque linguarum Aeſchinem, Iſocratem, Lyſiamque conſpi„ceres. Tum in togatis agminibus Soſantios, Gracchos, Regulum, Plinium, Fron„tonem.

Chriſtianorum Scriptorum De C. Plinio Secundo teſtimonia.

SECTIO TERTIA.

Sectio a Tertulliano eſſet incipienda, cum nemo magis Plinii ſcriniis inhaeſerit. Verùm cum tot tantaque furto e naturali hiſtoriâ ſurripiat, & nuſquam Plinii meminerit; quod poſt multos etiam adnotavit Harduinus, neque nos de illo hac in re cum honoris praefatione loquemur. Alibi collegimus unicum Plinium ex operibus Tertulliano cognitum; ideoque ſuſpicamur, naturalis hiſtoriae ſcriptorem eundem conjeciſſe, ac illum, qui cum *quandam provinciam* regeret, Trajanum de Chriſtianis conſuluit, cujuſve rei mutilam hiſtoriam Apologetico inſeruit. His igitur indicatis initium a Decii Magni Auſonii, & Divi Hieronymi ſcriptis faciemus, ad quem unicè ſpectare oſtendimus verba deſumpta a latino Euſebii Chronico.

Ex Decii (2) *Magni Auſonii Epigram. LXIX.* (b)

Quae ſexus mutarint.

„ Valle Banae ((3) nova res, & vix credenda Poëtis)
„ Sed quae de verâ promitur hiſtoriâ.
„ Femineam in ſpeciem convertit maſculus Ales,
„ Pavaque de Pavo conſtitit ante oculos.
„ Cuncti admirantur monſtrum: ſed mollior agna
„ Aſtitit in tenerum de grege verſa marem.
„ Quid ſtolidi ad ſpeciem notae novitatis habetis?
„ At vos Naſonis carmina non legitis?
„ Caenea convertit proles Saturnia Conſus,
„ Ambiguoque fuit corpore Thireſias:
„ Vidit ſemivirum fons Salmacis hermaphroditum,
„ Vidit nubentem Plinius Androgynum. &c.

Ex latino Chronico Euſebii Caeſarienſis Epiſcopi ad duodecimum Trajani Imperantis annum.

„Plinius Secundus Novocomenſis, orator, & hiſtoricus inſignis habetur, cujus „plurima ingenii opera extant, periit dum inviſit Veſuvium (4).

ANNOTATIONES.

(1) Hic libro VI. quem de Geometriâ inſcripſit, permulta, imò penè omnia ad verbum excipit e primis naturalis hiſtoriae libris, quin ſe illa a Plinio mutuari fateatur.

(2) Videtur quòd potiùs appellandus eſſet Decimus Auſonius Magnus, ut Decimus praenomen, Auſonius nomen, Magnus cognomen eſſet. A Lengleto dicitur Decimus Magnus Auſonius. Verùm Auſonii aevo exacta illa nominum ratio a veterum Romanorum placitis receſſerat. Hunc Chriſtianum fuiſſe optimâ argumentatione oſtendit Jo: Baptiſta Souchaeus. (*Souchay*) (c)

(3) *nova res*. Ita enim legendum, quod texturâ, & optimis Auſonii codicibus firmatur; in aliquibus *res nota* perperam (*d*), cum eâdem ratione ſcribere potuiſſet:
Res nova valle Banae, vix & credenda Poëtis.
Valle Banae nova res &c. ſcribitur in Auſonio Juliani Floridi, & Souchaei.

(4) De hac clauſulâ, & Hieronymi verbis agemus libro quartodecimo.

[a] *Lib. V. de Rhetoric.* [b] *Pag. 46.* [c] *In praefat. ad Auſonium.* [d] *Auſon. edit. Lugduni apud Gryph. an* 1558. *pag.* 33.

Ex Divi Hieronymi epiſtolâ ad Domnionem, & Rogatianum.

„Optima quaeque, ut ait Plinius, malunt contemnere plerique, quàm diſcere (1).

Idem in epiſtolâ centeſimâ viceſimâ quintâ ad Ruſticum [a].

„Cuidam fratri, qui ex Hebraeis crediderat, me in diſciplinam dedi, ut poſt „Quintiliani acumina, Ciceronis fluvios, gravitatemque Frontonis, & lenitatem „Plinii, alphabetum diſcerem, & ſtridentia, anhelantiaque verba meditarem.

Idem adverſus Jovinianum [b].

„Plinium quoque Secundum, & Dioſcoridem, & caeteros medicos„ luculenter de omnibus herbis, & lapidibus ſcripſiſſe teſtatur.

Idem Comm. in Iſaiam lib. decimoquinto cap. quinquageſimoquarto [c].

„Plinium Secundum eundem apud latinos Oratorem, & Philoſophum (2), qui „in opere pulcherrimo naturalis hiſtoriae triceſimumſeptimum librum, qui & „extremus eſt, lapidum, atque gemmarum diſputatione complevit.

Idem in Ezechielem lib. nono cap. viceſimoctavo [d].

„XXXVII. liber Plinii Secundi naturalis hiſtoriae poſt multiplicem rerum „omnium ſcientiam de gemmis, & lapidibus diſputat.

Ex Divi Aurelii Auguſtini libro decimoquinto de Civitate Dei cap. nono.

„Plinius Secundus doctiſſimus homo, quanto magis, magiſque praeterit ſaeculi „excurſus, minora corpora Naturam ferre teſtatur (3).

Ex Miſſis Theodoſii de menſurâ Orbis Terrae (4).

„Juxta Plinium Secundum longitudinem Provinciae Narbonenſis CCCLXX. „M. paſſuum Agrippa tradidit: latitudinem CCCXLVIII.

Ex epiſtolâ Marcelli Burdigalenſis ad Filios.

„Secutus opera ſtudioſorum virorum, qui licèt alieni fuerint ab inſtitutione „medicinae, tamen ejuſmodi cauſis curas nobiles intulerunt, libellum hunc de Em„piricis (5) quantâ potui ſolertiâ, diligentiâque conſcripſi — Nec ſolùm veteris „medicinae artis authores latino dumtaxat ſermone perſcriptos (cujus rei operam „uterque Plinius (6), & Apulejus, & Celſus, & Apollinaris, & Deſignatianus, „alii-

ANNOTATIONES.

(1) Hujuſmodi videntur in deperditum Plinii librum rejicienda. Ante Plinium Horatius cecinit (e):

Cur neſcire, pudens pravè, quàm diſcere malo.

& preſſiùs Auctor Dialogi de Oratore „ *Aper communi eruditione imbutus contemnebat potiùs literas, quàm neſciebat.* „

(2) Quid apertiùs hiſce verbis optant Veronenſes, ut Divum Hieronymum in Chronico de avunculo, non de juniore Plinio loqui, tandem conſentiant? notandum quòd Beda (de quo paullo infra) haec Hieronymi verba imitatur: „ *Plinius ſecundus idem Orator, & Philoſophus* „ Hieronymus, Beda, Contractus, aliique Chriſtiani, peculiarem Philoſophi appellationem iis addunt, non unicè uti ſapientiae cultoribus, ſed eo quia multa vulgaſſent, & totius ſcientiae fontes lectoribus aperuerint. Ferrei Scriptores Hiſtoricis etiam Philoſophorum appellationem attribuerunt. Anonymus Ravennas (f): *Burgundiam plurimi deſcripſerunt Philoſophi.*

(3) Conſule lib. VIII. 16.

(4) Vtitur hujus MSS. codicis auctoritate Harduinus, qui in Regis Chriſtianiſs. bibliothecâ aſſervatur. Conſ. Harduin. in Auctorum indice & Tom. I. pag. 148.

(5) Hac de cauſâ Marcellus Empiricus a pleriſque appellatur. Vixit Magni Theodoſii temporibus, ideoque quarto Chriſtianae aerae ſeculo ad finem vergente.

(6) C. Plinius Secundus, qui tanta ad medicinam ſpectantia in naturali hiſtoriâ complexus eſt; atque alter Plinius Valerianus V librorum de Re medicâ auctor, de quo plura attigimus ſuperiore libro (g). Memini in Commentariis Lipſienſibus legiſſe inter reliquas Juſti Godofredi Gunzj lucubrationes recenſeri. *De auctore operis de Re medicâ vulgo Plinio Valeriano adſcripti libellus* (h). Cum labor ad manus noſtras minimè pervenerit, quae proferat ignoro. Unicè animadvertendum in allatâ Antiquorum medicorum collectione, atque in aliis, occurrere epiſtolam *Plinii Secundi ad amicos de medicinâ*, quae incipit: *Frequenter mihi in peregrinationibus* &c. hanc plerique Plinio Valeriano attribuunt, qui etiam in multis codicibus C. Plinius Secundus Valerianus appellatur (i). Certè a Plinio naturae rerum indagatore, ſtylus ſatis diſtat: fortaſſe Plinio illi Secundo veniet adſcribenda, cujus ſermo eſt apud Antonium Fabrum Ferrarienſem.

[a] *Vid. Tom. I. edit. Veron. pag. 934.* [b] *Tom. II. lib. II. pag. 332.* [c] *Tom. IV. col. 637.* [d] *Tom. V. col. 334.*
[e] *De Arte Poëtic. verſ.* 88. [f] *Lib. IV. §. 26.* [g] *Pag. 73. & 74.* [h] *Comment. Lipſienſ. Literar. Tom. II. edit. ann. CIƆIƆCCLVI. pag. 202.* [i] *Vide Indicem Hard. Scriptor. praecipuos, Tom. I.*

„aliique nonnulli etiam proximo tempore inluſtres honoribus viri Cives, ac „Majores noſtri, Siburius, Eutropius, atque Auſonius (1) commemorarunt) le„ctione ſcrutatus ſum, ſed etiam ab agreſtibus, & plebeis remedia fortuita, at„que ſimplicia, quae experimentis probaverunt, didici [a].

Ex Chronico Sancti Tironis Proſperi Aquitani.

„Plinius Secundus Novocomenſis inſignis Orator habetur, dum inviſit Veſu„vium periit [b].

Ex Caii Sollii Apollinaris Sidonii libro quarto epiſtolâ tertiâ ad Claudianum.

„Cui Varrones, vel Terentius, Plinii vel Avunculus (2), vel Secundus.

Ex Sancti Georgii Florentis Gregorii Epiſcopi Turonenſis prologo ad vitas Patrum [c].

„Complures alii Philoſophorum vitas dicere voluerunt, nam Plinius auctor „in tertio artis grammaticae libro ait, vitas cujuſque noſtrûm dixerunt, ſed „Grammatici pluralem non putant habere vitam.

Ex Sancti Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis libro duodecimo cap. ſecundo.

„Nam Plinius dicit animalia cum acutis unguibus frequenter parere non poſſe. „Vitiantur enim intrinſecè ſe moventibus catulis (4) [d].

Ex libro de ratione Temporum Bedae Venerabilis [e].

„Plinius Secundus idem Orator, & Philoſophus in libro ſecundo naturalis hi„ſtoriae: Sol autem, inquit ipſe, quatuor differentias habet (3).

Ex Alcuini Epiſtolâ quintâ ad David Regem, quo nomine Carolum Magnum appellat.

„Quid acutius, quàm quod naturalium rerum devotiſſimus (5) inventor Plinius „Secundus de coeleſtium ſiderum ratione expoſuit, inveſtigare valet [f].

ANNOTATIONES.

(1) Crediderim de Julio Auſonio illuſtris Poëtae patre, qui medicinam fecit, loqui Marcellum.

(2) Apollinaris Sidonius diligens Plinii Caecilii Epiſtolarum imitator, non aliam C. Plinii Secundi naturalis hiſtoriae ſcriptoris cognitionem habuiſſe videtur, praeter deſumptam e Junioris operibus: in quibus, cum unicè tanquam Plinii Caecilii *Avunculus*, atque *per adoptionem pater* recenſeatur, neque uſquam Caj praenomen, & Secundi cognomen appareat: ſeniorem Plinium abſque praenomine, & cognomine *Avunculum* nominavit.

(3) Alia permulta Iſidorus ex naturalis hiſtoriae libris mutuavit, eodem volumine duodecimo, ubi Lynces deſcribit, & Plinium auctorem, teſtemque producit (g), unde ipſi minimè objiciendum Tertulliani crimen: nam aliquoties mutuum reddit, & fontem indigitat, unde notiones hauſit, quamvis ſaepiſſimè materiam e naturali hiſtoriâ deſumat, & Plinii nomen minimè ſubjiciat. Conſule Jacobum a Breulio, & Johannem Grialum eruditos operum Divi Iſidori Scholiaſtes.

(4) Idem Beda de ſex aetatibus Mundi, ſive in Chronico „*Plinius Secundus Novocomenſis*, *Orator*, *&* *Hiſtoricus inſignis*, *cujus plurima ingenii opera extant* (h). „Quamvis id Trajani aevo referat, in hoc Hieronymum, Proſperum, & Caſſiodorum ſecutus, videtur conjiciendum, quòd eâdem Chronicorum Scriptorum hallucinatione naturalis hiſtoriae, & plurimorum operum auctorem ad Trajani imperium perveniſſe crediderit. Sibi enim utroque convenit loco, & Plinii junioris Epiſtolas omnino ignoravit.

(5) Nempe naturae arcanis explicandis impenſiſſimè addictus.

[a] *Conſule Med. Artis Principes poſt Hippocratem Par. VI. pag.* 242. [b] *Vid Theſaur. Graevii Tom. XI. pag.* 290.
[c] *Col.* 1114. [d] *Pag.* 161. [e] *Cap. XXVIII.* [f] *Col.* 1477. [g] *Pag.* 168. [h] *Tom. II. pag.* 184.

FINIS . LIBRI . QUARTI.



C; PLINIVS · SECVNDVS · SVAE · AETATIS · DOCTISSIMVS · NATVRAL: HISTORIAE · SCRIPTOR

Ex Museo Comitis Johannis Paulli a Turre Rezzonici Patricij, Decurionis, et Tribuni. Militum in Comensi Provincia.

DISQVISITIONVM PLINIANARVM LIBER QVINTVS,

QVO

C. Plinii Secundi Naturalis Historiae Scriptoris Vita comprehenditur.

STatutis chronicarum tabularum auxilio genuinis temporibus, iisque sibi invicem comparatis: veterum subinde elogiis ad Plinium spectantibus excriptis, aditus per se patet, ut tanti Viri acta latiùs persequamur. Neque enim exaratum a Suetonio elogium, nec quae ex adoptivi filii epistolis attulimus (1), nec a Paullo Ebero (2) vulgata tanti puto, ut nihil post horum vigilias lectores desiderent. Vt autem naturalis historiae conditoris vitam, & res gestas statim attingamus, aliqua in Plinio de illius praenomine adnotabimus, quod *Cajum* fuisse absque ullâ dubitationis aleâ demonstratur (3). Praenomen Romani, ut secundo libro ostendimus, differentiae caussâ, gentilicio nomini anteponebant; & de *Caj* appellationis origine conveniunt Eruditi a parentum gaudio fuisse deductam, ut prae caeteris observat Laelius Bisciola (4). Quamvis *Cajus* per C. scribatur, pronuntiabatur tamen ut *G*; videturque quòd haec notio apud Italos (5), & Poëtas (6) apprimè illustres Dantem, & Petrarcham duraverit.

Praenomini gentilicium nomen jungebant Romani, idque in *IVS* plerumque desinens (7) originem ostendit, unde Plinio patre C. Plinium Secundum natum esse nullus hoc seculo dubitabit. Patris praenomen, cognomenque, & utramque ma-

ANNOTATIONES.

(1) Jacobus Vanierus Plinii avunculi vitam a sororis filio (quem parum latino vocabulo ex sorore *nepotem* appellat.) scriptam nimiùm facilis affirmavit (*a*).

(2) In Apparatu literario, quem collegit Fridericus Freytagius. ediditque Lipsiae ex officinâ Weidmanniana affertur *Paulli Eberi de vitâ, & scriptis C. Plinii dissertatio Viteb.* 1556. Doleo docti hominis laborem ad manus nostras minimè pervenisse; hic tamen cum brevibus paginis comprehendatur, ut intelligo, Plinii actorum epitomen potiùs, quàm vitam exhibebit.

(3) In eruditâ epistolâ Andreae Alciati ad Rufinum Cribellum (quam Muratorius vulgavit) *Marcus Plinius* appellatur (*b*). Id tamen contra auctoris sententiam Amanuensi excidit, cum alibi a celeberrimo Insubrum Jurisconsulto *Cajus* dicatur; librorumque omnium titulis, ac geminâ Taciti auctoritate comprobetur (*c*).

(4) Multa inter exempla, quae profert Bisciola Valerii Maximi testimonio nititur libro X. eo loco, quo in epitomen a C. Titio Probo perstrictum fuisse affirmat (*d*).

(5) Fortasse hac de caussà Ludovicus Dominicus, cum patrio eloquio naturalem historiam aemularetur, ubique scribit *Gajo Plinio*, quam rationem sequitur etiam Joh. Antonius Tedeschius (*e*), & Muratorius (*f*). Nos Landino, Bruccìolo, Dulcio, aliisque accedimus, qui italicâ linguâ *Cajo Plinio* reddiderunt.

(6) Apud hos *Turba gaja*, *Giorni gaj* pro laetis, festivisque recipiuntur.

(7) Monuimus libro II. pag. 38. perpauca excipienda, quae licèt in IVS desinant, gentilicia adhuc sunt, quamvis de iis Sigonius, & Panvinius in opere de nominibus Romanorum minimè loquantur. Rem eleganter ante nos attigerat Graevius (*g*), cui caeteroquin egentiliciis *Perpenam* subducam; Velleum, Peduceum, & similia utique concedens.

[a] *Diction. Poët. Tom. II. pag.* 251. [b] *Nov. Thesaur.* [c] *Lib. I. Annal. Lib. III. Histor.* [d] *Vid. Comment. ad VII. Plinii libr. MSSt.* [e] *In Version. Ital. Epist. Plin. Caecil.* [f] *In Annalib.* [g] *Praefat. ad Tom. II. Thesaur. Antiquit.*

matris appellationem nemo ad hanc usque diem probabili aliquâ argumentatione reseravit.

Illum patre Celere, matre Marcellâ natum Anonymus quidam auctor decimoquinto labente seculo fecit [a]. Attamen hoc elogium post repertam mutilam inscriptionem (quam avunculo Plinio Veronenses nonnulli adjudicaverant) compactum esse, neminem suspicor ignorare, cum mancas in illo Epigrammate literas... RI *Cele*RI cognomine suppleviffent, ut disquisitionum libro secundo ostendimus. Polycarpus Palermus proprium Claudiae Gentis Marcellorum cognomen Romae fuisse afferit; neque hac de caussâ Pliniae familiae feminis convenire [b]. Hujusmodi tamen non omnino rectè ad rem nostram observat, cum non eâ sanè ratione Marcelli cognomen Claudiis jungatur, ut illis tantùm, non aliis fuerit commune. Falsum enim hoc ostendit Fabrettus, qui Marcellum Scriboniae filium e gente Corneliâ ad oppositum comprobandum subjecit [c]. Ego verò Marcelli appellationem Vectiis [d], Graniis [e], Epriis [f], & infinitis penè familiis minimè ignotam animadverto [g]; neque sanè ubique illam a matre Claudiâ deductam licet affirmare; praeterquamquod inverso ordine loqui videtur Palermus, cum non Pliniae familiae mulieres, sed Plinii mater, atque uxor (ut boni illi scriptores colligebant), quae ex Pliniâ familiâ minimè ortae sunt, in allato elogio recenserentur. Satis igitur erat Marcelli cognomentum Orciviis ignotum comprobare: nam quamvis illud nusquam a Pliniis receptum inveniam, haec tamen caussa non est, ut ab Orciviis abhorreret.

Secundi cognomen neque paternâ, neque maternâ e gente Plinius deduxit; sed ita dictus quia secundo partu natus, sive post primum genitus [1], ut firmissima docet conjectura ex antiquorum elogiis desumpta. Ibi enim *Primi*, *Secundi* [2], *Tertii*, *Quarti*, *Quinti*, *Sexti &c.* legimus cognomina, unde effluxerunt *Primienus*, *Secundinus*, *Tertienus*, *Quinctienus*, *Sextienus* [h]. A veritate pariter quàm longè abhorret Plinium ex Pomponii Secundi sorore genitum affirmare, vel Pomponium, Pliniumque consobrinos, tanquam sororum filios, suspicari, ut confidenter nimis protulit Harduinus, nonnullique alii, sed diversâ planè ratione; ii enim, uti ostendebamus [i], parum Romanam appellandi rationem calluerunt; Harduinus e contrario, qui ad diversas omnino gentes Plinium, & Pomponium spectare non ignorabat; utrumque cognatione affines somniavit, ideoque Plinium *Secundi* cognomen a matre tulisse; eodemque pacto Pomponium Pomponio patre, & matre *Secundâ* genitum, Pomponium *Secundum* fuisse vocitatum; additque hanc ob caussam Plinium Pomponii Secundi vitam exarasse [k]. Ast nihil hujusce rei apud naturalis historiae scriptorem, atque inconsultò nimis Harduinus, itemque ante illum Polentanus, Becichemus [l], Avogarius [m], vel haec, vel iis similia praedicantes ipsimet Plinio refragantur, qui se vitam Pomponii Secundi exarasse [n], Pomponium vatem, civemque clarissimum [o], Pomponium consularem Poëtam [p]; nunquam verò

ANNOTATIONES.

(1) Andreas Thevetus, qui modico delectu Virorum illustrium elogia exaravit, *Secundum* tanquam Junioris synonimum accepit, cum hisce verbis res ad Plinium spectantes subiiciat (q). *Voulant declarer quel et combien excellent fut Pline surnommè le second, ou le jeune plusieurs doutes et difficultez se presentent.*

(2) Alia inde deducta, ut *Secundianus*, *Secundilla*, &c. quae vide apud lapidum collectores. *Secundio* etiam occurrit in Grutero (r), & L. DOMITIVS SECVNDIO in parvulâ basi e Velejae ruinis erutâ nuperrimè, palmarem, aeneamque Herculis ebrii statuam sustentante.

[a] *Vid. Histor. natur. editam Venetiis 1496. Brixiae 1496. Harduin. 1723. &c.* [b] *Lib. II. 5. pag. 105.* [c] *Inscript. antiq. pag. 41.* [d] *Vid. Plin. lib. II. 83. & lib. XVII. 25.* [e] *Tacit. Annal. I.* [f] *Auctor Dialog. de Oratore.* [g] *Vide Syllab. Thesaur. Gruter. & Murator.* [h] *Consule Hier. Borsaer. Theatr. Magnif. Insubric. MSSt. Lael. Bisciol. cit. Comment. MSSt. Matth. Aegyptium epistolar. pag. 184.* [i] *Lib. II. sect. 2.* [k] *In praefat. ad Plin.* [l] *Praelect. in Plin. pag. XLVI.* [m] *Vid. Maffej. Veron. illustr. Par. II. lib. I. col. 14.* [n] *Lib. XIV. 4.* [o] *Lib. XIII. 22.* [p] *Lib. VII. 19.*
[q] *Historia illustrium, & doctior. Virorum gallicè script. Tom. VIII. 12. pag. 135.* [r] *DCCXXXVI. 10.*

rò hunc ſibi cognatum, neceſſarium, avunculum, aut conſobrinum fuiſſe teſtatus eſt. Quod ſi aliquis majora adhuc exoptaret argumenta, teſtimonium ex ſequentis Plinii epiſtolis ſufficiat, ubi avunculi libros recenſens, illum *de vitâ Pomponii Secundi duo, a quo ſingulariter amatus hoc memoriae* AMICI, *quaſi debitum munus* exolviſſe nos docet. Si duo igitur de Pomponii vitâ libros ſenior Plinius edidit, & laborem amico, non affini Caecilius ſororis filius tribuiſſe affirmavit; quiſnam adeò ſui immemorem hoc loco juniorem Plinium dicere audebit, ut amicum proderet, quem avunculi conſobrinum nuncupare debuerat? neque illuſtratâ tantùm epiſtolâ, ſed alibi de Pomponio Secundo loquens, nihil profectò addit, unde Pomponium avunculi, ſcribentiſque affinem liceat ſuſpicari. [(a)] Aſt quamvis omnes huc uſque allati ſcriptores primâ facie divinantes erraverint: non vana adeò procuderunt, ubi illius verba reſpiciamus, qui Jacobi Philippi Bergomatis [(1)] chronicon e latino in italicum tranſtulit idioma; nam Plinium ex Catulli vatis ſorore genitum innuit [(b)], quando Bergomas *Plinium nepotem* [(2)] *hiſtoriographum & Philoſophum egregium* (ineptè quidem) ſed aliâ omnino ſignificatione commemorat. Vt inventi nugamentum, & ſummam in vertendo ignorantiam praetermittam, animum ad haec inducere minimè par erat, dum octoginta propemodum anni a Catulli aevo ad Plinii natalem diem effluxerunt: in ipſius verò Bergomatis ſententiâ longè plures addendi, cum veterum errore utroſque Plinios confundat, & naturalis hiſtoriae ſcriptorem, aetatis anno LVI. Trajani imperantis XII. obiiſſe alibi affirmaverit [(c)]. Rarior igitur lacte gallinaceo res eſſet, hominem ex illius ſorore naſci, cum ab avunculi obitu quaſi centum, & triginta agerentur anni [(3)]. Indecorum igitur in iis improbandis ampliùs immorari putamus, tum magis quòd Secundi cognomen a Plinio geſtatum, nullum maternae originis indicium ſuppeditet; cum ignotum adhuc evadat, quaenam Plinii fuerit genetrix; neque *Secundi* appellatio iis cognominibus ſit annumeranda, quae a matribus deducta filii quoque aſſumebant, & novis acquiſitionibus productiora perſaepe effingebantur. Plura hujus conſuetudinis habemus exempla. Indicio ſufficiat Tiburtinum in Divae Magdalenae elogium [(d)].

D. M. S
M. VESERIO
M. FIL. PAL.
IVCVNDIANO
PRAEF. FABRVM
ADCENSO VELATO
PROC. ALIM. VIAE. FLAM.
IIVIR. DESIG.
SATRIA IVCVNDA
MATER

ANNOTATIONES.

(1) Iacobus Philippus gentilicio nomine Foreſtus, e patriâ magis notus, Bergomatis appellationem ſortitus eſt. Conſule Donati Calvi ſcenam literariam.

(2) Indoctus Philippi Bergomatis paraphraſtes, cum illius chronicon italicè redderet, ubi de Veronenſibus viris illuſtribus ſermo eſt, poſtquam Aemilium Macrum nominavit: haec ſubdit *e poco dopo tempo Catullo, e Plinio ſuo nepote hiſtoriographo degno*. Chronicorum verò ſcriptor: *paulo poſt*, inquit, *Catullum Poetam, atque Plinium nepotem hiſtoriographum & Philoſophum egregium*. Amanuenſis tamen incuriâ *nepotem* hoc loco irrepſiſſe credendum eſt. Primùm quia Bergomas unicum agnovit Plinium, & avunculum, & ſororis filium Chronicorum auctorum more conflavit. Secundò quia *nepotis* cognomen ſequenti tantùm ex Pliniis poterat adaptare. Haud ignoro, quòd minùs latinè *nepos* pro fratris, vel ſororis filio uſurpetur, ut opportunè notat Rittherſuſius (*e*): non tamen adeò delicatus erat Foreſtus, ut ab impropriis abſtineret, dummodo avunculum a ſororis filio ſeparaſſet. Vidimus ante Bergomatem ſimili dictione abuti Joh. Manſionarium; atque XVI. ſeculi initio Capreolum, cum de juniore Plinio loquerentur; quodve magis miror Johannem Mariam Catanaeum (*f*), Juſtum Lipſium (*g*), Polycarpum Palermum (*h*), Balthaſſarem Bonifacium (*i*), M. Jacobum Thomaſium (*k*), & parentum aetate purpuratum Noriſium (*l*), & noſtro aevo Johannem Funcium (*m*), qui de imminenti linguae latinae ſenectute opus vulgavit, & fatiſcentem utique probat, cum Plinium Caecilium, naturalis hiſtoriae ſcriptoris ex ſorore *nepotem* appellavit. De hujuſmodi vocabulo plura attingam libro XV., ubi Pontaci devinationes refelluntur.

(3) Conſule quae de Caecilio Poëtâ Catulli amico adnotavimus, ubi de Plinii Caecilii genitore agitur libri XVIII. initio.

(a) *Lib. VI. 17.* (b) *Lib. VI. pag. italicae verſionis XCVIII.* (c) *Lib. VIII. in Titi vitâ.* (d) *Murator. Theſaur. pag. DCCLVI. 4.*
(e) *In praefat. ad Plin. & Trajan. epiſt. pag. 7.* (f) *Ad Plin. Caecil. epiſt. lib. I. 15.* (g) *Vit. Cornel. Tacit.*
(h) *Pag. 99.* (i) *Lib. XV. ludicr. hiſtor.* (k) *In praefat. ad epiſtol. Plin. Caecil. pag. 44.*
(l) *Epiſt. conſul. col. 411.* (m) *Pag. 541.*

Alibi etiam innuimus exemplo Plinianis temporibus accomodato T. Flavium Petronium Veſpaſiani patrem inveniri, qui cum Veſpaſiam Pollam uxorem duxiſſet ſuſceptis ex eâ liberis, alterum *Sabinum*, alterum *Veſpaſianum* appellavit. Veſpaſianus poſtea, qui ad imperium uſque proceſſit Flaviae Domicillae copulatus primogenitum cognomine ſibi a matre inflexo *Veſpaſianum*, ſequentes verò ab uxore *Domitianum*, & filiam *Domicillam* (1) vocitavit.

Ignotum uſque in hanc diem eruditis evaſit Plinii patris cognomen, modò cognomen illius genitor habuerit, cum non omnes Romani (quâ voce cunctos Romanorum nominibus utentes comprehendo) cognominibus diſtinguerentur. Neque idcirco Plinii patrem humili loco natum dicemus, ubi cognomine caruiſſet, quamvis a multis cognomine deſtituti ignobiles exiſtimentur, & C. Marii exemplum proferant, qui nullo cognomine diſtinguebatur. Sordidae originis homines praenomine, nomine, & cognomine oneratos; & quandoque natalium claritudine inſignes praenomine, & nomine tantùm gaudentes invenio, quorum probationi ſufficere deberent, quae de Pompejo Magno, filiiſque Sexto, & Cnejo supernè relata ſunt. Haec ubi certiſſima omnibus non evadant, ob aſſutum Pompejae *Magnae* cognomen [a]: ad nobiliſſimam Gentem Antoniam provocabo, quae Reipublicae temporibus cognomina omnino reſpuebat; & ſic M. Antonius ſolo praenomine a fratre diſtinguebatur; ejuſque filiae, cum eâdem ratione ſecerni minimè poſſent, Antonia Major, & Minor (2) appellabantur. Quibus officiis Plinii pater illuſtris evaſerit, doctis inexploratum. Illum militiae nomen dediſſe ſuſpicantur, qui hujuſmodi in naturali hiſtoriâ legunt [b]: *Antiquis torus e ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Patris mei* &c. Verùm ego optimorum Codicum praeſidio, & praeſertim Ambroſiani (qui a Guarino Veronenſe (3) emendatus) auctoritate innixus vitioſam interpunctionem irrepſiſſe oſtendam. Ita enim eruditus vir Plinii locum exhibet. *Antiquis torus e ſtramento erat, qualiter nunc etiam in Caſtris. Gauſapa patris mei memoriâ coepere: Amphimalla noſtrâ ſicut villoſa etiam ventralia* (4). Hiſce verbis nihil aliud auctor intendit, niſi ut ſuperiorem recordaretur aetatem; eâdem ratione, quâ apud Caeſarem legimus [c]: *Patrum noſtrorum memoriâ, omni Galliâ vexatâ*, & paullo infra: *Apud eos fuiſſe Regem noſtrâ etiam memoriâ Divitiacum*. Quamvis igi-

ANNOTATIONES.

(1) Ex allatis exemplis ſatis conſtat, cognomen, modò e matris gentiliciâ, modò e ſecundariâ appellatione, ſeu cognomine Romanos deduxiſſe, ubi ad maternam originem reſpicere voluiſſent.

(2) Alia etiam exempla addere poſſemus, quae nimii ne ſimus, conſultò praetermittenda cenſemus.

(3) De hoc, & reliquis Plinii codicibus mihi notis pleniſſimè agemus libro X.

(4) Non me clam eſt, hoc loco Pintianum virum caeteroquin doctiſſimum, Plinii mentem ſollicitare; ac ubi illi ſubſcribamus, neque patris ſui meminiſſe, licebit affirmare. Attamen apographus Toletanus paucis literis vitiatus, & ingenioſi hominis adnotata non tanti erunt, ut ab antiquiſſimâ lectione diſcedamus, cui etiam Harduinus ſubſcribit (d). Plinii locum Pintianus ſic fortè reſtituendum conjecerat (e): *qualiter etiam nunc in Caſtris gauſape. Avorum memoriâ coepere amphimalla, ſicut noſtra villoſa etiam ventralia*. Voces igitur *patris mei* expunctas per *avorum* nomen ſupplevit, quòd nimis ab elementorum ſimilitudine abhorret, atque ab ipsâ orationis texturâ, quae antiquorum, parentum, ſuamque aetatem expoſcit. Neque ſatis dignoſco, cur Pintianus affirmaverit, Plinii prudentiam tunc deſiderandam, ſi in rerum naturalium commentatione, quam ad communem hominum utilitatem compoſuit, ac Romano Imp. dicavit, patris ſui meminiſſet; cum in praefatione, quae certè Titum magis, quàm reliquum operis tangebat, & Imperatorem aliquid ſuas nugas facere, & Catullum *conterraneum*, ſive *concerraneum* ſuum nominet, & Saetabarum etiam leviſſimam, lepidiſſimamque hiſtoriam immiſceat, in quâ ſe duriuſculum feciſſe Catullus ſcribit, ut ſudaria a Veranio, & Fabullo ſurrepta repeteret, quae profectò gerrae, nugaeque ſunt. Quare ſi de nugis Plinius locutus eſt, cauſſatius de proprio etiam parente potuit differere. Neque enim video, unde Plinii prudentia deſideraretur, cum Suetonius Tranquillus (ut reliquorum omittam exemplum) & patris ſui (f), & Avi (g) meminerit. Doleo igitur, quòd potiora de Plinii origine in naturali hiſtoriâ minimè inveniamus, quamvis Johannes Camers uberiores de Plinii patre notiones videatur promittere, cum ad hunc locum (typographi tamen incuriâ vitiatum) reſpiciens legentem hujuſmodi verbis decepit. *Plinius patee, quis* lib. 8. &c. (h)

(5) Ad hujus loci intelligentiam conſule Lucillium apud Dalecampium in Hackianâ Plinii editione, Salmaſium (i), atque Harduinum (k), ubi plura eruditè congeſta.

[a] *Vid. lib. II. pag. 33. & lib. IV. pag. 87.* [b] *Lib VIII. 48.* [c] *Lib. II. de bello Gallico.*
[d] *Tom. I. Plin. pag. 475.* [e] *Allato Plin. libro, & ſection. Conſule edit. Hack. Tom. I. pag. 561.* [f] *In Othone IX.*
[g] *In Caligulâ XVIII.* [h] *In natur. hiſt. indice.* [i] *Exercit. Plinian. in Solin Tom. I. pag. 281.* [k] *Tom. I. num. CLV. pag. 495.*

igitur tot, tantaque de Plinii parentibus ignoremus, fuiſſe tamen natalium claritudine illuſtres, argumento erunt verba, quibus ruſticam Marii originem depingit: *C.*, inquit, [a] *Marius poſt Cimbricam victoriam cantharis potaſſe Liberi-patris exemplo traditur, ille* ARATOR *Arpinas, & manipularis Imperator* (1). Neque enim facili negocio objicimus vitia, quibus nos ipſi ſordemus. Tullius, cum Marium municipem ſuum honeſto natum genere affirmare non poſſet, haec ſcripſit [b]: *C. Marius ruſticanus vir, ſed planè vir, cum ſecaretur, ut ſupra dixi* (2), *vetuit ſe alligari;* atque ideo Cicero, & poſt illum Juvenalis Poëta [c] humilem Marii originem virtutum laudibus imminuit, vel potiùs ruſticitatis objecto grandem illius animum elevavit. Contra Plinius obſcuram ſortem opponens validiori utitur argumento, ut indignum hominis faſtum ſeſe adeò ſuperbientis deprimeret: quamvis ipſiſſima a Cicèrone laudata tractans debitam Mario laudem minimè denegaverit, eo quia unus hominum ſtans ſibi varicem extrahi paſſus ſit. Alibi noſter, ut Aſclepiadis ignorantiam culparet, poſtquam medendi rationem irridens expoſuit: *id ſolum*, addit [d], *poſſumus indignari hominem e leviſſimâ gente* (3) *ſine opibus ullis orſum vectigalis ſui cauſsâ repentè leges ſalutis humano generi dediſſe;* quibus ſanè verbis humili loco natum eſſe Aſclepiadi in opprobrium vertebat. Alius etiam homo novus Plinii limam non effugit L. Talius Rufus, cui conſulatum ex militari induſtriâ adepto, natalium infimam conditionem objiciebat [e]. Ex iis fortaſſe collegit Polentanus, naturalis hiſtoriae ſcriptorem parentibus locupletibus, honeſtiſque natum, atque ante Polentanum Johannes Manſionarius, utroſque Plinios nobiliſſimo genere ortos, Equites Romanos, & Senatores fuiſſe affirmavit, quâ in re utique ſubſcriberem Manſionario, ubi ſeniorem Plinium ab equeſtri ad ampliſſimum ordinem proceſſiſſe aliquâ oſtenderet conjecturâ, ut infra hoc volumine nitar comprobare.

Ego, ni mea me fallit opinio, illuſtrem hujuſmodi originem non aliunde, quàm e Comenſibus, atque a Genevenſi elogio petendam cenſerem, cum Plinios cives noſtros haud contemnendis dignitatibus ornatos ante Flaviae gentis imperium oſtenderim. Et ſanè in Romanorum memoriis Plinios nuſquam invenio, qui vel geſtis in Vrbe officiis, vel militaribus ſtipendiis apprimè nobiles ante naturalis hiſtoriae ſcriptorem recenſeantur. Omnes enim, qui unum ex Pliniis Sexti Pompej aevo illuſtrem commemorant ex Appiano Alexandrino [f]; atque hos inter Laelius Biſciola, qui hunc Sexti Pompej ducem noſtri avum, vel patrem ſuſpicatur [g], a falsâ Latinorum, Italorumque interpretum verſione decepti ſunt; cum Appianus non Plinii, ſed *Plennii* meminerit, qui M. Lepido ex Africâ in Siciliam trajicienti oppoſitus, ab illo Lilibaei ſubinde obſeſſus fuit.

Nobilem apud Comenſes Pliniorum originem ex vetuſtis inſcriptionibus recipiunt Benedictus Jovius, Joh. Maria Catanaeus, aliique. Plura tertio libro attigimus, reliqua in ſequentis Plinii vitâ enarrabimus. Sufficiat lectorem ad allata volu-

ANNOTATIONES.

(1) Conſule M. Senecam (*h*), Valerium Maximum, & Plutarchum apud Dalecampium (*i*). Harduinus Valerii Maximi verba ſubjecit; haud inſolito tamen more Dalecampii obliviſcitur (*k*), qui haec primùm illuſtravit. Addamus Senecae patri filium Conſularem, ubi Plinianae convenit ſententiae (*l*): C. *Marius ad Conſulatum a caligâ perductus.*
(2) In multis codicibus additur *principio*, hos ſequitur Harduinus.
(3) Laudatus Harduinus illud *e leviſſimâ gente*, Aſiaticâ nempe interpretatur (*m*). Ego obſcurae primùm origini tribuendum cenſerem, nam e Graecis Aſiaticis profunda, & culta miramur ingenia. Opinionem noſtram firmant ſequentia *ſinè opibus, & vectigalis ſui cauſsâ*. Leviſſimae genti opponitur nobiliſſima, unde de Craſſo, atque Domitio *Nobiliſſimarum*, inquit Plinius (*n*), *gentium ambo --- cenſuram poſt conſulatum ſimul geſſere*. Tacitus Annal. II. *E plebe infimâ C. Marius, & nobilium ſaeviſſimus L. Sylla* (ſeu ut alii legunt) *Sulla*.

[a] *Lib. XXXIII. 11. Vid. Palerm. lib. II. pag. 101.* [b] *II. Tuſcul. Vid. Plin. lib. XI. & Pintian. citato loco.*
[c] *Satyr. VIII. verſ. 244. & ſeq.* [d] *Lib. XXVI. 3.* [e] *Lib. XVIII. 6.* [f] *Bellor. Civ. lib. V.*
[g] *Tom. I. Comment. ad VII. Plin. libr.* [h] *Lib. I. Controverſ. VI. pag. 86.* [i] *Tom. III. edit. Hack. pag. 485.*
[k] *Tom. II. pag. 631.* [l] *De benefic. lib. V.* [m] *Cit. Plin. libro.* [n] *Lib. XVII. initio.*

volumina relegare, dummodo irridendam Theveti ſententiam contemnat, qui Plinium ſapientiae, & doctrinae lumine humillimam ſortem illuſtraſſe ſomniavit [a]. Vt autem aliqua propiùs de Plinii genitore inquiram, quamvis iter habendum ſit non tritâ auctoribus viâ, & certiſſima in obſcuris adeſſe non poſſit argumentatio, rem gratam ſtudioſis me feciſſe crediderim, ubi conjecturas a geminis tertio libro allatis elogiis capiamus. In Bilacenſi villâ, quam Tragoediam Plinius Caecilius appellabat, inventum diximus antiquiſſimi monumenti fruſtum, in cujus initio legitur M. PLIN. OVF. Hunc aliquem ex Magni Plinii progenitorum fuiſſe jam tum collegeram, cum unicè Jovii autographo contentus, non alia in elogio extare credebam; nam in Plinium Caecilium ex avunculi bonis villam perveniſſe innuunt ibi repertae Pliniorum, non Caeciliae gentis memoriae. Quòd autem ſequens Plinius multa ex avunculi haereditate ad Larii oram habuerit, oſtendunt ſcripta Fabato proſocero, ubi de Corelliâ loquitur [b]: *indicavit mihi cupere ſe aliquid circa Larium noſtrum poſſidere: ego illi ex praediis meis, quod vellet, & quanti vellet, obtuli exceptis paternis, materniſque. His enim cedere ne Corelliae quidem poſſum*. Hanc igitur villam, quam Tragoediam ipſe appellabat (1), ex adoptivi parentis haereditate in juniorem Plinium migraſſe dicemus; illoque domino vetuſtius M. Plinii elogium, tum etiam quòd nullam iterum, iterumque uxoratus prolem reliquerit, ut inter alia oſtendit Mediolanenſis Ambroſiana inſcriptio, ubi (civibus ſuis immenſa bona in Thermarum ornatum, ad epulum Plebis Vrbanae, in alimenta puerorum &c. relinquens) nullam prolis, ſeu haeredis; ſed Libertorum unicè in teſtamento occurrit recordatio. Neque Palermi fautores dicant, aliquem ex junioris Plinii libertum eſſe poſſe hunc Marcum Plinium, cum notae OVF. in OVF*entinâ* tribu cenſum ferentem, civemque origine nobilem, non libertinum oſtendant. Hiſce caementiciâ aliquâ texturâ firmatis materies aſſurgit, ut Marcum Plinium Caj Plinii Fauſti parentem ſuſpicemur, cujus illuſtris in Genevate elogio occurrit recordatio, cujuſque ad OVF*entinam* Comenſium tribum pertinentiam Gudio debemus; & doctiſſimo, clariſſimoque viro Johanni Jalaberto, ut in hanc ſpeciem emaculatius prodeat.

ANNOR. XII L. PLINIO FAVSTI FIL. SABINO	❦ ❦ ❦ ❦ ❦	C. PLINIO . M. F. OV :: FAVSTO AEDILI II. VIRO IVL. EQ. FLAM : N C. PLINIVS ❦ (2) FAV VIVOS ❦ P. C

Illu-

ANNOTATIONES.

(1) De Plinii Caecilii villis fuſiùs agemus lib. XVIII., & Larianas Comoediam, & Tragoediam ab avunculo Plinio in adoptivum filium perveniſſe plura ſuadent. Pliniorum memoriae in Comoediae ruinis inventae: quarum unam, dum hujuſmodi commentaremur, a ſe viſam teſtatur Franc. Antonius Majnonus elegans e Divi Paulli familiâ orator, quamvis illam lapicida poſtea perdiderit.

(2) Corcula, quae paſſim in antiquis elogiis inveniuntur nihil aliud quàm dictionis finem indicant. Haec lapicida pro arbitrio ſcalpebat, ut videre eſt ex maximâ Velejatium tabulâ (c), in Jovii, Alciati, Borſaerii, Gruteri, & Muratorii inſcriptionibus. Adnotavi, quandoque ſcalpri licentiam uſque adeò progreſſam, ut corculis ea etiam ſepararet, quae unitim veniunt legenda. In celebri M. Aurelii Antonini elogio, quod ex Naniorum Muſeo profert Paſſerius, legimus - - PRO ❦ NEPOTI
- - - - - AB
NE ❦ POTI, quod ultimum ſanè intolerandum (d). Haec ideò dicta ſint, ut illorum error appareat, qui corcula aliquid ſignificare ubique ſtatuunt.

[a] *Tom. VIII. pag. 137.* [b] *Lib. VII. 11.* [c] *Col. VI. verſ. 78.* [d] *Vid. Muſe. Nani. pag. XLII.*

Illuſtris Pictetus, quo cive, & cujus doctrinâ gloriantur Genevates, elogium e Ripariae portâ ad aedes ſuas traduxit, inque muro impluvium ambiente, omnibus viſendum collocavit.

C. Julium Caeſarem Comenſes ubique coluerunt, cum ab illo innumera accepiſſent beneficia. Hic oppido adaucto limitaneas Equitum ſtationes, & caſtra patriis in finibus poſuit, ut noſtrae teſtantur hiſtoriae. Talibus ſubſidiis Maximus Imperator contra Barbarorum irruptiones Italiae tutelam ſuſceperat: ſubinde Helvetios magnis itineribus petens per Comum, & Bilitionam iter habuit. Hocce Caſtello tanquam Italiae clavi utebatur, ibique triquetram inſignem turrim extruxit (1), quae adhuc ob figurae, & vetuſtatis miraculum ab omnibus celebratur [a]. Non incongruum igitur videtur affirmare, quòd aliquis ex OVFentinâ Comenſium tribu ad novos regendos colonos fuerit deductus, ſive id Caeſaris, ſeu Auguſti temporibus acciderit (2). Quae verò ad Plinii genitorem ſpectant, haec indicandi tantùm, non decernendi gratiâ dicta ſint, dum interim noſtrâ diligentiâ debitum Gudio (3) encomium redditur, qui primus inanes aliorum amplificationes reſecans notas OVF. ad Ovfentinam tribum deduxit.

Temperare mihi non poſſum, quin rem noviſſimam hoc loco referam, unde me vatem fuiſſe lector intelligat, quando conjeceram C. Plinium in Equeſtri Duumvirum, filium illius Marci Plinii eſſe poſſe, cujus memoria Bilaci viſitur. Cum multis ab hinc annis Bilacium appuliſſem, nihil antiquius habui, quàm ibi neglectas Pliniorum memorias diligenter inquirere; ſed neſcio quo malo fato, congeſtis hinc inde ruderibus, & lignorum ſtruibus omnia ita contegebantur, ut oleum, & operam perdiderim. Ab indigenis quidem accepi in paraſtaticarum alterâ *M. Plinii OVF.* extare monumentum, quod tamen lignorum congeries operiebat; nam paraſta-

ANNOTATIONES.

(1) De hac Turri conſule Lazarum Caraſinum Epiſcopum Comenſem in libello ad Purpuratorum Collegium, cui titulum fecit: *Relatio de ſtatu Eccleſiae Comenſis*.

(2) Quiſnam Juliae Equeſtris Coloniae conditor fuerit, diſputatur ab eruditis. Haud ignoro oppida quamplura, quae Juliae Coloniae nomen obtinuerunt, id honoris Auguſto Caeſaris adoptivo filio debere. Nullam tamen invenio rationem, ut Juliae Equeſtris Coloniae auctorem potiùs Auguſtum, quàm Caeſarem faciamus. Romanorum Imperatorum celeberrimum in Helvetiorum (quos *Svitios* Neoterici appellarunt) finibus penetraſſe a nobis allata ſatis oſtendunt, fuſiùſque alibi comprobabimus. Certè Plinius Equeſtris ante Rauricenſem Coloniam (quam L. Munatius Conſul deduxit) in Helvetiis meminit. Locus diſputationem Plinianis Diſquiſitionibus non omninò neceſſariam, longiùs tractare non ſinit, quum nobis ſufficiat oſtendere, elogium Magni Plinii aevo vetuſtius apparere, ex vocabulo VIVOS, atque ex dignitate, & reliquis, quae junioris Plinii abſque filiis decedentis temporibus, & poſteriori ſeculo minimè conveniunt.

(3) Habuit Gudius Morhofii teſtimonio Bibliothecam *privatarum omnium Reginam* Codicibus MSS. vetuſtiſſimis, & rariſſimis refertam; ipſe verò antiquitatem adeò coluit, ut Gudianum inſcriptionum volumen longè Gruteriano, & Reineſiano praeferatur, cum (ut laudatus Morhofius teſtatur) ad congerendos hoſce theſauros, totam Italiam perreptaverit (*b*). Hinc eſt, quòd a Gudio tradita veritati nunc per illuſtrem Jalabertum patefactae, magis accedunt. Satis igitur diverſa a Muratorio de Gudiano exemplari conjiciam, quamvis Italus antiquarius minorem de optimo Codice habuerit opinionem; quae tamen non Gudium, ſed aſſutas Gudio lacinias perſtringer. Vtcumque ſe res habeat, hoc loco calculum ſubducere poteſt Bochatus, qui elogium in hanc formam e Sponio deſumit (*c*).

ANNOR. XII. L. PLINIO FAVSTO SABINO	C. PLINIO . M. F. C N. FAVSTO AEDILI II. VIRO IVL. EQ FLAMIN VIVOS P. C.

Addit majori fiduciâ ſibi Sponianum exemplar ſequendum propoſuiſſe, quia ad virum ſpectat in antiquis interpretandis eximium, & quia elogium ab ipſomet Pliniorum tumulo deſumpſerit. E contrario Guillimannus, & Plantinus apographis utantur, nullâ ratione Sponio comparandis, quique (eo judice) negligentiores apparent, neque minùs inter ſe, quàm a Sponio diſſideant, ut facili negocio utroſque comparantibus eluceſcet.

Guillimannus	Plantinus
C. PLINIO . M. F. COR FAVSTO AED. PL II. VIR. COL. IVL. EQ. FLAMINI. C. PLINIVS . FAVSTVS VIVVS . P. C.	C. PLINIO . M. FO FAVSTO AEDILI II VIRO COL. IVL. EQ FLAMINI C. PLINIVS FAVSTVS VIVOS . L O

[a] *Vid. Tattum Dec. I. Lib. VII. pag.* 510. [b] *Polyhiſtor. Tom. I.* 24. *pag.* 919.
[c] *Commentar. ad veterem Helvetior. hiſtor. Tom. II. mem. XI. pag.* 165[illegible]

raſtaticae ferream tranſennam ſuſtentantes aditum lapideis ſcalis praebent, unde ad ſuperbam Sfondratorum villam [1] aſcenditur. Parmae igitur Plinianas diſquiſitiones edenti, Joviano autographo unicè ſtandum duxi; jamque typographi quartum volumen ex integro abſolverant, cum intellexi amitinum meum M. Paullum Comitem Odeſcalchum [2] flagrantis Caniculae atroces oras hiſce diebus vitare in Bilacenſi Guggiatinâ [3] villâ apud virum nobiliſſimum Ignatium Comitem Caimum. Illum igitur per epiſtolam rogavi, ut pro ſuâ humanitate certiorem me faceret, an aliae Pliniorum memoriae Bilaci extarent: vel ſaltem ad M. Plinium ſpectans majora, quàm a B. Jovio indicata praeſeferret. Hic adhibitâ etiam eruditi Presbyteri Antonii Fumaſii Procuratoris noſtri operâ ſtatim reddidit in cinericio marmore, quod paraſtaticae capitulo inſervit, adhuc apparere.

M. PLIN....
OVF. SA....
IIII. VIR. I...
T. V....

Alteram inſuper adjecit, ſed temporis injuriâ adeò labefactatam, ut haec tantùm, nec ſatis apertè legantur.

I ^A^ O. M.
...ORI [4] V.. A IVS : VS
..IIII R V S IVS.R
. V . IM.

An Marci Plinii elogium a Comite Odeſcalcho excriptum illud ſit, de quo Jovius: nec affirmare, nec rejicere audeo. Idem videtur, quòd prae foribus adhuc extet: alterum quia Jovius furvum [5], Odeſcalchus cinericium [6] marmor aſſeverat, & longè plura in illo apparere teſtatur. Quod certè omnes concedent, literae SA... SA*bini* cognomine veniunt complendae. Quare nimium mihi blandiri minimè ſuſpicor, ubi hunc Marcum Plinium Sabinum Caj illius Plinii Sabini patrem extitiſſe colligamus, qui in Juliâ Equeſtri Duumvir apparuit, dum filio L. Plinio Sabino XII. annorum vitâ functo litavit. Hic igitur C. Plinius Fauſtus alterum habere potuit filium natu minorem, nempe C. Plinium (cujus acta perſequimur) diverſum a Sabino [7], ideoque Secundi cognomine diſtinctum.

Quo Chriſti anno, quibuſve Conſulibus natus ſit Plinius ſtatuere, non caruit difficultate: attamen dum in Plinianis tabulis CHRISTI REDEMPTORIS annos, Vrbis Conditae, & Conſulum temporibus comparavimus, haud modicam ab ipſo Plinio lucem accepiſſe monuimus, cum non uno loco V. Condit., Caeſarum, & Conſulares annos unitim proferat. Verùm omnibus patet in ſupputandis V. Cond. annis Faſtorum, Livii, Varronis, aliorumque diſcrepantia; itemque Caeſarum Im-

ANNOTATIONES.

(1) Haec in edito colle poſita Arcis figuram exhibet, unde haud incongruo nomine appellatur *Caſtello*.

(2) Marcus Paullus Comes Odeſcalchus Rajmundi Decurionis, avunculi mei filius, Comenſis, & Mediolanenſis Patricius, in Comenſi Provinciâ, & Lario lacu Militum Tribunus, nemini illuſtrium gentilium ſecundus a viro clariſſimo Ignatio S. R. I. Comite Caimo affine ſuo, ob ingenii, & morum elegantiam ſingulariter amatur. Comes Ignatius Mediolanenſis, & Comenſis Decurio, Caeſaris, & Auguſtae a penitioribus conſiliis, Vrbanae militiae Praefectus &c. quotannis Guggiati tantâ ruſticatur magnificentiâ atque humanitate, ut nullibi opulentiùs, itemque beniguiùs hoſpites excipiantur.

(3) Vernaculâ linguâ *Guggiate*.

(4) Cum tot tantaque deficiant literae, integram reſtitutionem tentandam reor, cum cryſtallino conſpicillo marmor oculis meis ſubjecerim. Prima per ſe patent *Iovi Optumo Maximo*
*Conſervat*ORI

(5) Furvum, (*oſcuro*)

(6) Cinericium (*bigio*). Fieri etiam poteſt, quòd Elogii initium, & marmoris colorem ex alienâ fide retulerit Jovius, qui nunquam e patriâ diſceſſit, niſi ut Demetrium Calchondylem graecè profitentem Mediolani pronunciationis cauſsâ audiret (*a*).

(7) Refert Suetonius, Titum Flavium Sabinum Veſpaſiani Auguſti patrem foenus apud Helvetios exercentem, ibidem ſupremum diem obiiſſe (*b*). Colligunt viri docti Sabinum in Aventici oppido finiſſe (*c*). Cum igitur parum Aventicum a Juliâ Equeſtri diſtet: cum Sabini cognomen Plinii avo, & fratri, ut Flaviis uſurpatum agnoſcamus, fortaſſis aliquam affinitatem, vel amicitiam inter Flavios, Plinioſque portendit? Certè Miſenenſis Claſſis Praefectus ab illis tanquam amicus excipiebatur.

[a] *Vid. Paul. Jov. in elog.* [b] *In Veſpaſ. I.* [c] *Vide Schmidtium Antiquit. Aventic. pag.* 8.

Imperantium, Confulum, Vrbifque Conditae annos non poffe ubique Chriftianae Aerae refpondere, cum a diverfis diebus, & menfibus initium defumant (1). Addendum, quòd ubi omnia fibi invicem exactè refponderent, adhuc ut Plinianae vitae temporibus adaptarentur, refcire oporteret, quantis diebus naturalis hiftoriae fcriptor aetatis annum LVI. exceflerit, num fortaffis menfes addendi, qui a juniore Plinio reticeantur; quare eam digeffimus fupputationem, quam veritati magis accedere fufpicamur. Neque mirum lectoribus evadet, ubi non unicè vetuftiorum, fed ipfiufmet Pagii, & omnium penè neotericorum calculum rejiciam. Error enim in cunctis videtur cubare, dum CHRISTI annos ad Vrbis Conditae, Confulumque tempora compararunt. Haud ignoro, de ipfo CHRISTI natali anno inter Ecclefiafticos fcriptores difceptari (2). Verùm non inde recentiorum fupputatio deficit; fed quòd anno uno in digerendis CHRISTI, & V. Cond. temporibus hallucinentur; eâ fortaffis de caufsâ, quòd eos latuerit, CHRISTI annum a kal. Januar., Vrbis verò Conditae XI. kal. Maj effe incipiendum. Horum errorem non obfcurè fubodoravit Ludovicus Antonius Muratorius (3), cum novum infcriptionum thefaurum adornaret (a), ac fubinde ita digeffit tempora in Annalibus, ut noftrae refpondeant fupputationi.

Johannes Harduinus Plinii nativitatem ftatuit anno V. Cond. IↃCCLXXIV., Chrifti XX., obitumque anno V. Cond. IↃCCCXXXI. In noftris Plinianis tabulis annus V. Cond. IↃCCLXXIV., Chrifti fecundo fupra vicefimum alligatur; atque ab anno V. Cond. IↃCCLXXIV. ad IↃCCCXXXI. numerantur quinquaginta feptem; unde alterum Plinii vitae annum addere videtur Harduinus. Ego verò Plinium in hanc lucem veniffe ftatuo anno V. Cond. feptuagefimoquinto fupra feptingentefimum, Tiberii imperantis nono, a Chrifti nativitate vicefimotertio, C. Afinio Pollione, & C. Antiftio Vetere Cofs. (4). Quâ autem in Vrbe, aut territorio nafci contigerit, adhuc fub judice lis eft. Veronenfes Veronae ortum affirmant, atque ii praefertim, qui *Conterranei* vocabuli diverfitatem inter civitatis, ac territorii incolas ftatuere maluerunt. Palermus quamvis aliâ fortaffis de caufsâ in hanc deflexit opinionem, dum Romae Plinium puerum, & peradolefcentulum, peregrinumque exceptum fuiffe afferuit (b); atque eruditè Athenaei fententiam, adjectis Portii Catonis (5), C. Marii, Tullii Ciceronis exemplis propofuit, quorum primus Tufculo natus; fecundi Arpino geniti (6): omnes a puero Romam deducti, ut in dominâ rerum Vrbe dignam ingenio tentarent fortunam, & politiffimis artibus, atque optimis difciplinis imbuerentur. Neque a Palermi fententiâ diftare videtur Xicco Polentanus, qui ex iis nonnulla jamdiu delibaverat, & Plinium a pri-

ANNOTATIONES.

(1) Confule quae occurrunt lib. IV. initio.

(2) Sulpicius Severus Chrifti ortum ftatuit anno Julianae Period. XLII. Sabino, & Rufino (lege Rufo) Cofs. (c). Hieronymus anno Period. Julian. XLIII. C. Lentulo, & Meffallâ Cofs. (d), cumque illo Caffiodorus, & Chronici fcriptores plerique. Epiphanius anno Jul. Period. XLIV. Octaviano Aug., & Silano Cofs. (e). Orofius anno V. Cond. 752. (f) qui noftrae convenit fupputationi. Si plura optas confule Philippum a Turre toties laudatum, & Joh. Baptiftam Faurium (*Faure*) in differtatione Hiftorico-Criticâ ad tabulas Mufantii (g).

(3) Vide fectionis primae initium fuperiore libro.

(4) Polycarpus Palermus Plinii nativitatem alligat anno Chrifti 25. Vrb. Cond. 776., Baronium fiquidem, caeterofque illius aevi Chronicos fecutus eft, qui Chrifti ortum duobus annis diftulerunt. Nobis convenit Funcius (h); fed Chrifti annum 25. loco 23. indigitat eôdem Palermi errore. Plinio igitur firmiter adhaerendum, qui anno V. Cond. 775. Afinium, & Antiftium Confules fuiffe teftatur.

(5) Vide Ciceronem libro II. de legibus. Plutarchum in Catonis vitâ. Sextum Aurel. Victorem de viris illuftribus, M. Antonium Majoragium in Oratione judiciariâ. Valentinum Forfterum Hiftor. juris Civilis (i), Guinifium (k), Popeblountium (l) &c.

(6) Confule Juvenalem, Sextum Aurelium Victorem &c.

[a] *Nov. Thefaur. ubi Anni J. Chr. Vrb. Condit. & Conful.* [b] *Lib. I. 1. pag. 9.* [c] *Lib. II. Hift. Sacr.* [d] *Lib. II. in Ifajam.* [e] *Haeref. LI. Vide Liberium a Jefu Controv. Tom. I. pag. 644.* [f] *Lib. VI. 21.* [g] *§. VII.* [h] *Pag. 541.* [i] *Tract. univ. jur. Civil. Tom. I. pag. 43. A.* [k] *Allocut. VI. pag. 263.* [l] *Cenfura pag. 47.*

primis annis Romam incoluisse affirmavit. Contra nostrum in Comensi urbe genitum statuerat ducentis ab hinc annis bonus ille Andreas Thevetus, cum Plinium naturalis historiae auctorem ad Trajanum pro Christianis scripsisse, illiusque aevo vitâ functum venditavit [a]. Inter Comenses & ego nonnullos invenio, qui de loco, ubi Plinius natus sit, invicem disceptant. Tattus certum sibi ait non constare judicium, utrum Comi, an in Comensi lucem viderit, cum hoc ex veterum silentio evadat incompertum [b]. Robertus Rusca Plinium avunculum, & sororis filium apud Plinianum fontem natos esse haud obscurè opinatur [c]. Idem longè ante Ruscam protulit Franciscus Lopesius Villalupus (1), qui Plinianum fontem in propriâ Plinii patriâ fuisse scribit [d]; neque latiùs haec verba sunt accipienda, quasi fontem in patrio Plinii agro existentem affirmare voluerit, cum notiones a Leandro Alberto accepisse videatur; hujus enim loci indigenae incorruptâ successione tenent, inibi Plinium naturalis historiae scriptorem habitasse [e]. Omnium tamen, & Aloysii itidem Ruscae Roberto accedentis pace [f], quaecumque a Veronensibus, atque a meis civibus de natali Plinii solo scripta fuere, gratis asseruntur: cum in tantâ rerum caligine nullum prorsus certae veritatis suppetat indicium. Haud equidem ignoro, quòd rationi omnino congruum esse potest, Plinium Comi, aut in Comensi, si Comensis; Veronae, aut in Veronensi territorio, ubi Veronensis fuerit, potiùs quàm alibi natum asseverare. Sed quamvis invictè teneam Plinium a Comensi viro genitum, atque ex infra dicendis inclinem, ut illum Comi natum suspicemur; id tamen apertè ostendere nequaquam profiteor, cum alibi quoque vagisse utique accidere potuerit, genitore alicujus officii caussâ vel in Italiâ, vel in provinciis commorante; nullamque ex supra allatis repugnantiam invenio, ut in Equestri Coloniâ Plinio Fausto apud Helvetios degente natus fuisset.

Plinium Mediolani fortassis, antequam Romam peteret, studuisse, cum inibi tunc politiores literae florerent, scribit Morigia [g]; sed eodem profectò, quo superiores auctores, utitur argumento. Nos sanè ex Plinii historiâ illum nondum pubertatem ingressum Romae fuisse colligimus; nil tale verò, quòd Mediolani conveniat, invenimus. Et sanè ubi Corvi exequias recitavit, minuta adeò congerit, ut avem sibi notam, & ductum funus vidisse innuat, quod gestum M. Servilio, & C. Cestio Cofs. quinto kal. April. testatur [h]. De utroque Consule alibi sermo ingeritur, asseritque Servilium Nonianum visu sibi cognitum [i]. Ex supernè dictis, atque ex infra dicendis constat Plinium tum Romae inhabitantem aetatis suae annum XII. attigisse (2); iisdem penè verbis de Sexto Papinio, qui subsequenti anno Consul fuit, utpote de viro Augusti quoque ultimis temporibus abundè cognito sermonem habet [k], utique innuens Papinium ad ultimum Tiberii annum pervenisse, quo Plinium decimumtertium aetatis suae egisse comperimus (3). Quantum

ab

ANNOTATIONES.

(1) *Lopez de Villalobos.*

(2) Convenit nobis Tillemontius, cum anno V.C. 787. Servilium Nonianum, & Cestium Gallum Consules agnoscat: in eo tamen dissentit, quòd tum Plinium, decimum, vel undecimum aetatis annum numerasse affirmavit (*l*). Videtur etiam Plinio notus C. Cestius Noniani collega. Hunc Tiberii principatum excessisse colligerem, cum legam in naturali historiâ, ubi de Corinthiis agitur (*m*): *circumtulit & Nero Amazonem -- -- & paullo ante C. Cestius Consularis signum, quod secum etiam in praelio habuit.*

(3) Hi peculiares in Plinio loci sunt, neque allatis priores inveni, quibus se non modò Romam incoluisse, sed res etiam visu sibi cognitas referret. Etenim licèt suo aevo Junium, & P. Silium Consules fuisse dicat (*n*): sibi tamen nequaquam notos, sed historiam, quae illis Rempublicam gubernantibus evenit, in Populi Romani Actis testatam descripsit, eo ipsissimoque modo, quo res ante illum gestas toties recitavit. Animadvertimus utique, Plinium, quandocumque *Aevi* vocabulo usus est, de rebus quae ipso vivente contigerunt, sermonem habere; atque ideò hoc etiam

loco

[a] *Tom. VIII. 12. pag. 136.* [b] *Decad. I. lib. I. num. 42. pag. 35.* [c] *In libro cui titulum fecit* Rusco. [d] *In glossâ natural. ad Plin. lib. II. cap. 106. fol. XCIX.* [e] *Descript. Ital.* [f] *Larii. pag. 46.* [g] *Hist. Med. lib. I. 2.* [h] *Lib. X. 43.* [i] *Lib. XXXVII. 6.* [k] *Lib. XV. 24.* [l] *Histor. Impp. Tom. I. pag. 616. & 661.* [m] *Lib. XXXIV. 8.* [n] *Lib. VIII. 40.*

ab ineunte aetate in optimis disciplinis profecerit, uberrimi fructus ostendunt: queis verò traditus praeceptoribus incompertum. Refert se, cum adhuc adolescens esset, Apionem multa inania, & fictilia praedicantem audisse [a]; quibus sanè verbis tunc Plinium pueritiam supergressum dignoscimus. Apionem, qui Aegyptius fuit (1), in Transpadanis degisse haud facilè crediderim: contra verò cum ipsam ante adolescentiam Plinius Romae fuerit; eâdem in urbe (licet Apione non uteretur praeceptore,) illum audisse credendum est, quem ultimis Tiberii annis notum, & inibi viventem colligimus. Hunc sub Tiberio cymbalum Mundi vocitatum immortalitate donari a se scripsisse, ad quos aliqua composuisset, ex naturali historiâ eruimus [b].

Tiberio Capreas incolente Plinius nutricis mamillas adhuc sugebat, ut ex temporum supputatione, & Suetonii verbis ad rem nostram comparatis colligere fas est; ideoque nihil de hoc Imperatore, nisi ut ab aliis relato, auditoque proditur in naturali historiâ; idque eâ ex caussâ praesertim evenisse conjicio, quòd Tiberius nefario Caprearum secessu delectatus, Romam non ampliùs redierit [c]. Ad alios igitur provocat Plinius, cum Tiberii meminit [d], neque usquam hunc Caesarem visu sibi cognitum affirmavit. Tiberio tamen imperante se mortalem in hanc lucem venisse indicat, dum *excessere*, ait [e], *hoc in nostro aevo, nec modicè histriones; sed libertatem suam mercati*, atque infra*: tam hercule, quàm libidinis non formae Parenetemi* (2) *Spadonis Sejano* H-S. CIↃIↃ *mercante a Lutorio Prisco*. Exactam igitur sequentibus supputationem utique constat, Plinium aevo suo tamquam viventes nonnullos recensere, qui ad Tiberii usque obitum non pervenerunt.

Tiberio vitâ functo politiori literaturae operam Romae Plinium dedisse, de eruditissimo viro colligendum, utpote qui perire omne tempus arbitrabatur, quòd studiis non impertiretur. Illum tamen, & honestis urbanae vitae officiis quandoque indulsisse scio, cum Caj Caesaris (3), qui Tiberio successit uxorem se vidisse testetur hisce verbis [f]. *Lolliam Paullinam, quae fuit Caj Principis Matrona, nec serio quidem, ac solemni aliquo apparatu, sed modicorum etiam sponsalium coenâ vidi smaragdis, margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus toto capite crinibus spirâ, auribus, collo monilibus, digitisque. Summa quadringentis* H-S *colligebat, ipsa confestim parata mancupationem tabulis probare. Nec dona prodigi Principis fuerant, sed avitae opes, Provinciarum scilicet spoliis partae. Hic est rapinarum exitus. Hoc fuit quare M. Lollius infamatus Re-*

ANNOTATIONES.

loco, quo facili supputatione illum in vivis fuisse collegimus (*g*): dum porrò verbum *Aetatis* usurpavit, & propriâ vitâ coërcitum, & longius quandoque spatium comprehendit: verùm cum Junio, & Silio Coss. quintum ageret annum, nec quo tunc degeret loco subscripserit; lubenter atque ingenuè fatemur, multa, quae ad rem proficerent, ignorare, illis de caussis certum Plinii natalis locum definire haudquaquam permittentibus; ne dubiis, ac plerumque frigidis indulgentes, futilibus innixa argumentationibus proferamus.

(1) De Apione plura scribemus libro VIII. Multiscius, & Polyhistor teste Budaeo appellabatur (*h*). Apud Divum Hieronymum minùs rectè *Appio* dicitur (*i*).

(2) Hanc lectionem tuetur laudatus Budaeus, a quâ recedere placuit Harduino, & *Paezontis* appellationem recipere. Certè nostrae indicia in veteribus omnibus editionibus (quibus Paezon ignotus) inveniuntur. Reliqua etiam apud Paullum Manutium, Dalecampium, atque Harduinum perperam occurrunt, quasi Priscus Paezontem e Spadonibus Sejani emerit, quando illum Sejano vendidit.

(3) Quae de *Caligulae* cognomine in Plinianis tabulis adnotavimus, hîc proficient, ubi Lollia non *Caligulae*, sed Caj Principis uxor ab auctore recensetur. Consule Harduinum (*k*), & Rei nummariae collectores, Occonem, Johannem Smetium, Vaillantium, Mediobarbum. Haec omnino illustrat Seneca Philosophus, apud quem Cajus Caesar, nusquam *Caligula* appellatur, nisi eo loco, ubi illum rerum potitum a militari allatâ appellatione abhorruisse describit (*l*): *nec impune cessit Primipilario, quòd* Caligulam *dixerat. Hoc enim in castris natus, & alumnus legionum vocari solebat, nullo nomine militibus familiarior unquam factus; sed jam* Caligulam *convicium, & probrum judicabat cothurnatus;* Alibi etiam, cum de Julii Caesaris morte loqueretur, ut primum a quarto Imperatore distingueret, *de illâ*, ait (*m*), *C. Caesaris, illius dico, qui superato Pompejo Rempublicam tenuit*. Minùs igitur exacti fuerunt Tacitus (*n*), & Suetonius (*o*), qui illum *Caligulam* nullâ abjecti cognominis praefatione appellarunt.

[a] *Lib. XXX.* 2. [b] *In praef. ad Titum.* [c] *Sueton. in Tib. XXIX. & LXXII.* [d] *Lib. XI.* 57. *lib. XV.* 50. *Lib. XXVIII.* 2. [e] *Lib. VII.* 30. [f] *Lib. IX.* 35. [g] *Lib. IV. pag* 89. *anno Plinii* 5. [h] *De Asse pag.* 191. [i] *Vid. Tom. IV. pag.* 107. 644. 645. [k] *Tom. I. Plin. lib. XIV. pag.* 714. [l] *De Constantiâ sapientis.* [m] *Epist. LXXXIII.* [n] *Annal. I.* [o] *In hujus Imper. vitâ*

gum muneribus in toto Oriente interdictâ amicitiâ a Cajo Caesare Augusti filio venenum biberet, ut neptis ejus quadringenties H-S *operta spectaretur ad lucernas* (1). Si aliqua igitur simul jungamus, quae de Lolliâ in veterum libris notata sunt, annum ipsum erui posse suspicor, quo magnificè adeò splendicantem noctu matronam Plinius conspexit. Offendimus enim apud Eusebium in Chronicis Cajum anno imperii ejus tertio Memmii Reguli feminam duxisse, virum compellens, ut se uxoris suae patrem affirmaret. Neque enim liquet dubitare quòd haec illa fortassis non sit, de quâ Plinius sermonem habet; nam quamvis uxoris nomen Eusebius reticeat, & plura Cajus contraxerit matrimonia, sententiam nostram ex lepidâ, & perjucundâ Suetonii narratione comprobamus. Is enim Lolliam Paullinam C. Memmio Consularis exercitus regenti nuptam C. Caesaris jussu e provinciâ evocatam testatur, cum ejus aviam inter pulcherrimas recenseri intellexisset: sperans, ut notat Beroaldus, effigie, ac lineamentis corporis illi fore persimilem. Quare & hanc unicè Memmii uxorem fuisse, & illam eodem imperii anno tertio sibi Cajum junxisse, brevique postmodum, interdicto cujusvis conjugio, repudiasse statuimus. Haec igitur est illa Lollia Paullina, quam Cajo nupsisse innuit Tacitus, cujusque exilium, & mortem refert (a). Nostrae verò argumentationis robur ad Plinii dicta suis temporibus redigenda inde desumitur, quòd Suetonius Caesoniam (quam post repudii libellum Lolliae datum duxit) ab illo ardentiùs, & constantiùs adamatam profiteatur. Quâ de causâ aequissimae, fortesque rationes jubent affirmare, iisdem omnino Consulibus Lolliam ductam, missamque, cumque illâ paucis mensibus (unico fortasse) vixisse, ut debitum Caesoniae conjugii tempus relinquamus; nam triennio tantùm, X. mensibus, & VIII. diebus regnavisse Cajum; & filiam ab ultimâ uxore suscepisse Suetonius scriptis reliquit (b); Suetonioque Eruditorum Chorus suffragatur (c). Plinii porrò verba Lolliae Paullinae jam tum Caj Principis uxori unicè conveniunt, cum hanc Matronam non prodigi Caesaris muneribus, sed avitis opibus fulgentem spectasset ad lucernas.

Annum tunc Plinius circiter sextumdecimum agebat; septimum verò supra decimum attigisse colligimus, cum echeneidis portentum imperatoriam navim remorantis evenit, quòd per hujusmodi verba evulgasse crediderim (d). *Tenuit & nostrâ memoriâ Caj Principis ab Asturâ Antium renavigantis, ut res etiam fuerit auspicalis pisciculus, siquidem novissimè tum in urbem reversus suorum telis confossus est* (2). Hujus pisciculi miraculo alterum, quod inter prodigia retulit Plinius, addemus, nempe in extis, seu capite extorum (3) jecur *Cajo Principi Kal. Januarii* defuisse, *cum iniret Consulatum, quo anno interfectus est* (e). Circa id temporis referenda veniunt, quae de coenâ a Pomponio Secundo datâ Cajo principi Plinius memoravit, *ubi anno* CLX. *sin-*

ANNOTATIONES.

(1) Hanc Plinii lectionem a manuscripto Codice Fratris Petri Ticinensis (de quo libro X.) libenter mutuavimus. Allata satis a Plinio Dalecampii, aliisque distant: multum tamen cum Salmasii, atque Harduini restitutionibus conveniunt. Miror Harduinum, qui certè hoc loco per Salmasium profecit, illum nequidquam nominare, geminat enim in plerisque. Salmasii lectio a Chiffletii, Toletano, & Salmanticensi exemplaribus sustentatur; quae est hujusmodi --- *crinium spiris, auribus, collo, digitis, manibus, quae summa quadringenties sestertiûm colligebat.*

(2) Ab hac lectione geminis Ambrosianis codicibus satis conveniente, uti & Chiffletiano exemplari vix distat Harduinus (f). Contra Palermus Cajum ab Asturiâ Romam remigasse affirmat (g); ubi fortassis typographico vitio scribentis corrumpitur sententia. Neque enim ab Asturiâ facili negocio Romanorum classes solvebant.. Cajum porrò in Hispaniis degisse nusquam inveni: nec *remigantis* vocabulum hoc loco Plinii nitorem sapit, qui Asturam parum ab Antio distantem docet. Consule Dalecampium, & Pintianum (h). Cicero *se Asturae diutiùs commoratum* testatur, cum Julium Caesarem ex Hispaniâ redeuntem expectaret (i), qui certè non ab Asturûm, sed a Mediterraneis Hispaniae portubus in Italiam navigavit.

(3) Caput extorum, summam & altissimam esse hepatis fibram explicat Dalecampius multa antiquorum eruditè congerens ex Persio, Apulejo, Nonio, Martiano Capellâ &c. Habes Harduinum, qui unus pro multis sufficiet.

[a] *Annal. lib. XII. pag. 133.* [b] *Suet. in Caligul. LVIII.* [c] *Clemens Alexandr. Tertullian. Eutrop. Cassiodor. Zonaras apud Pagium Tom. I. ann. Chr. 41.* [d] *Lib. XXXII. 1.* [e] *Lib. XI. 37.* [f] *Tom. II. pag. 572.* [g] *Pag. 12.*
[h] *Tom. III. edit. Hack. pag. 386.* [i] *Lib. VI. 20. ad Leptam.*

ſingulas uncias vini conſtitiſſe affirmat [a], quare ſi annos ab Opimio Conſule centum & ſexaginta numeramus, in annum Vrb. Conditae IↃCCXCIII. incidimus (1), qui quartus, & ſupremus Cajo Principi fuit.

Cajo poſtmodum e vivis ſublato imperium Claudius Caeſar ſuſcepit, cum Plinius XVII. aetatis annum ſupergrederetur. De Claudio illum ſcripſiſſe firmiter credo, quamquam Tiberii Caeſaris principatu hominem immolari moris fuiſſe in naturali hiſtoriâ hucuſque in hanc ſpeciem legatur [b]. *Galliam utique poſſedit, & quidem ad noſtram memoriam, namque Tiberii Caeſaris principatus ſuſtulit Druidas eorum, & hoc genus vatum, medicorumque*. Attamen vel mendosè loco *Claudii*, Caeſaris vocabulum irrepſit, vel quod rectiùs conjicio, Claudii nomen inter Tiberii, & Caeſaris reponendum erit, licèt a nullis Plinianis interpretibus id adhuc notatum inveniam. Neque ego lectionem immutare auderem, niſi certa depravationis ex ipſis Plinianis Codicibus haberemus indicia, quibuſque adduntur validae rationes, cum in Suetonio Claudium Druidarum religionem dirae immanitatis aboleviſſe inveniam [c], atque L. Seneca (qui aliquibus luſtris Plinium praeceſſit) non horum tantùm ſectam, verùm etiam nomen a Claudio Caeſ. ſublatum (2) teſtetur [d]; quare cum nil tale unquam de Tiberio ſcriptum inveniam, *Tiberii Claudii Caeſaris* loco *Tiberii Caeſaris* reſtituo. Hanc inter Suetonium, Pliniumque diſcrepantiam a Philippo Beroaldo, aliiſque adnotatam animadvertimus. Primus utrumque auctorem, ſed non omnino felici exitu componere intentavit, quamvis illa attingat, quae ad rem optimè inſerviunt, dum Claudium Caeſarem, pleniùs Tiberium Claudium Caeſarem appellari teſtatur [e]: quod licèt ad omne veritatis confinium pertineat, nimis tamen a traditâ adhuc regulâ, atque a Plinii claritate abhorret, Tiberium Caeſarem hoc loco dixiſſe, non ut Tiberium Auguſti ſucceſſorem, ſed Tiberium Claudium deſignaret. Ex mediocre enim quocumque auctore ſcimus, de Tiberio Caj Caeſaris in imperio deceſſore ſermonem haberi, dum Tiberium Caeſarem unicè legimus. Quare Caeſaris appellationi Claudii nomen Plinius addidit, ut ſtupentem Agrippinae conjugem denotaret (3). *Tiberii* igitur *Cl. C. principatus* cum a

ANNOTATIONES.

(1) Harduini typographus numerales notas corrumpit, & centum annos addit Vrbi Conditae, cum pro IↃCCXCIII. ſcribat DCCCXCIII. (*f*).

(2) Druidarum familias, & religionem non omnino neque a Tiberio, neque a Claudio ſublatas oſtendere conatur Petrus Pithoeus (*g*). Vbi certa hujuſmodi eſſent, dicendum videretur, Druidas poſt Flaviae domus imperium, Piceae modo uſtis radicibus repullulaſſe. Mitiùs opinatur Bolanvilerius, qui Druidarum ſectam ex Claudii decreto ſenſim oboleviſſe affirmat (*h*). Quomodo haec Senecae dictis copulentur ipſi viderint. De Druidis conſule Petrum Lambecium (*i*), Philippum a Turre (*k*) &c.

(3) Nemo ignorat hunc Imperatorem *Tiberium Claudium Caeſarem Auguſtum* in numiſmatibus ſemper inſcriptum (*l*), & triplici hac appellatione a Plinio quandoque nominatum, quamvis ſaepe a Joſepho Flavio (*m*), Cornelio Tacito (*n*), Sexto Aurelio Victore (*o*), atque in ipſâ naturali hiſtoriâ Tiberius Claudius vocitetur (*p*). Rectiùs igitur hoc loco Sabellicum conjeciſſe putaverim, qui Druidas, atque id genus vatum a Tiberio, non a Claudio (niſi locus in Plinio mendoſus ſit) ſublatum affirmavit, cum major procul dubio fides antiquiori Plinio, quàm Svetonio habenda ſit, & noverim Tranquillum aliis probatiſſimis auctoribus quandoque adverſari; atque ut reliqua praeteream, locum ſufficiat adnotaſſe, quo aſſerit Germanorum Legatis Claudium permiſiſſe, ut ſederent in orcheſtrâ (*q*), cum id a Nerone factum pulchro, longoque verborum apparatu Tacitus affirmaverit (*r*). Attamen cum de Plinianis excriptoribus, eorumque integritate, ac ſolertiâ dolendum adeò extet judicium, & alioqui ſexcentis locis mutilatam, auctam, inverſam, naturalem hiſtoriam habeamus, atque hîc etiam plura exemplaria *Druidas eorum* (*s*) nonnulla *Druidas Gallorum* (*t*) legant, non difficilè imperitis excriptoribus evaſit, *Claudii*, & *Caeſaris* appellationes conflare, tum magis quòd in antiquioribus Plinii codicibus *Claudium* per notas *Cl.* toties inſcribi, atque id etiam in ipſis recentioribus impreſſis animadverterim (*v*). Allatam verò Caeſaris dictionem Notarii, monetarum excuſores, & lapidarii ſaepe contrahebant; unde illud Auſonii (*x*):

Punctis peracta ſingulis,
Vt una vox abſolvitur.

Vbi plura hac in re optes, conſule annotationes noſtras ad epiſtolam Benedicti Jovii datam Johanni Paullo a Turre Rezzonici gentili meo (*y*) circa annum 1535.

[a] *Lib. XIV.* 4. [b] *Lib. XXX.* 1. [c] *In Claudio XXXV.* [d] *In Men. Claudianâ.* [e] *In annot. ad Sueton. in Claudio.*
[f] *Tom. I. pag.* 714. [g] *Adverſar. ſubceſiv. lib. I. cap.* 3. [h] *Tom. II. pag.* 337. [i] *Bib. Caeſ. Tom. I. pag.* 93.
[k] *Monu. Vet. Antii.* [l] *Vide Pier. Valerian. lib. XV. fol.* 115. *Pagium critica in Baronium Tom. I. ad annum Chr.* 42. *Claud.* 2. *Mediobarbum. Vaillant. Tom. I. pag.* 18. [m] *Antiquit. Jud.* [n] *Annal. lib. XII.* [o] *Hiſtor. Aug. Epitome an.* 394. *pag.* 553. [p] *Lib. XIV.* 22. [q] *In Claud. XXV.* [r] *Annal. lib. XIII. Vide Lipſium num.* 155. [s] *Conſule edit. Hackior.*
[t] *Vide Beroald. & Lipſium.* [v] *Edition. Hackior.* [x] *Epigramma CXLVI.* [y] *Epiſt. LII. MSt.*

Plinio compendiosè redderetur, tanta in modicis, vicinisque elementis affinitas, subinde errandi materiam posteris exhibuit, ut ex notis *Cl. C.* loco *Claudii Caesaris*, unicam *Caesaris* dictionem efformaverint (1): & sanè *Tiberii Claudii Caesaris* appellationes poscunt stylus, & verba, quibus hujus Imperatoris *Principatus ad suam memoriam* Druidas sustulisse innuitur. Si enim Tiberii, qui Octaviano successit, tempora respicimus, de illius tantùm novissimis annis, Plinius hujusmodi suâ memoriâ contigisse, dicere potuisset, & quidem Tiberio Capreas incolente; ideoque dum auctor nondum pubertatem attingeret. Caussatius igitur de Tiberio Claudio (2) locutum affirmabimus, (quo ad imperium evecto noster undevicesimum; ultimo Regni anno aetatis suae XXXI. numerabat) & sanè faciliùs de iis, quae Claudio imperante, quàm de rebus Tiberio regnante successis recordabatur, & persimilia occurrunt verba de Fabii picturâ (3), *quae*, inquit (a), *duravit ad nostram memoriam Aede principatu Claudii exustâ*. Allato adhuc fortius suppetit argumentum, quo nempe Plinius Tiberii imperium ad majorum, & patrum aetatem videtur retroferre, ubi illud Claudii regno compararet. Narrans enim lichenis morbi originem: *non fuerat*, ait (b), *apud majores, patresque nostros, & primùm Tiberii Claudii Caesaris principatu medio irrepsit in Italiam quodam Perusino Equite Romano*. Nil igitur apertiùs invenitur, ut Plinium de Tiberii Claudii Caesaris principatu (qui Druidas ad sui memoriam sustulerat) libro XXX. locutum affirmemus, cum iisdem penè verbis utatur, ut Claudii imperium alibi describat, atque illud ad sui memoriam; priora verò tempora ad majorum, & patrum aetatem referat; ideoque satis explicet Tiberium suo quidem aevo regnasse, sed cum ipse non adhuc ad exactam rerum cognitionem pervenisset. Quare cum ratio, Plinii stylus, probati Codices Claudii principatum reposcant, cum tempora huic magis quàm Tiberio conveniant: factum Seneca, Tranquillus, Aurelius Victor Claudio attribuant: magis veritati congruere putamus, mendosam Plinii lectionem Claudii nomine restituto esse sanandam. Nullo enim pacto Lipsii divinationem recipiam, qui disparatam Plinii sententiam Suetonii, ac Senecae testimoniis conciliare intentavit; tamquam Tiberius in Vrbe tantùm, Claudius verò in Galliis quoque Druidas sustulisset (c). Neque enim Plinius cruentos hos vates ab Vrbe, sed in Galliis sublatos affirmavit. Quinimò haec, quae satis aperta videri possunt, superioribus auctoris verbis firmantur, dum ad ea, quae de Gallorum Druidis narrare intendebat, viam sibi sternens Cn. Cornelio Lentulo, & P. Licinio Crasso Coss. Senatusconsultum indigitat, quo prohibitum hominem immolari, ideoque longè ante Tiberii aetatem prodigiosum hocce sacrum Romae celebrari desitum, quod a Druidis tantùm dirae immanitatis frequentabatur. Neque Lipsio meliora protulit Harduinus (4), qui Claudio Ro-

ANNOTATIONES.

(1) In notis, quae Tironi Ciceronis liberto, & Senecae tribuuntur, sigla Ꞇ: *Tiberius Caesar* ʒ· *Claudius* significat (*d*), atque una alteram illico subsequitur. Haud ignoro, quòd hujusmodi opus ad tam antiquos scriptores integrum minimè pertinet, cum *Divi Antonini*, & aliarum recentiorum dictionum siglae exponantur. Cogitandum tamen Senecae, & Tironis laboribus idem accidisse, quod Antonini Caesaris itinerario, & Suidae lexico, ut nempe plura a recentioribus fuerint adjecta. Id Calepino, & Morerio coridie evenire compertum habemus.

(2) Suspicabatur aliquis Plinium de Claudio etiam solâ Tiberii appellatione loqui, eo quia alii, & praesertim Tiro Prosper Aquitanus unico Tiberii nomine Claudianos Consulatus referat (*e*). Verùm diversâ longè methodo, ab allatâ apud Prosperum improbandâ, Plinius incedit.

(3) Hic Aedem Salutis pinxerat anno V. Cond. CCCCL. atque inde cognomen Pictoris deduxerat.

(4) Harduinus ut Plinium Svetonio amicaret (*f*), de Druidis Tiberii jussu pulsis obscurè dumtaxat Tranquillum egisse, & generatim illos, vel externarum caeremoniarum, vel Mathematicorum, hoc est Astrologorum nomine comprehendere. In Tiberio siquidem, ait, (*g*) *externas caeremonias --- compescuit --- expulit & Mathematicos*. De iis verò multo pressiùs locutum in Claudio, ut nempe intelligendum sit, quod Tiberius non obtinuit, Claudium perfecisse. Sed quorsum ista? cum de Druidis, qui Gallias incolebant, Suetonius in Tiberio minimè locutus sit, idque ex notis Har-

(a) *Lib. XXXV. 4.* (b) *Lib. XXVI. 1.* (c) *Ad XII. Annal. Taciti.* (d) *Vide Tom. II. Inscript. Gruteri edit. 1707. ad calcem.* (e) *Vide Chronic. integr. col. 285. & seq.* (f) *Tom. II. Plin. pag. 524.* (g) *Cap. XXXVI.*

Romanum orbem moderante illum compleſſe aſſerit, quod Tiberius incoeperat; verùm nihil hujuſmodi apud Plinium, ubi receptam huc uſque lectionem amplectamur. Hanc corruptam ſuſpicari utique poterat Harduinus ex duplici loco. I., ubi Plinius Schytharum genera, & quidem plura eſſe indicavit, quae humanis corporibus veſcerentur. *Id ipſum*, ait [(a)], *incredibile fortaſſis, ni cogitemus in medio orbe Terrarum, ac Siciliâ, ac Italiâ fuiſſe gentes hujus monſtri Cyclopes, & Laeſtrigonas, & nuperrime* [(1)] *trans Alpes hominem immolari gentium earum more ſolitum, quod paullo a mandendo abeſt*. II., ubi ſerpentis ovum ſe vidiſſe teſtatur [(b)]: *mali orbiculati modici magnitudine, cruſta cartilaginis, velut acetabulis brachiorum polypi crebris, inſigne Druidis. Ad victorias litium, & regum aditus mirè laudatur: tantae vanitatis, ut habentem id in lite in ſinu Equitem Romanum e Vocontiis, a Divo Claudio principe interemptum, non ob alid ſciam*. His ſanè verbis, & ſuperioribus Druidas Claudio imperante in Galliis adhuc fuiſſe certè auctor oſtendit. Claudio regnante Plinium militiae nomen dediſſe, omnes, ut puto, conſentient. Quae autem prima fuerint illius ſtipendia a nemine adnotatum invenio. Prius navali, quàm terreſtri diſciplinae operam contuliſſe affirmandum conjicio. Multa ſanè in naturali occurrunt hiſtoriâ, ubi auctor maritimis ſpectaculis, atque expeditionibus ſeſe praeſentem deſcribit, quae ſi cum ipſius aetate, vel rebus geſtis conferantur, auctorem in primo juventutis flore conſtitutam navalibus ſtipendiis operam dediſſe innuunt. Orcam ſe vidiſſe a Claudio principe oppugnatum teſtatur [(c)]. Hujuſmodi inter primum, & ſecundum imperantis Claudii annum V. Conditae IↃCCXCIV. Chriſti XLII. contigerunt; ideoque Plinii aetatis XIX., unde ipſum jam navali militiae addictum conjicio, Romamque peractis expeditionibus petiiſſe, cum infra haec tempora Africanas Arbores, quae L. Craſſi fuerunt, ſe vidiſſe teſtetur [(d)]. *Eae fuere Loti patulâ ramorum proceritate laſcivae Caecinâ Largo e proceribus crebro in juventâ noſtrâ in domo ſuâ oſtentante*. Porrò Caecina Largus hoc anno Claudii Caeſaris ſecundum conſulatum agentis ſocius fuit renunciatus.

Hinc eſt, quòd Claudium in Britannos moventem aliquo ſaltem temporis ſpatio Plinius ſequi potuit. Conſtat enim, Aullum Plautium in Galliis praetorem Britannicae expeditionis ducem fuiſſe renunciatum anno imperantis Claudii ſecundo, in quo Veſpaſiani [(2)], ſubinde Principis virtus maximè enituit. Tum Senatus Claudio aſſentaturus ei triumphales honores ob conſecutas a Romanis ducibus victorias decrevit, quos Imperator, ut meliori titulo promereretur, cauſſatus non adhuc tranquillitatem apud Britannos reſtitutam, anno imperii ſui quarto in illos movit. Poſt breves velitationes Camaldunum [(3)] obtinuit, & reliqua Plautio conficienda per-

ANNOTATIONES.

Harduino Taciti verbis, facta nempe *Mathematicis, Magiſque Italiâ pellendis* Senatusconſulta, atque ex ipsâ Tranquilli hiſtoriâ eruatur. Neque enim Plinius Druidarum Religionem ſublatam a Tiberio in Galliis diceret, ſi hos vates exulare unicè juſſiſſet; neque ullâ ratione allati ſcriptores invicem conveniunt, cum Plinius (juxta receptam hucuſque lectionem) Tiberium, minimè Claudium; Tranquillus Claudium, nequaquam Tiberium Druidarum in Galliis exterminatorem agnoſcat. His igitur de cauſſis *Tiberii Claudii Caeſaris* appellationes in Plinio legendas conjeci; cum ipſa in Imperatoris nomine reſtitutio ex naturali hiſtoriâ, atque e Tranquilli, & Senecae praeſertim (quî decreto interſuerat) teſtimoniis oriatur.

(1) Quis igitur, ſi hujuſmodi allatis conferat, Plinium de Claudio C. Caeſaris ſucceſſore loqui negabit, cum *nuperrimè* trans Alpes hominem immolari ſolitum affirmaverit? Haec ſanè Tiberio, qui Auguſtum ſubſequitur, minimè conveniunt. Neque uſquam tali vocabulo Tiberii imperium in naturali hiſtoriâ deſignatur.

(2) Narrat Suetonius Flavium Veſpaſianum (qui rerum poſtea potitus) Claudio principe in Germaniam miſſum, indeque in Britanniam translatum tricies cum hoſte confixiſſe, duas validiſſimas gentes, ſuperque XX. oppida, & inſulam Vecten Britanniae proximam in deditionem rediɡiſſe, partim Aulli Plautii Conſularis Legati, partim Claudii ipſius ductu, unde triumphalia ornamenta, brevique in ſpatio duplex Sacerdotium accepit. Vbi res a Plinio recitatas temporibus, ducibuſque comparemus, nihil incongruum invenio, quòd Vectinae expeditioni ſub Veſpaſiano interfuerit, eumque hac de cauſſâ *jucundiſſimum* Imperatorem unâ cum filio in operis exordio nuncupaverit.

(3) *Camaldunum* Plinio: Tacito, atque in veteri inſcriptione *Camalodunum*, nunc creditur *Maldon*. Vide Harduinum, & Eſchardum (*e*).

(a) *Lib. VII. 2.* (b) *Lib. XXIX. 3.* (c) *Lib. IX. 7.* (d) *Lib. XVII. 1.* (e) *Lib. IV. 3.*

permittens, Romam rediit, cum vix femeftri fpatio abfuiffet. Certè Plinius Britannicum Claudii triumphum [a] non uno loco attingit (1), qui anno hujus Caefaris imperantis quarto fuit peractus. Mirabilem infuper aquaeductum a Cajo principe inchoatum, & a Claudio abfolutum recenfet, quem noviffimo impendio fuperiores omnes autumat exceffiffe [b], cum in toto orbe terrarum nil magis mirandum fuiffe teftetur. Eodem loco inter Claudii maximè celebranda duxit, montem perfoffum (quamvis fucceffforis odio deftitutum) ad Fucinum lacum emittendum, cujus operis taedium Suetonius [c], atque Eufebius [d] XI. annorum fpatio, & XXX. hominum millibus finè intermiffione operantibus fuperaffe nos docent. Hoc etiam loco Plinius Oftienfis Portus conftructionem attingit, nam in illo demerfam a Claudio navim cum tribus molibus turrium altitudine in eâ aedificatis affirmavit [e]. Hanc ipfam navim, quâ obelifcum Cajus Caefar ex Aegypto importaverat *omnibus, quae unquam in mari vifa funt, mirabiliorem* teftatur [f].

Cum igitur tot tantaque ad rem navalem fpectantia Plinianae vitae curriculo compararem, atque illum quinto Claudii principatus anno in Africâ fuiffe intelligerem, maritimae militiae operam per haec tempora dediffe conjeci. Haec quamvis a nemine excogitata, multoqueminus in ordinem digefta fuerint, bonis haud injucunda exiftimo, cum allato praecifè anno Plinium apud Thyfdrum oppidum Byzacenae regionis degentem oftendam. Ait enim [g]: *ipfe in Africâ vidi mutatum in marem nuptiarum die L. Cofficium civem Thyfdritanum*. Talia porrò contigiffe anno Chrifti XLV. Vrb. Cond. IↃCCXCVII. Claudii Imperantis V., Plinioque aetatis annum XXII. agente ex Phlegontis (2) Tralliani verbis erui poffe confido. Quamvis enim in tam mirando prodigio nonnulla fatis diverfa a Plinio Phlegon defcripferit, nihilominuftamen de eâdem virgine in virum abeunte utrumque loqui, habeo pro comperto; tum quia hujufmodi rariffimè contingebant, tum quòd Plinius iis Confulibus (3) aptam longis navigationibus, & militiae aetatem agebat, & L. Cofficius a Claudio Caefare Jovi Averunco (4) dicatus, auctore noftro naturalem hiftoriam condente adhuc vivebat. Vbi verò aliqua interfit differentia Plinio magis, quàm Phlegonti ftandum putarem, tum quia graviffimus fcriptor Plinius id fibi vindicat, tum etiam quòd ipfe fe prodigii ocularem teftem fatetur. Contra Phlegon hiftoriam ab aliis accepit, cum Graecus hic Libertus Hadriano Imperante floruerit [h]. Qui verò utrique tamquam fabulofa narrantibus bellum indicunt, pluribus quàm opus fit argumentis refelluntur. Altero quoque loco, cum de agrorum differentiis Plinius loqueretur, fe in Africâ fuiffe teftatur [i]. *In Byzantio Africae illum centenâ, & quinquagenâ fruge fertilem campum, nullis cum ficcus eft arabilem*

ANNOTATIONES.

(1) Videtur, quòd Plinius in Claudii Caefaris comitatu fuerit, cum peculiaria de itinere, & imperatorio referat navigio, ubi Padi in Adriaticum influentis defcriptionem exhibuit. *Proximum deinde hoftium magnitudinem portus habet, qui Vaterni dicitur, quo Claudius Caefar e Britanniâ triumphans praegrandi illâ domo veriùs, quàm navi intravit Adriam.*

(2) Phlegon, five Flegon Trallianus doctus Hadriani Caefaris Libertus miranda a Plinio vifa Vinicio, & Statilio Cofs. accidiffe teftatur, cujus verba ad promptiorem legentium intelligentiam a Xylandro in latinam linguam converfa fubjicio (k): *Virgo quaedam parentibus nata illuftribus: cum annorum effet XIII. multis procis petita ob pulchritudinem, poftquam de parentum fententiâ defponfata effet, nuptiarum die appetente domo progreffura, fubito dolore vehementiffimo correpta exclamavit. Domeftici eam reductam in aedes ita curaverunt, ut quae doloribus ventris, & convulfionibus inteftinorum laboraret: fed dolore per triduum continuo permanente, omnibufque eum ob cafum anxiis, cruciatibus neque interdiu remittentibus, cum omnes ejus urbis medici eam curarent, nullam tamen affectus cauffam invenirent: quarto die fub auroram intendentibus fe acrius doloribus, puellâque magno cum ejulatu exclamante, fubito virilia prodierunt, ac e virgine vir eft factus, qui aliquanto poft Romae fuit ad Claudium Caefarem adductus, atque hic prodigii iftius caufsâ in Capitolio Jovi Averunco aram pofuit.*

(3) Horum Confulum nomina apud Phlegontem funt *M. Vinicius*, & *T. Statilius Taurus Corvilius*. Monuimus legendum *Corvinus* (l). Pagius Vinicio *Secundi* cognomen adjecit, cum *fecundò* Conful fuerit.

(4) Vt fimilia nempe prodigia in pofterum averuncaret, quòd avertere fignificat. Habebantur enim pro infauftis.

[a] *Lib. III. 16. & lib. XXXIII. 3.* [b] *Lib. XXXVI. 15.* [c] *In Claud. XX.* [d] *Ad ann. Chrifti 47. Olym. 206.*
[e] *Lib. XVI. 40.* [f] *Lib. XXXVI. 9.* [g] *Lib. VII. 4.* [h] *Vid. Guiliel. Paftreg. fol. 24. Joh. Albert. Fabric. Biblioth. Graec.*
[i] *Lib. XVII. 5.* [k] *De Mirabilib. Cap. VI. pag. 58.* [l] *Lib. IV. pag. 49.*

lem tauris, post imbres vili asello, & a parte alterâ jugi anu vomerem trahenti vidimus scindi. Nobilissimam porrò Tacapensis agri descriptionem agens [1], satis superque testatur diligentissimâ annotatione oculis lustrasse, quae reddit. Contra cum tunc temporis Romani rem in Africâ gererent, se ad Atlantem usque penetrasse minimè asserit, imò quaedam de illo fabulosè tradita: ab indigenis in maritimâ plagâ accepisse innuit, unde Neptunios prius, quàm Martis furores expertum conjicio [2]. Vbi enim Mediterraneo emenso terrestris quoque militiae posuerit tyrocinia, illum in provinciâ (quae propriè Africa,) & Byzacenâ praesertim regione mansisse potiùs affirmarem, cum in hac terrâ Romanae potentiae aemulâ plures castrametarentur Legiones, Byzacenumque tractum incolerent, cujus exactam notitiam Plinius allato libro, atque alibi ostendit. *Lybiphoenices*, inquit, [a] *vocantur* [3], *qui Byzacium incolunt: ita appellatur regio* CCL. M. *pass. per circuitum fertilitatis eximiae cum centesimâ fruge agricolis foenus reddente terrâ* [4]. Quare cum Tysdritanum oppidum sibi notum, L. Cossicium ejus urbis civem se vidisse nuptiarum die, & Byzacenum agrum tam exactè describat, & *captivam* quoque *Getuliae reducem* se audisse affirmet [b]; iis in partibus aliquando mansisse fatendum erit. Circa id temporis Aegyptum Plinio visam, atque ab eo peragratam conjicio, cum non modò plura referat, quae sibi certò constare animadvertimus, verùm etiam aliqua addat, unde apertam urbium notionem testetur de Crocodilo [c]: *inde ob argumentum hoc Nili ortum credimus, Caesareae in Iseo dicatus spectatur hodie*. Vbi autem de obeliscis sermo incidit, minuta adeò congerit, ut ea oculis subjecisse innotescat, & praesertim cum de syenite marmore loqueretur [d]. *Trabes ex eo fecere Reges quodam certamine obeliscos vocantes, Solis Numini sacratos. Primus omnium id instituit Mitres* [5], *qui in Solis urbe regnabat somnio jussus, & hoc ipsum inscriptum est in eo. Etenim scalpturae illae, effigiesque, quas videmus, Aegyptiae sunt literae*.

Graeciae itidem litora praeternavigatione lustrasse, Olympiae, atque Athenis Plinium fuisse, ostendere videntur, quae de Phidiae operibus recitavit [6]: cum nullum tamen afferat indicium, unde praecisè tempora possimus colligere, curiosis divinandum relinquam, utrum maritimae militiae operam dans, vel aliis distentus officiis Graeciam incoluerit.

Huc demum veniunt referenda, quae Tib. Claudio imperante accidisse Plinius testatur, quamvis annum praecisè nequaquam inscribat [e]. *Procerissimum hominum* [7] *aetas*

ANNOTATIONES.

(1) *Civitas*, ait (*f*), *Africae in mediis harenis petentibus Syrtes, Leptinque magnam vocatur Tacape felici supra omne miraculum riguo solo: ternis ferè mille pass. in omnem partem fons abundat, largus quidem, sed certis horarum spatiis dispensatus inter incolas. Palmae ibi praegrandi subditur olea, huic ficus, fico punica, illi vitis, sub vite seritur frumentum mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omniaque alienâ umbrâ aluntur. Quaterna cubita ejus soli in quadratum, nec ut a porrectis metiantur digitis, sed in pugnum contractis quaternis denariis venundantur. Super omnem est biferam vitem bis anno vindemiare, & nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereunt luxuriâ singuli fructus. Nunc verò toto anno metitur aliquid, constatque fertilitati non occurrere homines*.

(2) *Romana arma primùm*, ait Plinius (*g*), *Claudio principe in Mauritaniâ bellavere; Ptolemaeum Regem a C. Caesare interemptum ulciscente liberto Aedone, refugientibusque Barbaris ventum constat ad montem Atlantem —— dignitates cum indagare vera pigeat, ignorantiae pudore mentiri non piget — Indigenae tamen tradunt in orâ ab Salâ CL. M. passuum flumen Asanam marino haustu, sed portu spectabile, mox amnem, quem vocant Phtut, ab eo ad Dysin (hoc enim Atlanti nomen esse eorum linguâ convenit) CC. M. pass. interveniente flumine, cui nomen est Vior*.

(3) Hoc loco mirum in modum discrepant exemplaria, quae naturalem historiam in capita dissolverunt. Nullas voluminibus auctorem fecisse sectiones suo loco ostendemus.

(4) Haec Plinii verba affert, & illustrat Ludovicus Dupinius in Africae geographiâ, ubi provinciam Byzacenam describit (*h*). De Byzacenâ provinciâ vide Harduinum, & Floresium (*i*).

(5) Kircherus, & Harduinus legunt *Mestres* minùs rectè.

(6) *Phidiam*, inquit (*k*), *clarissimum esse per omnes gentes, quae Jovis Olympii famam intelligunt, nemo dubitat; sed ut meritò laudari sciant, etiam qui opera ejus non viderunt, proferemus argumento parvo, & ingenii tantùm. Neque ad hoc Jovis Olympii pulchritudine, non Minervae Athenis factae amplitudine, cum ea sit cubitorum XXVI. (ebore haec, & auro constat) sed scuto ejus*. Talia subinde, & minutissima attingit, ut se in illorum numero fuisse innuat, qui haec utique viderunt.

(a) *Lib. V.* 4. (b) *Lib. VIII.* 16. (c) *Lib. V.* 9 (d) *Lib. XXXVI.* 8. (e) *Lib. VII.* 16. (f) *Lib. XVIII.* 22. (g) *Lib. V.* 1.
(h) *Consule opera S. Optati fol. X. & LVI.* (i) *Hispan. Sacr. Tom. I. pag.* 183. (k) *Lib. XXXVI.* 5.

aetas nostra Divo Claudio Principe Gabbarram (1) *nomine ex Arabiâ advectum novem pedum, & totidem unciarum vidit*, eodemque libro (a) *Claudius Caesar scribit Hippocentaurum in Thessaliâ natum, eodem die interiisse, & nos principatu ejus allatum illi ex Aegypto in melle vidimus* (2). Novissimis verò hujus Imperatoris annis doluit adeò potiri rerum Claudii libertos, ut jubente Agrippinâ illis praetoria quoque ornamenta a Senatu decernerentur (b). Horum nomina Suetonius Narcissi nempe ab epistolis, Pallantem a rationibus referens, ait (c), Claudium *decreto quoque senatus, non praemiis modò ingentibus, sed quaestoriis, praetoriisque ornamentis* (3) *ornari libenter*, passum.

In idem tempus collineant Plinii verba, quibus sibi notos Claudii libertos describens *multos postea*, ait (d), *cognovimus servitute liberatos opulentiores, pariterque tres Claudii principatu Pallantem, Callistum* (4), *& Narcissum, atque ut ii omittantur, tamquam adhuc rerum potiantur. C. Asinio Gallo &c.* Lusciniam itidem candidam Agrippinae, ejusdemque Claudii uxoris turdum sermones hominum imitantem a Plinio visos affirmat Palermus (e). De Lusciniâ, cum illo omnia mihi conveniunt, cum in naturali historiâ legam H-S. $\overline{\text{VI}}$ *candidam scio (inconditam alioqui* (5), *quod est prope inusitatum) venisse, quae Agrippinae Claudii Caesaris conjugi dono daretur* (f). Turdum etiam videre potuit, & vidisse conjicio: sed ibi corruperunt antiquam lectionem recentiores Aristarchi, legendum enim: *Agrippina Claudii Caesaris turdum habuit (quod nunquam ante) imitantem sermones omnium. Cum haec proderem habebant, & Caesares juvenes* (6) *&c.* (g).

Post navalia, & Africana stipendia Claudio imperante Plinium in Germaniâ militasse constat, cum in eâ provinciâ somno monitum accipiamus, ut Germanici belli historiam conscriberet. Ei enim quiescenti adstitit Neronis Drusi effigies (ut supra ex adoptivi filii epistolâ adnotavimus) qui memoriam suam ab injuriâ

ANNOTATIONES.

(7) *Hominum*. Codex Ambrosianus, Guarini Veronensis, atque Harduinus, plerique habent hominem.

(1) Idem Guarinus Veronensis scribit *Gabbaram*. Codex Fratris Petri Ticinensis *Gabborrem*, uti quatuor alii ab Harduino allati, qui ex Hebraico *Ghibbor*, vel Arabico *Ghabbar, Gigantem* significante nomen eruditè deduxit; dubitatque Plinium in peregrinâ voce, & communi appellatione pro unius viri nomenclaturâ accepisse. Arabicum etymon homini illius regioni adaptandum Guarinianam fovet lectionem. Caeterum *Ghabbar* etiam apud Arabas per excellentiam enormis staturae poterat appellari; uti nuperis hisce temporibus vocari scimus *il Gigante* Veronensis agri hominem Andream Gilium, qui anno CIↃIↃCCLXI. Parmam incoluit, & Gabbarram staturae proceritate aequabat.

(2) De hoc miraculo alibi agemus.

(3) Beroaldus, nonnullique alii ex Tacito innuere videntur, quòd Pallanti praetoria, Narcisso quaestoria decreta fuerint ornamenta. Mihi tamen cum Plinio (qui eos vidit) indiscriminatim loquente utrosque praetoriis ornamentis insignitos dicere liceat; nam & Tranquillus gradatim ascendens diversa non adstruit, & moris etiam fuit apud Romanos Quaesturâ functos Praeturam obtinere. Fortasse aliqua in Suetonio desiderantur, certè illud *ornamentis ornari* delicatas aures offendit.

(4) Ex superioribus Plinii verbis Suetonio collatis putabat aliquis hîc allata pristinae lectioni restituere, ubi Callisti nomen expungeretur, cum in tam altum potentiae statum Callistus nusquam pervenerit, atque inter Claudii libertos a Svetonio nequidem nominentur. Contra de Pallante sequens Plinius (*h*), Juvenalis (*i*), itemque de Narcisso (*k*), Sex. Aurelius Victor (*l*), de utroque Tacitus (*m*), atque Svetonius (*n*), vetusta elogia (*o*), aliique meminerint; quodve magis vir clariss. huic prodesse restitutioni putabat, in aliquibus Plinii Codicibus duorum tantùm Libertorum nomina inveniri. Fateor in veteri naturalis historiae exemplari Callistum non apparere, uti ex Hackianâ moneor editione. Certum tamen est Amanuensi aufugisse, nam illud dictio *tres* exposcebat; sufficiatque nosse alterum ex naturali historiâ, adesse locum, quo Callistum Principis gratiâ, atque aedium splendore celebratissimum Plinius testatur, ubi columnas ex onyche memoravit: *namque*, ait (*p*), *pro miraculo insigni quatuor modicas in theatro suo Cornelius Balbus posuit. Nos ampliores triginta vidimus in coenatione, quam Callistus Caesaris Claudii libertorum potentiâ notus sibi exaedificaverat* &c. Leviora igitur, ne inepta dicamus, clarissimi viri annotata sunt, ut a receptâ discedamus lectione, cum non a Plinio unicè Callistus inter potentissimos Claudii libertos, sed a L. Senecâ (*q*) oculato teste nominetur; ut non leviter hac de caussâ suspicer errasse Suetonium, qui Callistum praetermittit, nisi idem Callistus, atque Harpocras fuerit (ut Beroaldus conjicit) aut Posides, de quo praeter Suetonium loquitur Juvenalis (*r*). Mihi tamen hujusmodi conjecturae falsae ex integro videntur, cum alter omnino fuerit Posides, qui aquis in Bajano nomen dedit teste Plinio. *Posidianae vocantur, nomine accepto a Claudii Caesaris liberto* (*s*).

(5) Hujus, & sequentis restitutionis ex probatissimis Codicibus rationes exponuntur Disquisitionum libro IX.

(6) Nempe Titus, & Domitianus, ut contra Pierii Valeriani, atque Harduini sententiam nitar ostendere.

(a) *Consule Harduin. hoc loco Tom. I. pag.* 375. (b) *Lib. XXXV.* 18. (c) *In Claud. XXVIII.* (d) *Lib. VII.* 29.
(e) *Lib. I.* 1. (f) *Lib. X.* 29. (g) *Lib. X.* 42. (h) *Lib. VII. 29. lib. VIII.* 6. (i) *Sat. I. ver.* 109. (k) *Sat. XII. in fine. Vide Franc. Florid. lib. III.* 4. (l) *Epit. Histor. August. ad ann.* 794. *pag.* 533. (m) *Annal. lib. XI. & XII.*
(n) *In Claud. & in Vitell. II.* [o] *Vid. Murat., Nov. Thesaur. pag. CMXI. &c.* [p] *Lib. XXXVI.* 7. [q] *Epist. XLVII.*
[r] *Sat. XIV.* [s] *Lib. XXXI. initio.*

riâ oblivionis adferendam rogabat. Et ſanè cum imperii habenas capeſsente Cajo Caeſare pubeſcere vix Plinius coepiſſet, incongruum mihi ſatis videtur, ſibi adſtantem Druſum ſomniaſſe, qui enixè a puero peteret, ut ſui memoriam ab oblivione ſurriperet: cuique ſtatim Plinius obtemperans Germanicorum bellorum hiſtoriam ſcribere meditaretur. Maximum inde quoque oriretur inconveniens, ut Plinium militem faceremus, quando bellorum expers erat propter aetatem. Moriente enim C. Caeſare Tiberii ſucceſſore decimumoctavum annum vix attingebat, & decimoſeptimo minoribus ſtipendia Romanos non conceſſiſſe innoteſcit [a]. Quare in hujus principatu, non militiae, ſed ſtudiis operam dediſſe, virilemque ſumpſiſſe togam tempora utique ſuadent. Verùm cum de iis nihil apud ipſum, vel apud alios ſcriptum inveniamus, vix a nobis memorantur. Meliori igitur conjecturâ affirmabimus Plinium in Germaniâ militaſſe anno V.Cond. IↃCCXCVIII. Chriſti XLVI. cum tunc aetatis ſuae XXIII. numeraret. Subinde Alae Praefectus in Germanico exercitu dictus: quo tempore librum de jaculatione equeſtri *pari curâ, ingenioque compoſuit*. Ex penſitatis junioris Plinii verbis avunculum in Germaniâ aliquo jam tempore ſtipendia meruiſſe colligebam, antequam de jaculatione equeſtri opuſculum vulgaret. Diſtingui enim tempus a ſororis filio videtur, quo *militavit*, quove *Praefectus Alae militavit*. Hac de cauſsâ Catanaei enarratio minùs placet, cum Plinium Alae Praefectum ſub Pomponio ſtatim faciat: hanc ego dignitatem primis Germanis ſtipendiis collatam haud dicerem, tum ex perpenſis Plinii Caecilii verbis, tum quòd Lucillium Baſſum poſt Alae praefecturam, Ravennati ſimul, & Miſenenſi claſſi a Vitellio praepoſitum Tacitus affirmet [b], adeòque hocce munus adoleſcenti, primaque militiae tyrocinia ponenti demandari ſolitum minimè ſuſpicarer. Probabiliori igitur conjecturâ ſtatuimus Plinium ſequenti anno Praefectum Alae fuiſſe renunciatum, poſtquam prima Cohorti praepoſitus exegerat ſtipendia: Mirum enim in modum conveniunt Suetonii verba, qui Claudium ita *equeſtres militias* ordinaſſe ſcribit [c], *ut poſt Cohortem, Alam, poſt Alam Tribunatum Legionis daret*. Primis igitur muneribus ad Equeſtrem ordinem ſpectantibus defunctum: ad majora, atque ad Alae praefecturam colligimus proceſſiſſe. Alarum cohortium dignitatem extollit Julius Capitolinus [d], & noſtri pariter lapides oſtendunt [e], ubi viros officiis nobiliſſimos Alis Praefectos intuemur. De Auguſto refert Suetonius *ne expers caſtrorum eſſet binos laticlavios* praepoſuiſſe *ſingulis Alis*, quòd certè Alae dignitatem oſtendit, cui gemini Senatorum filii proponebantur. Hujuſmodi Plinium ſaltem ad ſpem Senatorii ordinis educatum ſuaderent, nam quamvis ſimilia Tib. Claudio imperante videantur in deſuetudinem abiiſſe: ex ſupra allatis Suetonii verbis eruitur iis militiis Equeſtri loco natos ſibi aditum ad Senatoriam dignitatem paraſſe [f]. Vt autem aliqua de Romanorum Alis attingamus conſtat hos primos equitum ordines fuiſſe, nomenque ſortitos, quòd Alarum ſimilitudine acies ab utrâque parte protegerent, ut eleganter docet Vegetius [g]. Sacyus Alae Praefectos ſuperioribus illis ducibus comparat, qui non unicae imperant legioni (1), Bimardus equitum Chiliarcham definit (2). Ludovicus Dominicus equeſtris turmae ductorem (3), Bimardi opinionem vero magis

ANNOTATIONES.

(1) Sacyus cum junioris Plinii allatam epiſtolam interpretaretur, ubi de jaculationis equeſtris libro: *lorſqu' il commandoit une brigade de Cavallerie*.
(2) In epiſtolâ ad Scipionem Maffejum: quos nos *Collonels de Cavallerie* appellamus (*b*).
(3) In verſione allatae epiſtolae Plinii Caecilii: *era Capitano d' una banda de Cavalli*.

[a] *Vide Beroal. in Aug. VIII.* [b] *Hiſtor. lib. II.* [c] *In Claud. XXV. Vide ibi Caſaubon. & Buchner. ad Plin. Caec. lib. VII. ep. 25.*
[d] *In Clodio Albin. pag. 183.* [e] *B. Jovii Collectan. pag. 49.* [f] *Vid. Caſaubon. Buchner. Graev. &c.*
[g] *Lib. II. de Re Militari. Beroald. in Tiber. Cap. XXX.* [h] *Vide Tom. IV. Novi Theſ. Murat. pag. 113.*

consentaneam puto. Diversae porrò Alae diversis nominibus distinguebantur, ut Ala Scutatorum in Vormaciensi lapide memorata [a], Ala Indiana in Coloniensi [b], Ala Secunda Gallorum, in Marsorum elogio [c], Jaravacorum apud Gruterum [d], Ala Prima (1) Flavia Fidelis Miliaria [e] &c. Plinii in Germaniâ militantis tempora a nobis statuta iis videntur refragari, quae Joseph Blanchinus, doctrinâ, & morum innocentiâ nemini secundus adnotavit, cum illum Ludis secularibus a Claudio IV. Cos. editis interfuisse adnotavit [f]. Verùm ab homine clarissimo relata laxiore quodam significatu accipienda crediderim, ut nempe tunc temporis naturalis historiae scriptorem vixisse innueret. Ego sanè Plinium memoratis Ludis Romae praesentem fuisse minimè invenio (2). Vt autem ad Equestres Alas in Germaniâ militantes redeamus, cuinam ex iis Plinius imperitaverit incertum, ubi Vlpiam excipiam, quae a Trajano postea nomen invenit. Fortassis Claudiae Novae Praefectus extitit, cum Germanicum hujusmodi bellum Claudio principe operaretur. Plinium millenis saltem Equitibus praepositum, ex jaculationis equestris libro edito, ex illius virtute, atque ex rebus prosperè gestis aliquâ argumentatione colligerem; in Romanâ siquidem militiâ Alae Milliariae, seu Miliariae non defuerunt, nomenque a numero sortiebantur, & historiarum temporibus perpensis L. Pomponium Secundum Claudio regnante in Germaniâ Legatum invenimus, ut dextro hercule nobis contingat, Plinium post prima stipendia Alae Praefectum clarissimo Duce Romanas acies moderante renunciatum conjicere. Indubiè enim constat, Pomponium Germanici exercitus imperium post functum Consulis munus suscepisse, idque multâ etiam intercapedine contigisse.

Quo verò tempore supremum Romanae Reipublicae magistratum gesserit L. Pomponius, haud parum a doctis controversum invenio. Illustris Marchio Maffejus (3) illum prima vice Consulem dicit anno V. Cond. IↃCCLXXXII., quo Geminis Consulibus suffectum statuit Kal. Juliis unà cum Sanquinio Maximo [g]. Pagianae supputationi adheret Maffejus: sed Pagius memorato anno, ubi C. Fufium Geminum, & L. Rubellium Geminum Consules recenset, nihil de Pomponio nostro addit. Cum in digerendis V. Cond., & Christi annis a Pagio differamus, Geminos Consules assignavimus anno V. Cond. IↃCCLXXXI. Christi XXIX. Tiberii Imperantis XV. & XVI., Geminisque mense Julio suffectos ostendimus A. Plautium, & L. Nonium Aspernatem [h].

Til-

ANNOTATIONES.

(1) Quae hoc loco dicitur ALA . I. FLAVIA . FIDELIS . MILIARIA ipsissimam puto, ac *Alam Primam Flaviam Civium Romanorum*, cujus memoria apud Muratorium occurrit (*i*). Alibi tamen apud illum legitur: ALA . FLAVIA . PRIMA . FIDEL. MILIARIA. Consule doctas animadversiones ad numerum primum paginae DCCXVI., sed in Miliariae quoque nomine quaestio occurrit, cum etiam repetitâ literâ L reddatur, eâdem planè ratione, ut *mille*, quòd aliis *mile* scribendum putant. C. CAMVRIO COH. VLPIAE PRAETOR. MILLIAR. EQVIT. PRAEF. ALAE PETRIANAE &c. TRIB. MIL. MILLIAR. C. R. (*k*). Praeter multas a Grutero adnotatas occurrunt apud Muratorium Ala I. Pannoniorum, Ala II. Flavia Hisp. Ala I. Tuncrorum, Ala I. Augusta, Ala II. Thracum, Ala Afrorum, Ala Trevirensium, Ala I. Vlpia Singularis, Ala Phrygum &c. Ala Claudia Nova (*l*), cujus unicè memoriam in Virdomari elogio inveniri Maffejus affirmavit (*m*).

(2) Provocat Blanchinus ad Plinii verba (*n*): *Minùs miror Stephanionem (qui primus Togatus saltare instituit) utrisque secularibus ludis saltasse, & Divi Augusti, & quos Claudius Caesar consulatu suo quarto fecit, quando* LXIII. *non amplius anni interfuere, quamquam & postea diu vixit.*

(3) Rem desumit Maffejus a Panvinio, & Pighio, quibus memorato anno Kal. Julii Consules suffecti Q. Pomponius Secundus, & Sanquinius Maximus. Verùm non animadvertit, a memoratis scriptoribus agi de Quinto Pomponio, non de Lucio, qui Chattos debellavit. Nota insuper, quòd ubi etiam Q. Pomponius inter suffectos enumeraretur, facilis fuit subinde aequivocatio, ut qui Consul II. nempe secundâ vice apparuit, cognomine *Secundus* perperam diceretur; siquidem elementis secundum Consulatum quandoque reddi non ignoro. Legimus in Tabulâ Antiatinâ . . . IO SECVNDO COS. quod ad Lucium Quinctium Crispinum, non cognomine *Secundum*, sed iterum Consulem refertur.

[a] *Nov. Thesaur. Murat. pag.* 1. [b] *Idem pag. DCCLXXVII.* 1. [c] *Pag. DCCLXXXV.* 5. [d] *XXXVI. 9. Murat. DCCCIV.* 5.
[e] *Murator. pag. DCCLXXXII.* 3. [f] *Demonstrat. Histor. Ecclesiast. Tom. I. par. I. pag. CCX.*
[g] *Veron. Illustr. Par. II. lib. I. col.* 14. [h] *Lib. IV. pag.* 88 *&* 89. [i] *Pag. DCCXLI.* 6. [k] *Pag. DCLXXXVI.* 6.
[l] *Mur. pag. DCCCLXX.* 3. [m] *Musc. Veron. pag. CXX. & CXXI.* [n] *Lib. VII.* 48.

Tillemontius, & Lengletus L. Pomponii Consulatum assignant anno V. Cond. IↃCCLXXXIV., qui juxta eorum, & Pagii supputationem Christi XXXI. respondet, quo tum magistratum inierunt Tiberius Imp. V., & L. Aelius Sejanus. Nos hoc anno Tiberio, & Sejano suffectos diximus Faustum Cornelium Sullam, & Sex. Tidium (1) Catullinum; idque accidit anno V. Cond. octuagesimo tertio supra septingentesimum, a Christi nativitate XXXI., Tiberiique imperantis XVII. Malo Reipublicae literariae fato convulsus hiat Taciti Annalium liber quintus, ubi Sejani mors enarrabatur (2). Hoc volumine aliqua fortasse de suffecto in Consulem L. Pomponio referebantur. Scimus Sullae, & Catullino successisse Trionem, ac Regulum, neque iisdem Kalendis (a); unde & L. Pomponio locus adesse, vel hoc anno, vel proximis utique potest. Tot, tantaeque in eruendo L. Pomponii Secundi Consulatu difficultates inde originem deducunt, quòd nunquam Kal. Januarii Collegium aperuit, ideoque Consularis illius dignitas inter suffectos quaerenda: qui verò L. Pomponio alterum attribuunt Consulatum, anno nempe imperii Caj Principis supremo, satis falluntur; & duos (uti Pliniis accidit) in unum conflant Pomponios, quos utrosque Consulares fuisse liquidò constat (3). L. Pomponius Secundus, cujus vitam Plinius vulgavit, Anno V. Cond. IↃCCLXXIV., Christi XXXII., Imperantis Tiberii XVIII. hujus Caesaris jussu carceri mancipatus (4), in Q. Pomponii fratris custodiam traditus, non ante, quàm Tiberio defuncto, fuit eductus; ideoque hunc squallorem VII. annis toleravit (5), ut Romanae historiae scriptores testantur (b). Lucii igitur Consularis dignitas ante annum V. Cond. IↃCCLXXXIV. eruenda, nec usquam supremis Caj Caesaris temporibus adaptanda: nam tunc Lucii frater Quintus Pomponius Cajo Principi quartum Consulatum abdicanti suffectus fuit, ut satis apertè ex Dione (c), & Josepho (d) constat; dignitatemque eo anno obibat C. Sentii Augurini socius, qui unà cum Cajo Principe fuerat renunciatus (e). Hujusmodi juxta nostram supputationem Anno Christi XLI., Vrb. Cond. IↃCCXCIII., Caj imperantis IV. contigerunt. Fuit hic certè Imperatoris supremus, uti Plinio docente retulimus. Vulgatâ igitur Caj caede Romanum orbem Q. Pomponius unà cum Sentio moderabatur, & Senatum uterque non in Iuliâ curiâ, ut alias, sed in Capitolio convocaverunt (f). Q. Pomponium inter primos abjiciendae servitutis studiosum fuisse colligimus, tum quia Chereae signum a Coss. militiae more petenti *Libertatis* signum dedit (g): tum etiam quòd idem Tranquillus Claudium inter militum excubias pernoctasse scri-

ANNOTATIONES.

(1) Hunc *Sextum Tidium* appellavimus praenominis, nominisque indicia a Muratorio eruta firmantes; cum apud Gruterum perperam legatur SEXTEIDIVS: diphthongum porrò EI in pluribus antiquis elogiis, & nummis pro I. saepesaepius invenitur: sic Familia OPIMIA etiam OPEIMIA scribitur (h); & alibi L. VEITIO pro VETIO (i).

(2) Suffectos Consules Tacitus passim recenset, hosque etiam *designatorum* nomine quandoque attingit: Vide quae de Suillio Messalinae adultero, & pressiùs ubi legimus (k): *sed designatum consulem Memmium Pollionem ingentibus promissis inducunt sententiam expromere*. Alibi Consulis designati nomine illum intelligit, qui verum insequentis anni magistratum exerceret, idque passim: sufficiat locus, ubi de L. Pisone loquitur Annal. XIII.

(3) Illustris Scipio Maffejus elogium Pomponii Secundi Consularis Poëtae conflans illius praenomen omittit, & Consulem iterum facit anno V. Cond. 794., quo C. Caesar a suis interfectus. A nobis haec superiori anno assiguntur. Verùm & ipse, & alii hallucinantur, cum tunc Consularem obiret dignitatem Quintus Pomponius Lucii frater.

(4) Narrat Tacitus objectam Pomponio Secundo Aelii Galli amicitiam, cum hic punito Sejano in Pomponii hortos tamquam fidissimum ad subsidium perfugisset; additque Historicus *neque aliud periclitantibus auxilii, quàm in Fratrum constantiâ fuit, qui vades extitere*. Haec (nisi mendum subsit) de Pomponiis fratribus intelligenda.

(5) In allato Taciti Annal. libro V. innuitur, quòd custoditus viveret. *At Pomponius multâ morum elegantiâ, & ingenio inlustri, dum adversam fortunam aequus tolerat, Tiberio superstes fuit;* alterum verò, & Quinti fratrem apertè ostendit, cum de Quinto Pomponio Considium Proculum accusante addit, *ut partâ apud Principem gratiâ periculis Pomponii Secundi fratris mederetur*.

[a] *Vid. lib. IV. pag. 90. Ann. Chr. XXXI.* [b] *Vide Tillemont Tom. I. pag. 106. & 107.* [c] *Lib. LIX.*
[d] *Antiq. lib. XX.* [e] *Vid. Pagium Tom. I. ad ann. Chr. 40.* [f] *Sueton. in C. Calig. cap. ultimo.*
[g] *Consule Beroald. apud Sueton. in Claud.* [h] *Vide Arigon. Muse. Tom. IV. Tabul. IX.* [i] *Vide Phil. a Turre pag. 373.*
[k] *Vide supra Disquis. lib. IV. pag. 96. 97. ad ann. Chr. 49.*

bat, *aliquanto minore ſpe, quàm fiduciâ, nam Conſules*, addit, *cum Senatu, & cohortibus urbanis, Forum, Capitolium occuparunt*. An verò propriâ voluntate, vel Senatum timens, an ſtupidum Principem reſpuens, vel ſuae dignitatis amore compulſus haec ageret Quintus, profectò ignoraremus, niſi illius ingenium, & mores deſcriberet Joſeph Flavius [(a)], qui in allato Judaicarum Antiquitatum libro aſſerit parum abſuiſſe, quòd milites, Claudio Imperatore renunciato, Pomponium tum Conſulem occidiſſent, quia aſſerendae libertatis inter primos auctor fuit: quem tamen Claudius ſibi aſſidere juſſum a militari furore ſubduxit, eâ ex cauſsâ conjicio, quòd Cajo fratris filio carus, & aſſentator admodum fuit; nam in theatro quoque prope hunc Caeſarem comedens, bibenſque Principis pedes inceſſanter oſculabatur, ut idem Joſeph teſtatur, quod & Dio attingit [(b)].

Hujus igitur ingenium longè a Lucii fratris gravitate, & moribus diverſum, mutandae conditionis occaſiones ubique captabat: nec tantùm poſt Caj mortem ſtetit pro libertate, verùm etiam ad res novas aſſiduè convertebatur, & civilis belli auctor poſtmodum fuit, non aliam ob cauſſam, ut inquit Tacitus, niſi ut P. Suillii viri eloquentis accuſationes fugeret [(1)], qui linguâ ſuâ quamplurimos Claudio imperante fecerat occidere [(c)]. Haec igitur ſatis ſuperque erunt, ut utroſque Pomponios fratres diſtinguamus. Quintum, ut credendum eſt, natu majorem, cujus cognomen ignoratur [(2)]: alterum L. Secundum, cujus vitam Plinius vulgavit. Vixit & Lucius Cajo Principi familiaris, cum apud Conſularem poëtam Cajus coenare minimè reſpuerit; quod ſanè Pomponiorum fratrum nobilitatem comprobat, atque divitias, cum apud ſe Lucius diſcumbentem haberet Caeſarem nepotatus ſumptibus ingeniorum omnium prodigia ſuperantem [(d)], quique centies H-S uno die epulatus eſt [(e)]. Naturalis hiſtoriae ſcriptor de coenatico in vinis Lucii Pomponii ſumptu nonnulla breviter ſubjecit, quae ditiſſimorum hominum multas opes labefactarent; ſtrictis tamen, pauciſque differens verbis, cum nobile hocce exemplum ſe docuiſſe teſtetur, dum vitam Pomponii Secundi vatis, coenamque Cajo Principi datam proprio loco retuliſſet [(f)]. Lucii itidem Pomponii quando primâ vice meminit, utpote hominis, qui nunquam ructavit [(3)]: Conſularem Poëtam appellat [(g)]; quo ſanè loco obſcuris rebus nitorem addidit, ut Lucium ab altero Pomponio [(4)] Comico Bononienſe, qui Conſulatum & ipſe indeptus eſt, atque etiam a Q. Pomponio fratre diſtingueret: nam Quintum utique Conſularem, neutiquam Poëtam fuiſſe ſcimus.

His de utroque Pomponio delibatis, ut ad rem noſtram propiùs accedamus, L. Pomponium Secundum in Germaniâ Legatum ſequi neceſſe eſt. Claudius enim poſtquam per Senatus diſſenſionem, & militum favorem imperio potitu: fuit, maximo

ANNOTATIONES.

(1) Hujus praenomen, ut Quintum a Lucio fratre diſtingueret, Tacitus diſertè refert, dum inter crimina P. Suillio objecta recenſet (*h*): *Q. Pomponium ad neceſſitatem belli civilis detruſum*.

(2) Hic quoque cognomine *Secundus* ab aliquibus dicitur, quos inter a Dione, ubi aſſidentem pedibus Caj cibum ſumpſiſſe teſtatur (*i*). Verùm vel graecus ſcriptor neotericorum errore labitur, vel ſecundum dixit quia poſt Sentium Conſul factus, vel ſecundi epitheton ad Q. Pomponium iterum Conſulem ſpectans a graeco viro cognominis vice accipitur. Tenendum enim Q. Pomponium priori conſulatu defunctum (qui inter tot ignoratos in ſuffectis latet) Conſulem II. appellari. Quod certum eſt nuſquam tali cognomine fratris natu minoris proprio utebatur primogenitus, neque hujuſmodi apellatione a Tacito indicatur.

(3) Talem Cajo Principi coenam dediſſe in Quinti fratris gratiam conjicerem; neque enim credendum commeſſationibus deditum Lucium, cum numquam ructaverit.

(4) Fuit hic & diverſus praenomine, ut liquet ex Tacito, ubi de Claudio Caeſare (*k*): *Theatralem populi laſciviam ſeveris edictis increpuit, quòd in P. Pomponium Conſularem (is carmina ſcoenae dabat) inque feminas illuſtres probra fecerat*.

(a) *Lib. XX. 3. Vid. Tillemont. Hiſtor. Imper. Tom. I. pag. 185.* (b) *Lib. LIX. pag. 663.* (c) *Annal. XIV. Vid. Tillemont. Tom. I. pag. 200.* (d) *Sueton. in Caligulâ.* (e) *Seneca, & Sabellicus.* (f) *Lib. XIV. 4.* (g) *Lib. VII. 19.*
(h) *Annal. lib. XIII.* (i) *Lib. LIX. pag. 663.* (k) *Annal. XI.*

ximo honore Pomponios fratres affecit, Luciumque Germaniae praepoſuit. Ampliſſimam provinciam aliquo jam tempore Legatus moderabatur, cum inſignem de Chattis (1) retulit victoriam, indeque decretum geſſit triumphum, quae omnia a Tacito eleganter commemorantur (a). Chattos quoque circa annum Chriſti quartum ſupra quadrageſimum ſuperatos aſſerit Bucherius (b). Veriora tamen exhibet Tillemontius, qui hujuſmodi in annum Chriſti L. Claudii Imperantis X. Vrbis Conditae IƆCCCIII. rejecit (c). Nobis genuinas temporum rationes ſequentibus annus Chriſti L. Claudii Imperantis IX. Vrb. Cond. octingenteſimo ſecundo reſpondet, quo tum Plinius aetatis ſuae XXVII. agebat (2). Quare nimium mihi blandiri non ſuſpicor, ubi illum Praefectum Alae non levem victoriae operam contuliſſe affirmaverim, tamquam Vangionibus, & Nemetis auxilium praebuerit, quando latrocinatores Chattos juſſu Pomponii convenerunt; *nam auxiliares*, inquit (d) Tacitus, *Vangiones* (3), *ac Nemetas* (4) *addito Equite Alario monuit, ut anteirent populatores, vel dilapſis improviſè circumfunderentur*. Rebus per id temporis geſtis adapto Plinii verba (e): *namque ſummum apud antiquos ſignum victoriae erat, herbam porrigere victos, hoc eſt terram, & altrice ipſâ humo & humatione etiam cedere, quem morem etiam nunc durare apud Germanos ſcio* (5). Plinius hanc victoriam in libris de jaculatione equeſtri, fuſiùſque in Germaniae bellorum, & Pomponii vitâ attigiſſe ne dubito quidem. Haud ignoro Beatum Rhenanum in optimo caeteroquin rerum Germanicarum opere, cum Plinium apud Moguntiacum agentem nominaret addidiſſe, *qui ſub Veſpaſiano, ni fallor, militavit in Germaniâ* (f). Sed niſi omnino fallitur, haud ſatis dilucidè locutus eſt, cum Plinii Germanica ſtipendia Romani exercitus Imperatore Pomponio (cujus utique Rhenanus meminiſſe poterat) veniant tribuenda. Id enim tempora, & Plinii librorum ordo requirit, quae omnia Catanaeum ob oculos habuiſſe apparet, cum Plinium Praefectum Alae ſub Pomponio militaſſe affirmavit (g). Rhenani igitur dicta eâ tantùm ratione ſuſtineri poterunt, ubi ſupremum exercitus ducem Pomponium ſtatuentes, Veſpaſianum unà cum Plinio eodem bello ſtipendia meruiſſe affirmemus. De Veſpaſiano enim conſtat, quòd *Claudio Principe Narciſſi gratiâ Legatus legionis in Germaniam miſſus eſt* (h); unde fieri potuit, ut etiam Veſpaſiani imperiis Plinius obtemperaret. Verùm iis chronicus temporum ordo obſiſtit, cum idem Suetonius poſt Germanica ſtipendia Veſpaſianum in Britanniam translatum deſcribat; unde potiùs ſub illo tunc Plinium militaſſe ſuperius conjeci. Quod certum eſt, per id temporis noſter Germaniam inferiorem omnem peragravit, cum & extremos Chaucos (6) ad Oceanum habitantes (i), & circa Danubii initia ſe fuiſſe (k) teſtetur.

Poſt

ANNOTATIONES.

(1) In hujus populi nomine variant Plinii codices. Vetuſtiores vocem literâ *h* aſpirant. Ita conſtanter apud Graecos Amaſaenus Strabo: Λίβυς τῶν Χάττων ἱερεὺς *Lybs Chattorum Sacerdos* (l). Sic & Dio (m). Hanc methodum ſequitur Mabillonius ad annum 723. *Winfridus -- ad Heſſos, quos Chattos vocabant, ſe contulit*. Chattimbeloci provincia certè ab hoc Populo nomen obtinuit, quae germanicè *Catzenellenbogen*, atque ad Sereniſſimos Darmſtadienſes Principes ſpectat (n). In aliquibus Plinii exemplaribus invenio *Catti*, quod Caeſaris, & Taciti codicibus convenit.

(2) Vangiones in Vormacienſi regione quaerendi ſunt. Ab horum oppido principe Borbetomago, indigenis *Worms*, Vormaciae nomen effluxit.

(3) Vide Lipſium in annotationibus ad Tacitum, qui tamen hiſtoriam hoc loco mutilam, & corruptam ſuſpicatur, & hujuſmodi anno Vrb. Cond. 803. aſſignat.

(4) Nemetae in Spirenſi Epiſcopatu; atque in hodiernam diem *Spira* ab Antiquariis *Nemetum* vocatur; aliis poſt Ptolemaeum *Neomagus*.

(5) Ad haec tempora adſcribi poterunt, quae Plinius recitat (o): *Vidi in nocturnis militum vigiliis inhaerere pilis pro vallo fulgurum effigies*.

(7) *Chauci*, aliis *Cauci* inter Ameſim, & Viſurgim a Plinio apertè deſignantur, unde Friſii apparent.

(a) *Annal. XII. Vid. Giraldum Tom. II. Dialog. VIII. col. 425.* (b) *Belg. Roman. lib. IV. pag. 239.* (c) *Tom. I. pag. 239.*
(d) *Lib. XII.* (e) *Lib. XXII. 4.* (f) *Lib. II. pag. 108.* (g) *Ad lib. III. 5. Epiſt. Plin. junior.* (h) *Sueton. in Veſpaſ.*
(i) *Lib. XVI. 2.* (k) *Lib. XXXI. 2.* (l) *Lib. VII. pag. 448.* (m) *Lib. LIV. pag. 544.*
(n) *Vide Hübnerum Geog. lib. VI. 2.* [o] *Lib. II. 37.*

Poſt L. Pomponii triumphum de jaculatione Equeſtri volumen (quod Praefectus Alae compoſuerat) Plinium vulgaſſe colligerem. Hocce libro rectam praeliandi rationem Romanos Equites docebat, illa omnia enodans, quae ad abſolutum, ingenioſumque opus conferrent. In naturali hiſtoriâ locus occurrit, quo de Equis differens: *forma*, inquit [a], *quales maximè legi oporteat pulcherrimè a Virgilio vate* [1] *abſoluta eſt*, *& nos diximus in libro de jaculatione Equeſtri*, *& ferè inter omnes conſtare video*. Temperare mihi hoc loco non poſſum, quin ſingularem animi laetitiam exprimam, quâ exilivi anno CIↃIↃCCLVIII. cum omnes ad Plinium ſpectantes Codices Romae inquirens, in Romani Collegii florentiſſimâ bibliothecâ Petrus Lazerus [2] doctus illius Praefectus chartaceum volumen exhibuit, ubi Plinii Caecilii epiſtolae primo loco viſuntur; indeque occurrit:

Incipit liber de jaculatione Equeſtri Plinii Secundi.

Moeror tamen laetitiam illicò vicit, cum nihil praeter nudam epigraphen invenerim [3].

Dum Plinius ſub duce Pomponio Secundo ſtipendia merebat, illa ſenſim benevolentiae inter utrumque jacta ſunt ſemina, quae uberrimos poſtea fructus educarunt: cum duo de Pomponii Secundi vitâ libros (qui de jaculatione equeſtri opus conſequuntur) ediderit; atque eâ de cauſsâ ab avunculo conſcriptos ſororis filius teſtatur, ut hoc memoriae AMICI, a quo ſingulariter amatus, tamquam debitum munus exolveret. Antea verò quàm Nero boletos Deorum cibum praedicaret L. [4] Pomponium e vivis ceſſiſſe (utpote qui multa jam fuerat perpeſſus, tum quia nulla amplius de eo apud veteres occurrat recordatio, tum etiam ex eo, quòd Pomponii vitam Plinius deſcripſit, illamque nondum ad imperium evecto Nerone ediderit) probabilibus conjecturis eruimus. Hoc equidem miror, Veterum neminem (quòd ſciam) in iis, quae ſuperſunt commentariis, ad libros de jaculatione Equeſtri, & de Pomponii Secundi vitâ provocaſſe, modò utrumque Plinium excipiamus [5]. Huc uſque perpenſa utique ſuadent geminum Plinianum laborem Claudio imperante evulgatum, unde noſter ante Neronis principatum editis operibus claruerit contra Voſſii opinionem, qui Plinium peſſimi hujus Caeſaris regno auctorem unicè agnoſcit [b].

Romam demum poſt Germanicam expeditionem reverſus ſpectaculo maritimae pu-

ANNOTATIONES.

(1) Neſcio quâ de cauſsâ a Latinis Virgilii enarratoribus, cum vetuſta de Romanorum vatum Principe teſtimonia colligerent, hunc & alia Plinii loca praetermittant, unde tanta Poëtae Maximo laus ſuccreſcit.

(2) Italicè *Lazeri*, quod etiam latinè a docto viro uſurpatur (*c*); attamen a Hieronymo Lagomarſino ejuſdem Societ. Presbytero minimè recipitur.

(3) Hanc vitae illuſtrium virorum juniori Plinio tributae conſequuntur. Fieri ne potuit, ut ad librarii manus integrum volumen de jaculatione Equeſtri pervenerit, monitusque ſubinde illud ad avunculum Plinium ſpectare, ultra progredi deſierit? Vbi hujuſmodi vera eſſent, dolendum profectò tantam exſcriptori adfuiſſe ſcientiam, nam perutilem literariae Reipublicae, & militaris diſciplinae cultoribus navabat operam, ubi & hoc volumen ſequenti Plinio attribuiſſet, & apographum ab oblivionis injuriâ eo pacto ſervaſſet, ut avunculo primam foeturam aliquis ceu poſtliminio revocaſſet.

(4) Fuit Pomponio Secundo abſque ullâ dubietatis aleâ Lucii praenomen, ut ex Tacito (*d*): *Deinde L. Pomponius Legatus Vangiones, ac Nemetas --- monuit, --- --- decretuſque Pomponio triumphalis honos, modica pars famae ejus apud poſteros, in quîs carminum gloria praecellit*; quare omnino a Quinto fratre ſeparandus, unde ii omnes a recto veritatis tramite aberrant, qui vel utrumque confundunt, vel Plinium vitam ſcripſiſſe Quinti Pomponii Secundi affirmarunt, uti Glandorpio excidit (*e*). Magis tamen exagitandus eſt Ludovicus Dominicus, qui in italicum idioma Plinii Caecilii epiſtolam convertens *Quinti* praenomen Pomponio addit; & dum res calamiſtris inurere credit, auctori, & veritati refragatur. Parùm cautè Veronenſem dici Pomponium ſupra innuimus; mirorque haec a Sabellico, & Giraldo (*f*) adoptata, uti etiam a Joh. Alberto Fabricio, qui Plinium de vitâ Pomponii Secundi *Veronenſis* libros duos exaraſſe affirmavit (*g*): omnibus, & illuſtri Maffejo (*h*) ſuo loco refragabor.

(5) Marinus Becichemus aliqua ſaltem fragmenta Pliniana de jaculatione Equeſtri, & de Pomponii Secundi vitâ attigiſſe innuit. Verùm ubi hujuſmodi extarent, minimè refert. Romani Codicis de jaculatione Equeſtri titulus non omnino vana ſcripſiſſe innuit.

[a] *Lib. VIII. 42.* [b] *De Hiſtor. Latin. lib. I. 29.* [c] *Conſule Vitam Joh. Perpiniani.* [d] *Lib. XII. in fine.* [e] *Onomaſt. col. 686.* [f] *Dial. VIII. col. 425.* [g] *Biblioth. Latin. Tom. I. cap. XIII.* [h] *Veron. illuſtr. cit. loco.*

pugnae interfuit, quod a Claudio exhibitum hisce verbis testatur [a]. *Nos vidimus Agrippinam Claudii Caesaris edente eo navalis praelii spectaculum, assidentem — paludamento auro textili sinè aliâ materiâ* (1). Hujusmodi anno imperantis Claudii XI. contigerunt ad Lacum Fucinum, & ludicram pugnam fusè Tacitus describens addit de Claudio [b]: *Ipse insigni paludamento, neque procul Agrippina chlamide auratâ praesedere*. Hisce pariter temporibus multa ex Plinio veniunt congerenda (2), nempe Caecinam Largum, ejusque arbores cum juvenis ipse esset Romae saepius vidisse [c], quod etiam antequam militiae nomen daret, potuit contigisse. C. enim Caecina Largus anno V. Cond. IↃCCXCIV. consulatum gessit, ut vidimus; tumque Plinius undevicesimum aetatis suae agebat, ut Lib. IV. monuimus. Multos insuper recenset, qui Claudio regnante vixerunt, ut Valentem Messalinae adulterio nobilitatum [d], Suillium, & Corbulonem utrumque Consulem, aliosque, qui Nerone quoque imperante claruerunt.

Post militaria demum stipendia, ideoque Claudio principe, & fortassis Neroniani regni initio caussas actitasse ex Plinii Caecilii verbis eruimus. Huic enim aptiorem aetatem non invenio, ac tricesimum circiter agebat annum Noster, cum optimum cibum boletos in crimen adduxit Agrippina, quae veneno per hanc occasionem maritum Claudium de medio sustulit [e]. Quâ ratione maximè congruum videtur, ut per haec tempora, atque post militiam Jurisprudentiae operam daret, ut consueverant Romani [f]: honestam magis quàm assiduam, cum sororis filius illum caussas *aliquandiu* actitasse scribat, ac longius in theorematibus, quàm in forensibus studium impenderit. Ex relictis tamen humano generi praeceptis, atque ex Fabii Quintiliani verbis seniorem Plinium inter maximos caussarum patronos, atque oratores enumerandum censemus.

De Domitio Nerone Claudii successore frequens in naturali historiâ sermo incidit: de quo multa Plinium diligentiori curâ adnotasse nil mirum, cum vividum inter, ac maturum vitae spatium esset constitutus, atque eâ aetate homines, juxta Venusini vatis sententiam, res omnes non iisdem oculis dispiciant. Nos loca non incuriosis, neque sedulis nimiùm disquisitionibus percurremus, quibus Plinius se se testem, de visu, paullo, ante suo aevo historiarum conscium testatur; & primò quidem initium sumemus, ubi Caj (qui Claudium praecessit) quoque meminit; *dum bis*, ait [g], *vidimus urbem totam cingi domibus Principum Caj, & Neronis* (3), *& hujus quidem, ne quid deesset, aurea*. Secundum sibi vindicet gradum locus alter, quo *verùm*, inquit [h], *omnem amplitudinem statuarum vicit aetate nostrâ Zenodorus Mercurio facto in civitate Galliae Arvenis per annos decem H-S $\overline{CCCC}$ manipretio. Postquam satis ibi artem approbaverat, Romam accitus est a Nerone* (4), *ubi destinatum illius Principis simulacrum Colossum fecit C. X. pedum longitudine, qui dicatus Solis venerationi est damnatis sceleribus illius Principis*. Etenim hîc de artifice loquitur, qui scientiâ fingendi,

ANNOTATIONES.

(1) Vbi Plinium hoc loco consuluisset Praesul Bayardus, non utique Carolo Regi affirmasset: „ *Si sapeva forse prima „ che Ercolano uscisse, dirò così, di sotto terra, che gli antichi avessero l' uso delle trine d' oro tessute senza filo, o seta, „ da cui l' oro stesso fosse sostenuto? no al certo* (*i*). „ Id ex Plinio abundè constat, qui paucis etiam ante verbis de auro affirmat, *superque omnia netur, ac texitur lanae modo, & sinè lanâ*.

(2) De Claudii secularibus ludis meminimus Consulatu ejus quarto: de Censurâ ad annum Vrb. Cond. 800. (*k*). Hac celebris de anulorum abusu Flavii Proculi accusatio (*l*), & alia minora, quae videre est in Harduini indice.

(3) De aureâ Neronis domo consule Plinium lib. XXXIII. 3.

(4) Materiarum cognatione jungi possunt: *Nostrae aetatis insaniam ex picturâ non omittam. Nero princeps jusserat Colossaeum se pingi CXX. pedum in linteo, ignotum ad hoc tempus* (*m*), & libro ultimo (*n*): *magnitudinem Jaspidis undecim unciarum vidimus, formatamque inde Neronis effigiem thoracatam*.

[a] *Lib. XXXIII. 3.* [b] *Annal. XII.* [c] *Lib. XVII. 2.* [d] *Lib. XXIX. initio, & infra.* [e] *Lib. XXII. 22.*
[f] *Vid. Sueton. in Tit.* [g] *Lib. XXXVI. 15.* [h] *Lib. XXXIV. 7.* [i] *In praef. ad Syllab. Antiq. monumen. fol. VIII.*
[k] *Vid. pag. 95. & 97.* [l] *Plin. lib. XXXIII. 2.* [m] *Lib. XXXV. 7.* [n] *Lib. XXXVII. 9.*

di, caelandique nulli veterum poſtponebatur, atque illum ſuae aetatis hominem appellat, tum etiam cum in Galliâ degebat: adeoque aliquo ſaltem anno antequam Nero parricidia, & caedes a Claudio, necis ſin minùs auctor, ſaltem conſcius exordiretur. Vbi verò de Agrippis ſermo incidit, teſtatur *Neronem paullo ante principem, & toto principatu ſuo hoſtem generis humani* (1) *pedibus genitum parens ejus ſcribit Agrippina* (a). Dum Aethiopiae, finitimarumque regionum ſitum deſcriberet: poſt Meroen, ſolitudines adeſſe *nuper*, inquit (b), *renunciavere Neroni principi miſſi ab eo milites praetoriani cum tribuno ad explorandum, inter reliqua bellà & Aethiopicum cogitanti;* ac infra de Aethiopiae menſurâ finitam tradit nuper diſputationem, cum itinerarium Neronis exploratores retulerint. Res verò a Principis moribus, & dignitate plerumque abhorrentes, itemque prodigioſos illius ſumptus notatos invenimus. *Metellus Scipioni triclinaria Babylonica ſeſtertiûm octingentis millibus veniſſe jam tunc poſuit in capitalibus criminibus, quae Neroni principi quadringentis millibus ſeſtertiûm nuper ſtetere* (c) (2)*;* atque alibi, *niſi quis*, inquit (d) *in hoc loco deſiderat Armeniaci belli paullo ante propter Tiridatem geſti diſpenſatorem, quem Nero* H-S $\overline{\text{CXXX}}$ *manumiſit*. Rurſum (e) *vidimus etiam veſtigia pedum tingi, quod M. Othonem monſtraſſe Neroni principi ferebant* (3)*:* alio itidem loco (f), *nec ſatis: coepere tingi animalium cornua, dentes ſecari, lignumque ebore diſtingui, mox operiri: Placuit deinde materiem & in mare quaeri. Teſtudo in hoc ſecta, nuperque portentoſis ingeniis principatu Neronis inventum, ut pigmentis perderet ſe, pluriſque veniret* (4).

Multorum pariter Conſulum meminit Plinius, eoſque ſibi notos teſtatur, qui Nerone principe ſupremum geſſerunt magiſtratum. *Fontejo, ac Vipſtano Coſs. annos* IX. *genitum puerum a meridie ad veſperum* LXXV. *M. paſs. cucurriſſe* teſtatur (g), itemque *Solis defectum Vipſtano, & Fontejo Coſs., qui fuere ante paucos annos factum pridie Cal. Majas Campania horâ diei inter ſeptimam, & octavam ſenſit* (h)*;* quibus verbis ſe tum apud Campanos degentem innuere colligerem. Suetonium itidem Paullinum Conſulem vidiſſe innuit (i), qui unà cum L. Pontio (5) Teleſino proceſſit anno V. Cond. IϽCCCXVIII. Plinii tertio ſupra quadrageſimum. Paullo poſt in Vectii Marcelli praediis (6) credendum eſt prodigium contigiſſe, quod ſequentibus Coſs. L. Fontejo II., & C. Julio Rufo aſſignavimus (k).

Pli-

ANNOTATIONES.

(1) Plinius Neronem *toto principatu ſuo* hoſtem generis humani appellat, huicque magis, quàm aliis credendum puto, cum Nero Vitrici necis conſcius fuerit, & veneno vix rerum potitus M. Silanum interemerit. Quamvis igitur Neroniani principatus initio nonnulla clementiae, & virtutis ſigna Tacitus recenſeat (l): eodem adhuc volumine Actes amores, & conſilium de necando per venenum Britannico uxoris Octaviae optimae & miſerrimae fratre recitavit. Id tantâ poſtmodum atrocitate complevit Nero, ut meritò hoſtis generis humani vix Princeps appelletur; tum etiam de matre necandâ cogitavit, cum haec omnia primo ejus conſulatu referantur. Inſequenti anno ſervili veſte obviis vulnera inferebat, & vim honeſto cuique. Inter Cardani igitur deliramenta primum erit Neronis panegyricum exaraſſe: inter L. Senecae adulationes illius clementiam extuliſſe, cujus voluntate poſtea necatus.

(2) Genuinam hanc eſſe lectionem noſtri codices, & XV. ſeculi exemplaria abundè teſtantur contra Harduinum.

(3) Plura ad Neronem ſpectantia congerit Plinius libro XX. primâ vice, dum vela nuper colore caeli diſtenta per rudentes in Amphitheatris Neronis principis iviſſe teſtatus eſt; alterâ, cum de Cyreniacae provinciae laſerpitio. *Vnus*, ait, *omnino caulis noſtrâ repertus memoriâ Neroni principi miſſus eſt*: tertiâ, cum de porro ſe aliqua peculiariter dicere affirmavit, *praeſertim cum ſativo nuper auctoritatem dederit Nero princeps vocis gratiâ*, &c.

(4) Hoc anno 1763. quamplures pyxides e teſtudine variis coloribus tinctâ Colurni vidimus apud Clementem Dominum PHILIPPVM BORBONIVM, qui illas convivis donavit.

(5) Ita Conſulem appellandum in tabulis Plinianis oſtendimus, quem parum cautè duplici praenomine a Muratorio, & ab aliis recenſeri monuimus. Muratorius fortaſſis a Pagio in errorem fuit adductus.

(6) *Non minus*, inquit (m), *mirum oſtentum & noſtra cognovit aetas anno Neronis principis ſupremo, ſicut in rebus ejus expoſuimus, pratis, oleiſque intercedente viâ publicâ in contrarias ſedes tranſgreſſis in agro Marrucino praediis Vectii Marcelli Equitis Romani res Neronis procurantis.* Haec iterum attingit lib. XVII. *ſuper omnia, quae unquam audita ſunt, erit prodigium in noſtro aevo Neronis principis ruinâ factum in agro Marrucino Vectii Marcelli e primis Equeſtris ordinis Oliveto univerſo viam publicam tranſgreſſo, arvis inde e contrario in locum Oliveti profectis.* Quod Plinius prodigiis attribuit, naturalibus cauſſis adſcribendum, ut etiam, quae ſecundo vulgavit libro: *Amnes retro fluere & noſtra vidit aetas Neronis principis annis ſupremis, ut in rebus ejus retulimus*. Similia in maximis terraemotibus contigiſſe minimè

(a) *Lib. VII. 8.* (b) *Lib. VI. 29.* (c) *Lib. VIII. 48.* (d) *Lib. VII. 39.* (e) *Lib. XIII. 9.* (f) *Lib. XVI. 43.*
(g) *Lib. VII. 20.* [h] *Lib. II. 70.* (i) *Lib. V. 2.* (k) *Lib. IV. pag. 103.* (l) *Annal. XIII.* (m) *Lib. II. 83.*

Plinium de Nerone differentem profecuti cum fimus, aliqua in praefens de praeclariffimi auctoris monimentis veniunt attingenda. Ordo Germaniae bellorum libros pofcit, quos fub Claudio inchoatos innuimus, fub Domitio Nerone demum abfolutos; ideoque illa fcribere coepiffe fufpicor, cum prima Germanica ftipendia mereretur, nec tum Alae Praefectus fub Pomponio militaret, ut Catanaeus affirmat; cum noftra potiùs ex adoptivi filii verbis fulciatur fententia, qui in Germaniâ Plinium militantem unicè dicit, cum bellorum initium inchoavit, & illis aliquot poft annos fupremam manum impofuiffe, videtur innuere: ideoque ut aliis etiam foeturis fpatium relinquamus, priùs de his bellorum hiftoriis, quàm de jaculatione Equeftri, & Pomponii vitâ cogitaffe; poftea verò digefta, atque in lucem edita verifimilius crediderim. Neque enim incongruum erit, Plinium fibi adftantem Drufum fomniaffe, cum vicefimofecundo anno major effet. Vtcumque tamen fit, vel noftras, vel Catanaei recipias conjecturas, id liquidò conftat, bella Germanica omnia, quae cum his Gentibus Populus Romanus geffit, XX. voluminibus comprehendiffe. Maximi laboris opus fuiffe ex defumpto fequentis Plinii teftimonio, atque ex ipfius materiei vaftitate fatis fuperque dignofcimus.

Habet certè cur indoleat Germania, ac praefertim eruditis hifce temporibus aurea volumina defiderari, cum libros (quos Auguftae Vindelicorum affervatos credidit, atque alicubi fe id legiffe affirmavit Conradus Gefnerus) uti extantes a fubleftae fidei homine fuiffe commentitos, atque Gefnero fucum per epiftolam factum eruditi unà cum Voffio arbitrantur [a]. In Gefneri quidem Bibliothecâ legimus, Plinium de rebus Germanicis viginti libros fcripfiffe, *quos Auguftae Vindelicorum extare ferunt* (1): quique Gefneri Bibliothecam auxit Jac. Trifius aliquos opinari dicit, adhuc alicubi latere [b]: quod & ego fub dirutae alicujus urbis ruinis fepultos (ut de reliquis cujufvis auctoris operibus) poffem affirmare. Quicumque igitur hi fint boni antiquarii, vel falluntur, vel alios fallere maluerunt. Hi enim erunt non nominati fcriptores a Fruftembergio allati, qui *utinam*, ait [c], *aliquando Plinii* XX. *volumina de bellis Germanicis accedant, quae Conradus Gefnerus Auguftae Vindelicorum, alii Termoniae in VVeftfaliâ apud Gafparem Schwartium Patricium Tremonienfem extitiffe tradiderunt*. Quod unicè verum eft, in nullâ unquam bibliothecâ apparuere, quarum pulverem, & fitum tot ingeniofi viri, ac typographi honeftum quaerentes lucrum excufferunt.

Quidquid enim Scipio Tettius in nondum editorum librorum indice Plinii hiftoriarum XX. volumina commemoret, atque ex Tettio Philippus Labbaeus id recenfeat [d]: nudum tamen, unicumque titulum exhibuiffe conjicio, ubi lemma ad hoc Germanicorum bellorum opus fpectaret: eâdem ratione, quâ in Romano Codice occurrit: *liber de jaculatione equeftri Plinii Secundi*. Vt veriora tamen adftruam, neque titulum ad Germanica bella adfcribendum cenferem, ideoque ab Harduino difcedam [e], & XX. hos Plinii hiftoriarum libros, non alios quàm viginti ex trigintafeptem naturalis hiftoriae fuiffe pro certò habeo, cum ineptâ hujufmodi epi-

ANNOTATIONES.

mè ignoramus, apud Romanos Mathematici, Harufpices, Pontifices mira omnia eventis ubique adaptabant. Et quamvis Plinius caeteris latinis fcriptoribus longè cautior appareat, nihilofecius non omnino a conjecturali fermento evafit immunis.

(1) Andreas Thevetus, qui annis quatuordecim Gefneri ortum praeceffit, longèque illi fupravixit, videtur locum ob oculos habuiffe, cum de Plinio affirmat (f): *Il avoit composè vingt livres des affaires d'Allemagne, les quelles* (fic) *on tient etre à Ausbourg*.

[a] *Vofs. de Hiftor. latin. lib. I. 29. Morhof. Polybiftor. Tom. I. lib. IV. cap. 13. pag. 890. Jo. Albert. Fabr. Bib. lat. Tom. I. 23.*
[b] *In Gefneri Biblioth. pag. 131.* [c] *Monument. Paderbon. pag. 72.* [d] *Nov. Biblioth. Libr. MSS. pag. 167.*
[e] *Vide annot. ad epiftolam quintam libri III. Plin. Caecilii praepof. Hift. Natur. Plinii.* [f] *Tom. VIII. pag. 141.*

graphe in aliquibus Codicibus exhibeantur. Addamus Vossium opportunè colligere Plinii Germanicorum bellorum volumina Q. Symmachi aetate non usque adeò obvia fuisse. Et sanè Symmachus, qui seculo quarto floruit, horum exemplarium caritatem ostendit, ubi ait, *enitar, si fors votum juverit, Plinii Secundi Germanica bella conquirere;* ideoque epistolarum eruditus auctor ostendit, neque sibi Germanicorum bellorum volumina suppetere, neque facili negocio invenienda. Haec subinde omnino perierunt, cum Franciscus Petrarcha, qui annis ab hinc quatuorcentum inclaruit (1), testetur (a) *Plinii opus, in quo, ut est apud Tranquillum, omnia bella tractata, quae cum Romanis unquam gesta sunt, ex oculis nostris evanuit, nec usquam superest.* Quamvis enim in eundem Vincentii Bellovacensis errorem impegerit Petrarcha, & Petrarchae amicus Guilielmus Pastregius (b), ut Romanorum nomen pro Germanis usurpent (2): notum omnibus esse potest, illos Germanicorum bellorum volumina indigitare; cum Sueton. Tranquillus in Plinii vitâ horum tantùm, & naturalis historiae meminerit. Inter antiquos innotuit praeclarissimum opus Tacito, apud quem legimus, cum de Agrippinâ M. Agrippae filiâ sermo incideret: *tradit C. Plinius Germanicorum bellorum scriptor stetisse ad principium pontis laudes, & grates reversis legionibus habentem.* Suetonius Tranquillus praeter relatum in Plinii elogio testimonium ad Germanicorum bellorum historiam utique respexit, cum illius auctoritati adversatur, eo quia Cajum Principem in Treviris Vico Ambiatino supra Confluentes natum asseruerit: idque contra Cn. Lentuli scripta, qui Cajum Tiburi ortum affirmat. Argumenti confirmationem ex eo Plinius desumit, quòd Vico Ambiatino Tabulae inscriptae ostenderentur OB AGRIPPINAE PVERPERIVM, atque ex versiculis mox Cajo Principe evulgatis, qui puerum in hibernis Legionum stationibus procreatum ostendunt:

In castris natus, patriis nutritus in armis
Jam designati Principis omen erat.

Fortassis hâc de re in Germanicorum bellorum libris Plinium scripsisse conjicit Beroaldus (c). Ego verò id optimis rationibus ostendi posse confido. In naturali historiâ, cum hujusmodi minimè occurrant, constat aliis Plinianis monumentis fuisse consecrata. Haec inter Germanica bella unicè occurrunt, quibus Caj natale solum proderet, cum historiae a fine Aufidii Bassi hoc Caesare jam nato initium desumant. In bellicis demum Germanicorum libris propriam nanciscuntur sedem ex Drusi avi, & Germanici parentis expeditionibus, qui tot sibi e nobilissimâ Provinciâ victorias pepererunt; cumque in Treviris tunc ad Belgicam Galliam spectantibus Populis (d), Germaniaeque conterminis juxta Plinii sententiam puer natus esset. An potiùs Suetonii, qui Cajum Antii mortalem lucem vidisse ex Actis affirmavit, an Plinii opinio sit amplectenda, lectores dijudicabunt. Satis enim suum firmare, leviter Plinianum dissolvere argumentum Suetonius videtur. Maximè Tranquillum publici instrumenti auctoritas, & temporum ratio juvat, si vitiosè utramque Plinius, & perperam (quod difficile satis) observavit. Verùm leviter bellorum scriptori adversatur, ex eo quòd Agrippina bis in Germaniâ filias enixa sit, & qualemcumque partum absque discrimine *puerperium* (3) appellemus; cum Plinius & hanc vocis potestatem optimè noverit, utpote qui loquendi ratio-

ANNOTATIONES.

(1) Petrarcha natus est anno 1304., obiitque 1374.
(2) Consule quae superiore libro, & XIII. fusiùs explicantur.
(3) *Puerperium* de ipso partu etiam sumi a Plinio non uno loco dignoscimus — *Puerperae, aut puerperio* lib. VII. &c.

[a] *Rerum Memorabil. lib. I. 2.* [b] *De Originib. rerum fol. 57.* [c] *Apud Sueton in Caligulâ.* [d] *Vid. Plin. lib. IV. 17.*

rationem posteris tradidit, & ubique promiscuè hocce vocabulo usus fuerit [a]. Adde, quòd monumentum in Germaniâ tum extans observasse credendum est, cum regionum conterminarum Belgii, imò totius Germaniae notionem ostendàt; & Hercyniae sylvae roborum vastitatem, & visas sibi juxta septentrionalem Oceanum utrasque Chaucorum gentes, & maris aestum, & tumulos harenarum, quibus se tuentur, eleganti stylo describat [b]; unde Agrippinae partus & nosse, & suo loco in bellicâ Germanorum historiâ referre tenebatur. Accedat, quòd XII. circiter annos a C. Caesare aetate praecessus fuit, unde in tantâ vicinitate Plinio potiùs, quàm aliis recentioribus fides habenda; quamvis Suetonio priores, aequales, & parum minores non desunt, qui Plinii dictis conveniant. Inter primos eminet L. Seneca, cujus sententiam retulimus, ubi Cajum in castris natum, & legionum alumnum affirmavit. Suetonio aequalis Cornelius Tacitus *Caligulam* in castris natum praedicat, ostenditque [c]. Vltimis accenseo Athaeneum [d], & Sex. Aurelium Victorem [e], qui hunc Caesarem & ipsi in castris natum prodidere (1). Hujusmodi satis superque videri possunt, ut Lipsio omnino accedamus contra Oudendorfii opinionem, qui Agrippinam a castris excludit [f]; disertè enim testatum invenimus, Cajum non unicè in castris educatum, sed genitum; unde conjici etiam potest, quòd postquam rerum potitus fuit: cum militarem *Caligulae* appellationem abjecerit, ad cognominis originem abolendam falsa in Romanis Actis ingerenda curaverit (2); quod a prodigiosi Principis ingenio (3) minimè abhorret; atque haec eâ tantùm ratione dicta sint, ubi verè in Actis Cajus Antio natus diceretur; quâ de re satis dubito, cum Plinius, qui in naturalis historiae elencho tanta Actorum profert testimonia, & opus Tito Caesari inscripsit; quid in publicis contineretur Actis & referre, & scire magis quàm Suetonius tenebatur.

Nerone principe Germanicorum bellorum libris Plinium supremam manum imposuisse, itemque dum caussas ageret, vel Comi apud L. Caecilium, & Pliniam sororem degeret (4), Studiosorum tres libros in sex volumina propter amplitudinem divisos evulgasse suspicamur. Germanica bella cur Neroniani Imperii initio prodiisse affirmemus, monent tempora, ne Plinium tot sub Claudio, cum juvenis adhuc esset, nil demum primâ Neronis regnantis tempestate publici juris fecisse dicamus. Quamvis enim Plinius omni jure Neronem toto principatu suo hostem generis humani profiteatur (5); concedendum tamen est, per gradus ad scelera

ANNOTATIONES.

(1) Philippus a Turre vir clarissimus, dum veteris Antii monumenta persequeretur Lipsium Plinio potiùs, quàm Suetonio adhaesisse scribit, fortè ut proximae Genti Trevirorum hoc decus assereret (*g*). Quod Adriensis praesul gloriae, ego dedecori tribuerem. Laus erit longè ab immanissimo Principe distare. Aequus rerum aestimator Plinius M. Agrippae aerumnas metitur ex *infelici terris stirpe omni, sed per utrasque Agrippinas maximè, quae Cajum, & Domitium Neronem principes genuere, totidem faces generis humani* (*h*). Neque ego in Caj nativitate perquirendâ longiùs institissem; nisi id historia, & Plinii dignitas exigeret.

(2) Supposititia in Actis invecta quandoque minimè ignoramus, ut de Phoenice in Vrbem allato, anno hujus Cond. 800. *Et in Comitio positus, quod Actis testatum est, sed quem falsum esse nemo dubitaret* (*i*).

(3) Jussit referri in Acta repudium, quod ipse matronis absentium maritorum nomine dedit (*k*). *Praedicabat — matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Juliâ filiâ commisisset procreatam* (*l*).

(4) Seniorem Plinium urbem Comum incoluisse, infra, & fusiùs in Plinii Caecilii vitâ ostendemus; non eâ tantùm ex causâ, ut levirum, sororemque inviseret, sed quia in Comensi villas, agros, possessionesque habebat.

(5) Si Tranquillo (*m*), ac L. Senecae (*n*) credimus in Nerone, principatus initio, omnes mitissimi Caesaris indolem commendabant. Nos aliqua virtutis indicia in tam malo homine non defuisse supra attigimus; videtur tamen Plinio concinere Ausonius, cum *arguetur*, inquit, *rectiùs Seneca, quàm praedicabitur non erudisse indolem Neronis, sed armasse saevitiam*: nam contra veritatem, & animi praevidentiam scribere potuit Seneca, ut Neronis imperii initio illius clementiam extolleret. Nulli siquidem adulatorum hic auctor posthabendus; qui etiam, ut testatur Quintilianus, Neronem in sui admirationem diutiùs contenturus, ab antiquorum lectione prohibebat. Victurus Ausonii verba sic diversâ ratione interpretatur (*o*): „ *Il ne veut pas dire, que Seneque ait jamais incitè Neron à etre cruel:* *mai*

[a] *Lib. VIII. 12. lib. IX. 25. lib. XXVIII. 8. &c.* [b] *Lib. XVI. 2. Vide & Gelenium ad lib. XIV. 24.*
[c] *Annal. lib. I.* [d] *Lib. IV. 7.* [e] *Epit. Hist. Aug. ad ann. 790. pag. 532.* [f] *Ad Sueton. lib. IV. pag. 476.*
[g] *Cap. I. pag. 3.* [h] *Lib. VII. 8.* (i) *Plin. lib. X. initio.* (k) *Sueton XXXVI. in Caligulâ.* (l) *Sueton. XXIII.*
(m) *In Nerone.* (n) *Lib. II. de Clementiâ.* (o) Voiture *Tom. I. epist. CXXV. ad Costart. pag. 262.*

ascendisse, cum nemo repente maximus fiat. Aliquod igitur temporis spatium effluxisse necesse erat, ut barbara Principis indoles elucesceret. Hinc illius regni initio historica composuit Plinius, vulgavitque. Cognito subinde pessimi Caesaris ingenio intercapedinem ab historiis scribendis fecit, aliumque omnino laborem amplexus Studiosorum volumina publicavit. Antequam haec communis faceret juris, militari aliquo officio in Germaniâ iterum distentum colligerem; & quamvis certissimum hujus muneris judicium afferre non possim, opportunae satis ad rem nostram suppetunt conjecturae. Constat per haec tempora Titum militum Tribunum egisse, illumque sibi ex castrensi contubernio Plinius familiarissimum describit. A ratione igitur minimè alienum esset asserere, Plinium in Germaniâ Neronis res procurasse, ut continuas, ac splendidissimas procurationes intelligamus, quibus, teste Suetonio, functus est. Caesarum Procuratores militaribus etiam curis vacasse infra ostendemus; Pliniumque Judaico bello minimè interfuisse probabimus; quae ibi cum pleniùs discutiantur, nosse inpraesens sufficiat, ut aliqua statim de Studiosorum libris attingamus.

Quid Studiosorum volumina continerent, monuit sequens Plinius: cur autem opus allato titulo avunculus praenotaverit, disputatum invenio. Catanaeus ita vocatum affirmat, quòd in iis maximum impenderit studium. Buchnero libenter accedam, qui Studiosorum nomine oratoriae arti addictos tunc temporis appellari innuit [(a)]. Harduinus in hanc sententiam & ipse deflectit. Addamus Plinii Caecilii verba, qui de Julii Nasonis patre sermonem habens: *erat*, inquit [(b)], *non studiosorum tantùm, verùm etiam studiorum amantissimus, ac prope cotidie ad audiendos, quos tum ego frequentabam, Quintilianum, Niceten sacerdotem ventitabat*. Videtur in iis Plinius plurima, & fortasse librum de gestu [(1)] scripsisse, ut partem ab oratore adeò faciendam digno eloquio prosequeretur. Ex allatis Quintiliani verbis [(c)] nimia Plinii diligentia, & fides in Ciceronis historiâ enarrandâ subaccusatur. Quanti tamen Oratoriarum institutionum auctor Plinii libros faceret, utique ostendit. Indemnatus adhuc, me saltem judice, abibit Plinius, cum Plotius, Nigidiusque, qui Cicerone adhuc juvene floruerunt, suorum temporum mores describant, & hi postmodum obsolescere potuerint. Nec repugnat hanc promittendae togae curam in Cicerone diligentiorem fuisse, ut crurum deformitatem velaret, in quibus venas faeculento sanguine tumescentes habuisse constat: notum Vatinii adfertur dicterium a Macrobio [(d)], cum Cicero gloriaretur, se humeris Reipublicae ab exilio reportatum: *unde ergo*, inquit, *tibi varices?* Hinc etiam Apollinaris Sidonius totius antiquitatis conscius Ciceronem *varicosum Arpinatem* [(e)] appellavit. Rectiùs igitur, cum de eloquentiâ ageret Quintilianus, Pliniani meminit laboris, ubi legimus [(f)]: *Scripsit de eâdem materiâ non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil*

pater

ANNOTATIONES.

mai qu' au lieu de le loüer, d'avoir apris à son disciple assèz de Philosophie pour le rendre clement; on le reprendra de luy avoir appris assèz de subtilitè, & Rhetorique pour deffendre la cruautè. De sorte que armare *en cet endroit ne s'entend pas des armes offensives, mais deffensives.* „ Hujusmodi tamen argutè magis, quàm verè dicta. Quâ enim justitiâ Taciti narrationibus (Victuro notis) convenient, cum Seneca emendicatis rationibus materiam Neroni suppeditaverit, ut Senatui scribens horrendum matris parricidium tueretur? Qui similia agit, non bonos mores, non philosophiam, sed effrene Principis arbitrium pro Deo colit. Pessimo hoc adulationis vitio laboravit Baco Verulamius, qui aliis Ethices praecepta tradens, non veritati, & conscientiae, sed regio nutui, ac temporum conditionibus famulabatur.

(1) Valerius Maximus de Q. Hortensio *plurimum*, inquit (*g*), *in corporis decoro motu repositum credens penè plus studii in eodem elaborando, quàm in ipsâ eloquentiâ affectandâ impendit*. De corporis habitu figurâ, & motu egregiè amicus noster Facciolatus de more (*h*).

(a) *Ad allatam Plinii Caecilii epist. lib. III. 5.* (b) *Lib. VI. 6.* (c) *Lib. IV. initio.* (d) *Satur. II. 3.*
(e) *Lib V. 5.* (f) *Institut. III. 1.* (g) *Lib. VIII. 10.* [h] *Epist. Philosoph. pag. 417.*

pater Gallio, accuratè verò priores Gallione Celsus, & Lenas, & aetatis nostrae Virginius, Plinius, Rutilius.

Aullus Gellius postquam Plinium aetatis suae doctissimum fuisse existimatum affirmavit: haud satis memoratum opus extulisse videtur, cum in hanc exeat sententiam: *libros reliquit, quos Studiosorum inscripsit, haud fidius usquequaque aspernandos. In his libris multa variè ad oblectandas eruditorum aures posuit. Refert etiam plerasque sententias, quas in declinandis controversiis lepidè, argutèque dictas putat.* Gellium hoc loco subasperum, alibi Plinianis operibus iniquè infensum ostendimus. Studiosorum libros Neronis principatu medio Plinium scripsisse conjecimus[a]: illius verò novissimis annis *dubii sermonis* opus, quod octo libris conclusum, per id temporis invulgasse certò scimus.

Disceptant eruditi, quid secundus hic labor praeseferret. Conjiciunt nonnulli in iis egisse de *sermone figurato*. Gerardus Johannes Vossius allatae sententiae adversatur (1): nec immeritò, asserens hoc opus grammaticum undique fuisse, quo docebat proferendi modum, rationem, genus, declinationem, significatum: exempli gratiâ, an Gibbus, & Gibba pro vitio sit; dicendum, num Clypeus, & Clypeum: Baltheus, & Baltheum an promiscuè sumantur: an Mare pro Mari, & similia apud Charisium. Primigenium hujus explicationis auctorem Catanaeum Vossio illuxisse Buchnerus animadvertit. Vossii tamen pace (qui Catanaei nomen obliviscitur, illius doctrinae semina recludens) aliqua iis etiam majora Plinium tractasse colligerem, cum in naturalis historiae praefatione, non solùm Grammaticos, sed Stoicos, & Dialecticos Epicureos contra libros, quos de Grammaticâ ediderat, scripsisse innuat. Quare opus hoc utique grammaticum, atque in illo de vocum differentiâ, generibus, pronunciatione, scribendique methodo disseruisse ultro fatemur: ita tamen ut plura ad alias quoque facultates spectantia attigerit, cum diversae adeò haeresis Philosophorum rabiem, & dentes exacuerit, ut auctorem post decimum etiam annum inani morsu oppetierint. Quamvis enim in iis, quae Priscianus [b], Diomedes [c], & Charisius [d] (qui Plinium peculiari ratione imitatur (2)) nihil quod ad grammaticam non spectet, inveniam, adhuc tamen sparsim reliqua scientiarum observasse credimus. Caeterum tot Philosophi Plinium in minimis non lacessissent. Addendum in iis voluminibus multa e Virgilio adnotasse, ut apud allatum Charisium videre est [e].

Ex Prisciano obiter animadvertimus, semel librum primum *Artium* (3) Plinii citatum [f], quem ipsissimum esse, ac dubii sermonis opus crediderim; nam ille locus omnino grammaticalis est, & dubii sermonis volumina Grammaticalium Artium, seu Grammaticalis Artis quoque fuisse vocitata suspicor; cum & suum laborem Plinius *de Grammaticâ* appellet, & apud Gregorium Turonensem legamus [g] *complures alii Philosophorum, vitas dicere voluerunt, nam Plinius auctor in tertio Grammaticae libro, ait, vitas antiqui cujusque nostri dixerunt, sed Grammatici pluralem non putant habere vitam.* Hunc etiam titulum Studiosorum libros praetulisse suadent Johannis Tortellii (4) Arretini verba, qui cum maximum Commentariorum grammati-

ANNOTATIONES.

(1) Vossius haec graecis verbis unicè expressit: περὶ τοῦ λόγου ἐσχηματισμένου.
(2) Tres alii Grammatici multa praesertim ex VI. Plinii libro attingunt.
(3) Apud Guilielmum Pastregium lego Plinium scripsisse libros *perartium de Grammaticâ*, quod typographicum mendum crediderim.
(4) A Tortellio prolata, utique novit Johannes Maria Catanaeus (*h*), atque per Catanaeum haec de Tortellio primùm

[a] *Lib. IV. pag. 101.* [b] *Lib. I. col. 553. 555. 556. Vide lib. VIII. IX. XII.* [c] *Lib. I. col. 365. 373. 410. &c.*
[d] *Lib. I. col. 45. 59. &c. Consule Georg. Fabric. in praefat. ad Flav. Charis.* [e] *Col. 58.* [f] *Lib. VI. col. 698.*
[g] *In prologo ad vitas Patrum.* [h] *In comment. ad Lib. III. 5. Plin. junior.*

maticorum, dictionumque de Orthographiâ a Graecis tractarum opus vulgaret; in prooemio ad Nicolaum V. Pont. verè Maximum „ *accepimusque*, ait [a], *haec* „ *primùm ex fragmentis decem librorum Papyriani, quos de orthographiâ scripsit, ex qua-* „ *tuor Plinii libris de Arte Grammaticâ.* „ Si Tortellio igitur fidem habemus Plinii saltem quatuor librorum fragmenta ad se pervenisse affirmanti; mirari subinde oportet, haec iterum delituisse, quamvis Tortellius non omnino rudi vixerit seculo, & Nicolao V. (qui Christianum Orbem ab anno CIϽCCCCXLVII. ad LV. moderatus est [b]) labores suos inscripserit, sexdecim post annos nitidissimis Jensonii typis Venetiis cusos. Ex supra allatis Plinii verbis certò eruimus a dubii sermonis libris decennio, & ultra naturalem historiam fuisse praecessam: quare ubi illam anno Vrb. Cond. IϽCCCXXX. ediderit: sequitur Grammaticae Artis volumina supremis Neronis temporibus vulgasse circa annum nempe Vrb. Conditae IϽCCCXIX., Christi LXVII. Capitone, ac Rufo Coss.

In patriam suam Comum per hac tempora Plinium divertisse conjicio. Hujusmodi videntur suadere, quòd Neronis annis novissimis a scribendo deterritus, magnis studiis a ferinâ Principis indole interdictis, animum ad grammaticales curas adjecerit; ideoque ad sororis filium praesertim respexisse, cum dubii sermonis libros composuit. In puero enim tum sextum circiter annum agente nil mirum (ubi eminens ingenii acies effulserit) illi avunculum praecepta ad optimam locutionem, scribendique facultatem reliquisse. Cur autem Comum potiùs, quàm Veronam petiisse affirmem, in causâ est, nosse, Plinium ingentia bona in Comensi possedisse: nulla, quòd sciamus, in Veronensi: unde haud leve nostris civibus argumentum adjicitur, ut tanto municipe gloriemur. Postquam verò aliquo temporis spatio apud suos mansisset, ipsi Procuratoris officium a Nerone fuisse demandatum colligimus; vel quod faciliùs potuit accidere, dum Romae degeret, ad hujusmodi munus gerendum destinatus, Comi aliquo temporis spatio substiterit, antequam peteret Hispaniam. Aequissimâ enim ratione similia a Plinio peracta judicabimus, ut priusquam in longinquas abiret regiones, rebus suis consuleret, quando parum a recto tramite deflectebat; tum magis quòd minimè ignoramus Calestrium Tironem sequentis Plinii amicissimum Baeticam petiturum per Ticinum, Comum usque processisse, ut eo jnbente, Fabati servi in veram libertatem constituerentur [c]. Neronem Plinio Procuratoris sui officium demandasse; & quidem in Hispaniâ circa hujus Principis obitum res Caesaris procurasse; nobilique in munere usque ad secundum Vespasiani Imperantis annum perseverasse statuimus. In eâ enim, quae auctore Suetonio circumfertur (mihique probata satis videtur) Plinii vitâ, illum procurationes continuas, atque splendidissimas gessisse legimus: quare cum iis commodiora tempora minimè inveniamus, Nerone Imperante Caesareas res procurasse, & fortassis etiam antequam peteret Hispaniam conjectandum

ANNOTATIONES.

mùm didicisse suspicor Harduinum, quamvis aliqua more suo addat, ut illum e fonte potantem credamus. Verùm Catanaei nomen reticens, perperam Tortellio gentiliciam *Arretini* appellationem videtur tribuere, cum illum Johannem Aretinum Tortellium vocet (*d*), fortasse a praeposterâ Antonii Teisserii scribendi methodo irretitus (*e*). Hoc idem esset, ut si quis *Plinium Comensem Secundum* scriberet. Fuit Tortellius vir, prout ferebant tempora, doctissimus; ideoque mitiùs cum illo agere poterat Laurentius Abstemius (*f*). Laudatur a Cornelio Vitellio (*g*), Paullo Jovio (*h*), & Teisserio, a quo *Joannes Aretinus Tortellius* vocatur. *Arretini* vocabulum duplici *rr* scribendum post multos docet Noltenius (*i*); atque ita etiam italicâ linguâ reddebat Thomas Porcacchius. Harduinus unicum *r* contra Tortellii mentem usurpat; fortasse ut suorum Codicum Plinianorum scripturae adhaereat; nos etiam oppositum in naturali historiâ invenimus. Tortellii nomen corrumpitur in Plinii Caecilii epistolarum editione Amstelaedamensi anni 1734., ubi contra Catanaei scripta *Torrellius* appellatur (*k*).

[a] *In fine Epistolae.* [b] *Vid. Ciaccon. Tom. II. col. 949. & 954.* [c] *Vid. lib. VII. epist. 16. & 23.* [d] *In notis ad allat. epist.* [e] *Pag. 160.* [f] *Vid. Thesaur. Critic. Gruter. Tom. I. pag. 878. &c.* [g] *Defensio Plinii, & Domit. Calderini.* [h] *Elogior. pag. 196.* [i] *Lexici pag. 126.* [k] *Pag. 193.*

dum videtur. Addamus, quòd circa Othonis Imperium, Lucium Caecilium naturalem Plinii junioris parentem fato cessisse colligimus; & liquidò constat, non levirum Plinium, sed Verginium Rufum infanti filio tutorem ex testamento reliquisse, unde sororis fratrem tunc temporis a terrâ Italiâ absentem statuamus. Quo officio Caesaris Procuratores in Provinciis fungerentur, pluribus persequuntur eruditi (1). Catanaeus illorum munus definit, ut rationes omnium redituum, qui ad Principem spectarent, diligenter procurarent, cùm facultate deferendi, & acquirendi, non alienandi, aut distrahendi. Hos primùm ab Augusto in Provincias missos, ut publicos reditus colligerent, testatur Dio (a). Verùm non civiles tantùm, sed militares quoque curas Procuratoribus Caesaris injunctas fuisse ostendam. Quamvis enim Provinciarum tutela Proconsulibus, Legatisque demandaretur, illuc etiam Caesaris Procuratores mitti solitos junioris Plinii epistolae ad Trajanum indigitant. Et quanta horum esset auctoritas vel ex Tacito liquet, ubi ipsissimis temporibus, quibus Plinius in Hispaniâ res Caesaris procurabat, haec legimus (b): *Maritimas tunc Alpes tenebat Procurator Marius Maturus. Is concitâ gente (nec deest juventus) arcere Provinciae finibus Othonianos intendit*. Strabo ad rem nostram opportunè scribit (c), in Hispaniâ suo quoque aevo Procuratores Equestris Ordinis extitisse, qui militibus pecuniam ad vitae necessitatem suppeditabant (2).

Quare si equestres militiae viam ad amplissimum ordinem aperiebant, Caesaris etiam Procuratores in Senatum quandoque adlectos dicemus, cum ipsemet Cornelius Tacitus, qui Consulatum obtinuit, satus videatur altero Cornelio Tacito Equestris Ordinis viro, qui Vespasiano imperante res Caesaris in Galliâ Belgicâ administrabat, ut Plinius testatur (3); & Pontius Pilatus (cujus execrandâ conniventiâ Humani generis CONDITOR, ET REPARATOR in crucem actus est) a Josepho Flavio Procurator Judeae, & Judeae procurationem gessisse dicitur ab Eusebio Caesariensi (4). Hos certè summâ cum potestate in Provinciis res Caesaris procurasse innotescit; itemque Caesarum Procuratores vectigalium, ac tributorum curam gessisse ostenditur ex elogio apud Muratorium (d); ubi legimus: PROCVR. AVGVSTOR. AD. VECTIG. XX. HER., & ibidem PROCVR. CADVCORVM. (e): bonorum scilicet Fisco debitorum. Provinciarum Procuratores insignes fuisse viros innuit lapis Attidiensis, quem Dominicus Passionaeus literis magis, quàm purpurâ olim spectandus laudato Muratorio suppeditavit (f).

L. SIBIDIENO (5)
L. F. OVF.
SABINO TRIB
MILIT. PROC. (6)
PROVINC. AFRIC
PATR. MVNIC.
T. P. I

Al-

ANNOTATIONES.

(1) De Caesarum Procuratoribus consule Barnabam Brissonium (g), Lipsium (h), & Paullum Danielem Longolium (i).

(2) Antiquos Caesarum Procuratores, iis respondere credunt Neoterici, quos *Intendenti* vernaculo idiomate appellamus. Hinc Richerius (k), & Ladvocatus (l), Plinium *Intendent en Espagne* fuisse scribunt. Id utique recipio, cum apud Gallos, Hispanosque viderim memoratos, & Provinciis, & Exercitibus attributos. Eloyus nimiùm Procuratoris dignitatem extollit, qui universae Hispaniae Plinium a Vespasiano praepositum innuit (m); Floresius Quaestorem affirmavit (n). Verùm & ii a Caesarum Procuratoribus separandi, ut ex antiquorum elogiis in sequentis Plinii vitâ ostendemus. Harduinus ad allata Plinii verba, quibus Vectium Marcellum *res Neronis* procurantem describit, alias fuisse res Neronis, alias Imperii, sive Reibuplicae statuit (o). Verùm Caesareos Procuratores, & Provinciis praefuisse infra ostendemus; unde id discriminis difficile evadit, saltem ubique adnotare.

(3) Historiam narrat lib. VII. Lipsius in Cornelii Taciti vitâ, ac post Lipsium Reinesius colligunt, celebratum Historicum, res Caesaris procurantem a Plinio recenseri, quòd ex temporibus, & illius matrimonio in Agricolae vitâ indicato minimè esse posse ostendit eruditissimus Philippus a Turre (p).

(4) Πόντιον Πιλάτον ἐπιτροπεύειν τὴν Ἰουδαίαν δηλοῖ (q).

(5) Nota & Sibidienum ab iis Romanorum nominibus excipiendum, quae in IVS desinebant.

[a] *Lib. LIII.* [b] *Histor. lib. II.* [c] *Lib. III. pag.* 115. [d] *Pag. DCXCV.* 1. [e] *Cit. loc. num.* 5. [f] *Pag. DCCLIV.* 6.
[g] *Selecta ex J. C. antiquis lib. III.* 17. [h] *Ad XII. annal. Taciti* 60. (i) *In annot. ad Plin. Caecil. epist. pag.* 531. *&* 726.
(k) *Breviar.*, *seu* Abregè Chronolog. *pag.* 155. [l] *Pag.* 366. [m] *Tom. I. Dict. Medic. pag.* 208. [n] *Hispan. Sacr. Tom. I. pag.* 22. [o] *Tom. I. pag.* 113. [p] *Cap. VI. pag.* 88. [q] *Lib. I. Cap. IX. pag.* 20.

Alterum quoque Tergeste visendum ocurrit elogium, unde maxima Plinianae historiae lux adderetur, nisi excriptoris negligentiâ, vel temporis morsu deformatum indoleremus; adhuc tamen ipsius etiam Muratorii judicio maximè faciendum. -

- - Q. C. F. . V. MODESTVS. P.P. BIS . LEG. XII. FVLM. ET
LEG. I. ADIVTRIC. TRIB. MIL. COH. V. VIG. TR. COH. XII.
VRB. TRIB. COH. PR. PR. DIVI . NERVAE . ET . IMP. CAES.
NERVAE . TRAIANI . AVG. GER. PROV... SPANIE(1) CITER
ASTVRIAE . ET CALLECIARVM . FLAMEN . DIVI . CLAVDI
. . . DIT . IDEMQVE . DEDICAVIT.

Hujus Modesti memoriâ libentius utor, quòd in eâdem superioris Plinii provinciâ res Caesaris procuraverit, & multa mihi persuadent hunc illum ipsissimum esse Mettium Modestum, quem virum optimum Plinius Caecilius describit, atque a Domitiano relegatum, postea Nervae imperantis clementiâ ab exilio revocatum testatur (a). Hucusque dicta Caesaris Procuratorum dignitatem satis ostendunt, cum imperium summis Provinciarum Praefectis demandari solitum quandoque exercerent, & iis tantùm subessent, ut puto, qui Proconsulari potestate non unam, sed amplissimas Regiones moderabantur: idque Plinium ipsum innuere mihi videtur. Postquam enim nuper silvestris Rosae radicem a matre cujusdam militantis in Praetorio, filio suo missam: eidem ex rabidi canis morsu tabescenti profuisse scribit, statim addit (b): *In Lacetaniâ res gerebatur, Hispaniae proximâ parte: casuque accidit, ut milite a morsu canis incipiente aquas expavescere superveniret epistola orantis, ut pareret religioni, servatusque ex insperato.* Illud enim res gerebatur, de se ipso Plinius videtur praedicare, tanquam dicat, imperabam, resque Caesaris gerebam in Lacetaniâ, in quâ tum gentes ad arma concitas ubique possumus conjicere, cum inde Galba in Neronem profectus sit: atque hujus, Vitellii, Othonis, & Vespasiani dissidia in omnem Romanum Orbem migraverint. Quare cum *Res*, imperium (2), & pressiùs apud Plinium bellum (3) importet; haec praecisè tempora illum denotasse colligerem, tum magis quòd apertiùs se in Lacetaniâ fuisse paucis abhinc versibus describat, ubi ait: *In eâdem Provinciâ cognovi in agro hospitis nuper ibi repertum Dracunculum appellatum Caulem pollicari crassitudine —, quem ferebant contra omnium morsus esse remedium.* Quare cum Lacetania ea sit regio, quae Pyrenaeis contermina, docente Plinio (4), in citeriori Hispaniâ jacet, & primùm Romae

ANNOTATIONES.

(6) PROC*uratori*, non PROC*onsuli* hoc loco reddendum judico, neque enim a militum Tribunatu, ad Proconsularem Africae Provinciae amplissimae dignitatem, patebat ascensus. Ordinariò enim Consulatu defuncti ad nobiliores regendas Provincias Proconsulari Imperio mittebantur. Hujusmodi ostendunt Proconsulibus Caesaris Procuratores paruisse; primosque post Proconsules, & Legatos in Provinciis extitisse, ut ex Taciti libro XIV. Annalium patet; quâ de causâ non unicè minoribus Provinciis, uti Mauritaniis, Raetiae, Norico praepositos; sed hos in Africâ, Hispaniâ quoque extitisse conjicio, ut maxima negocia ad Proconsulem deferrent. Videtur quòd hoc ultimum omittat Philippus a Turre (c) fortasse quia unicè Taciti verborum recordabatur, quae libro I. Historiarum occurrunt. *Duae Mauretaniae, Raetia, Noricum, Thracia, & quae aliae Procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinae, ita in favorem, aut odium valentiorum agebantur.* Haec tamen non indicant, quòd in amplissimâ Provinciâ, puta Hispaniâ Citeriore, aliqui adessent Procuratores Proconsulibus minores, ut allatus Modestus.

(1) Ita absque diphthongo apud Muratorium.

(2) Ausonius in Monosyllabis „ *Imperium, litem, Venerem cur una notat* Res.

(3) Saepissimè apud Plinium de militari, & bellico imperio usurpatur. *Pompejo juxta res gerente Mithridatico bello* (d). *Alexandro Magno res ibi gerente* (e). *Scipione Aemiliano res in Africâ gerente* (f). *Germanico Caesare ibi Classibus rem gerente* (g). Cicero de Prov. Cons. *Res in Sardiniâ cum Mastrucatis latrunculis unâ cohorte auxiliariâ gesta.* Apud Tacitum Annal. II. C. *Duillius — qui primus rem Romanam prosperè mari gessit &c.*

(4) Legimus apud Plinium secutâ Harduini emendatione (*h*) *intus recedentes radice Pyrenaei Ausetani, Lacetani, perque Pyrenaeum Cerretani.* Ad Pyrenaei igitur radices quaerendi, non ad oram Maritimam, quod placuit Catrovio, ubi scribit (*i*): *les Lacetans occupoient une partie del' Evechè de Lerida, & de la Catalogne sur tout le long des côtes de la Mer* entre

(a) *Lib. I. 6.* (b) *Lib. XXV. 2.* (c) *Cap. V. pag. 71.* (d) *Lib. VI. 17.* (e) *Lib. XII. 25.* (f) *Lib. V. 1.*
(g) *Lib. XXXVII. 3. &c.* (h) *Lib. III. pag. 141.* (i) *Histor. Rom. Tom. VII. lib. XXVI. pag. 159.*

Romae venientibus occurrit, ibidem Plinium res Caeſaris procuraſſe innoteſcit; & totius etiam citerioris Hiſpaniae curam habuiſſe multa ſuadent, quae ipſe de ampliſſimâ Provinciâ ſermonem habens *ſcire* affirmavit. Hujuſmodi non ſinunt, ut viri caeteroquin doctiſſimi opinionem ſequamur, qui Plinium Baeticae Quaeſtorem fuiſſe ſcribit (1): hoc tamen haud ſatis probaſſe nobis videtur. Neque enim Plinius minuta magis de Baeticâ, quàm de citeriori Hiſpaniâ retulit; neque in naturali hiſtoriâ invenio aliquid ad ulteriorem Hiſpaniam pertinens, quod auctor ſcire, aut vidiſſe tradiderit. Quare cum in unâ tantùm ex duabus Caeſaris Procurator extiterit, Plinio hoc officii in citeriori demandatum ſtatuimus.

Hujus Hiſpanicae procurationis gratiâ, alterius, maximique Pliniani operis meminit ſororis filius, quod *Electorum commentarii* inſcriptum fuiſſe nos docet, ſeu potiùs ita appellavit, quia in plures, variaſque ſectiones diſtinguebantur. Rerum igitur ſcitu digniſſimarum brevem, & nudam expoſitionem continebant, & maximè mihi conſona veritati Gerardi Voſſii videtur opinio, nihil aliud fuiſſe, quàm excerptorum a variis auctoribus collectiones, quae latinè *laudabilia*, *florida*, &c. optimè dicerentur (a). De iis igitur priùs, quàm de XXXI. hiſtoriae libris a fine Aufidii incipientibus, datâ occaſione ſcribimus, quamvis in librorum indice, quem ſequens Plinius Macro dedit, aliam omnino ſedem nanciſcantur. Aſt cum eo loco Plinius Caecilius de iis tantùm libris ſermonem habeat, qui manibus hominum terebantur: de Electorum commentariis intra domeſticos parietes deliteſcentibus poſtmodum locutus eſt, cum ad ſtatutum ordinem minimè ſpectarent. Nos autem Plinii Caecilii ſeriem variare nequaquam putamus, cum Electorum commentarii avunculo apud Hiſpanos res Caeſaris procurante (2) jam extiterint,

ANNOTATIONES.

entre la Riviere du Lobregat & du Ter. Barcelone, Vrgel, Oſtalrie, & Solſone ſont ſituès dans le canton, que ces Peuples abitoient autre fois. Multa hoc loco veniunt emendanda. Videtur primò quòd Ilerditanum Epiſcopum a Catalauniâ ſeparaverit, cum huic caeteroquin Provinciae attribuatur, Tarraconenſi Archiepiſcopo ſubjectus. Secundò dubito Lacetanis ea tribuere, quae Laletanis ſpectant, nominis fortaſſe vicinitate irretitus; nam Plinius *Regio*, inquit, *Ilergetum, oppidum Subur, flumen Rubricatum, a quo Laletani, & Indigetes: poſt eos quo dicentur ordine intus recedentes &c.* Hii ſanè ad oram Maritimam, unde legimus in Tarraconenſi elogio de Q. Licinio Silvano PRAEFECTO ORAE MARITIMAE LALETANAE. PROCVRATORI. AVGVSTI. quod ultimum ad rem noſtram facit (b). Monumentum omnium primus in Plinii caſtigationibus attulit Hermolaus Barbarus; verùm legit *Latetanae* loco *Lacetanae*. Harduinus rectè cum Grutero, ad quem tamen Harduini typographus falsò lectorem deducit paginam 490. indigitans (c). Mariana Lacetanos ad urbem *Jacam* Aragonenſis Provinciae ſub Pyrenaeis collocavit (d). Haec ab Hiſpanis, difficili externis aſpiratione, vocatur *Xaca*; vocis aſperitatem Arabas feciſſe credendum eſt. Huic opinioni favent magis nonnulli, qui *Jaccetanos* apud Plinium ex Strabone, & Ptolemaeo legendum putant, quorum Princeps fuit Fulvius Vrſinus; refellitur tamen ipſe, & Cujacius ab Harduino, qui Lacetanos ſupra Gerundam in Pyrenaei radicibus collocavit: haec certè Gens, quae devia, & ſilveſtris a Livio appellatur (e) longum oppidum in latitudinem haud tantùm latum incolebat. Non memini quòd de Lacetanis loquatur Floreſius, neque in ſacrâ Hiſpaniâ, neque ubi Terrae ſuae numiſmata elegantibus, doctiſque diſſertationibus illuſtrat. Verùm haec in ſequentibus attinget voluminibus, quae in dies, ut audio, eduntur, neque enim mihi adhuc ultra decimum innoteſcunt.

(1) Floreſius cum Melae, & Plinii auctoritates in Beticae oppidis recenſendis elevaret, haec addit de noſtro (f): *Plinio por haver ſido queſtor de la Provincia, por lo que entre todo lo que eſcribiò de Eſpaña lo mas individual fue de Betica*: iis tamen objici poterit exactam litoroſae praeſertim Baeticae notitiam in naturali hiſtoriâ inveniri, quòd auctor & maritima meruerit ſtipendia, Africam procul dubio inhabitaverit, & demum Miſenenſis Claſſis Praefectus has omnes regiones luſtrare potuerit. Ex editis, ſive edendis doctiſſimi Floreſii Hiſpaniae Sacrae commentariis eluceſcet Lacetanorum poſitio, quos a Catone Majore ſubactos, in ejus vitâ teſtatur Plutarchus; ubi tamen Λακετανῶν ἔθνος *Lacentanorum Gens* dicitur. Videtur quòd litera ν. redundet, vel loco vocalis η irrepſerit ω. nam Dio hanc regionem Λακετανικὴν appellavit (g). De Lacetanis agit Caeſar. ſive Hirtius (h). Harduinus hos auctores affert. Verùm in emendationibus a typographo malè habetur, ubi irrepſit: *Hactenus Auſetani, Itani, Laſetani --- nos Itani expunximus*: ſcripſit Harduinus *Hactenus Auſetani, Itani, Lacetani, &c.* (i) & ita in Plinianis impreſſis codicibus lego.

(2) Malè in Philippi Textoris Theatro Plinium juniorem in Hiſpaniâ procuraſſe, & tum ſuos commentarios CCCC. millibus nummûm vendere potuiſſe legimus (k). Thevetus commentarios ad naturalem unicè hiſtoriam ſpectaſſe affirmavit, ut Lartii Licinii nomen, Plinii officia, & labores inverteret (l). *Largius Licius -- voulut neanmoins acheter les commentaires de Pline, alors Proconſul aux Eſpagnes ſur l'hiſtoire naturelle quatrecente mille ſeſterces, qui revenoit, aux pris de dix mil eſcus couronne.* Ex Budaeo Bonanomius CCCC. millia nummûm interpretatur *dieci milla ſcudi d'oro.* Tattus *ottomilla trecento e più ſcudi della noſtra moneta* (m), Ipſe cum Facciolato nummum, ſive ſeſtertium quinque Venetis ſolidis reſpondere ſtatuo; ideoque decem Parmenſibus: hinc 400. mille nummi, 200. mille Parmenſes, 50. mil-

[a] *Vide Voſs. de Hiſtor. latin. lib. I. 29.* [b] *Gruter. pag. CCCCXXX. 4.* [c] *Tom. I. pag. 242. num. 22.*
[d] *Hiſtor. de rebus Hiſpan.* [e] *Lib. XXXIV.* [f] *Tom. IV. Hiſpan. Sacr. pag. 22.*
[g] *Lib. XLV.* [h] *Lib. I. Bel. Civ.* [i] *Tom. I. pag. 183. num. XX.* [k] *Lib. IV. pag. 417.*
[l] *Tom. VIII. pag. 138.* (m) *Decad. I. pag. 36.*

rint, eosque licèt aliquanto tunc pauciores Lartio Licinio CCCC. millibus nummûm vendere potuerit. Id mirum adeò Budaeo evasit, ut iniquo exclamet judicio „ *quis nunc Regum nostrorum emere bibliothecam confertissimam decem aureorum millibus velit, quanti a Plinio civis unus privatus regesta quaedam extemporanea licitari ausus est*. „ Haud immeritò Budaeus a Johanne Bonanomio arguitur, quòd hanc Principibus notam inusserit, cum ipse Francisci I. munificentiâ ditissimus evaserit [a]. Certè Budaei stupor augeretur, ubi Plinii hosce commentarios consideremus subsequentibus annis crevisse, atque illos demum opistographos (1), atque minutissimè scriptos (ut hâc ratione facilè numerus multiplicari possit) adoptivo filio reliquisse; quibus ex caussis antea centum sexaginta voluminibus (2), pauciores fuisse credendum est. Prorsus igitur ignoro, cur non aliam subdiderit caussam Simon Majolus (seu quicumque id nominis usurpavit) (3) cur Plinius tantum recusasset precium, nisi quia pecuniâ plurimum affluebat. Plinium patre Equite Romano natum supra diximus, unde locupletissimi census fuisse minimè credam: nam quamvis avunculum divitiis sororis filius superaverit (4), sibi tamen omnino modicas facultates, dignitatem sumptuosam, reditus propter agellorum conditiones incertos, longo post tempore affirmavit [b]. Quare satis diversa a Vulturniensi Episcopo veniunt proferenda: Plinium nempe Electorum commentarios eo precio vendere noluisse, cum in iis laborem difficili calculo aestimandum impenderit, atque auctor bonarum artium studio, non augendae rei familiaris cupiditate incensus, fructum inde, CCCC. millia nummûm longè superantem, deducere cogitaret.

Licinium a se in Hispaniâ visum innuit Plinius, cum ait [c]: *Lartio Licinio* (5) *prae-*

ANNOTATIONES.

50. mille Gallicas libras conficiunt. Injusta igitur Budaei exclamatio, cum plura annuatim in dicandis, formandisque bibliothecis Reges neoterici insumpserint; atque hoc anno PHILIPPVS Hispaniarum Infans 400. mille Gallicas libras destinaverit; suosque in tutelam, & augmentum Bibliothecae reditus constituens, hominum ingenia rempublicam fecerit (*d*).

(1) Nempe in tergo scriptos ex ὄπισθεν *post*, & γραφὴ *scriptura*. Consule hoc loco Catanaeum doctissima apud Plinium Caecilium ex Juvenale, Luciano, Acrone, ac Vlpiano congerentem; cui addes Salmasium ad Vopiscum, & Savaronem ad Apollinarem Sidonium (*e*). Cujacius Alciatum arguit, quòd opistographos latinè *adversaria* dixerit, cum in aversâ chartâ, seu tergo alicujus scripturae opus interpretari debuisset (*f*). Verùm contradicendi libidine similia vulgasse minimè ignoro, cum ab antiquis opistographa adversariorum nomine quoque appellentur, ex eo ipso, quòd ordinariò in unâ tantùm libri parte scribentes, in iis ex adversâ quoque literas exararent.

(2) Johannes Bonanomius perperam Commentariis decem addidit volumina.

(3) Personatum scriptorem sub hujus Antistitis nomine latere plures conjiciunt.

(4) Hic enim & Lucii Caecilii patrimonium, & avunculi haereditatem possedit. Dicendum tamen ipsi modicas facultates sumptuosis dignitatibus comparatas affuisse; itemque post datam Calvinae epistolam aliis successionibus ditiorem evasisse ex posterioribus ostenditur epistolis.

(5) Monuimus in annotationibus ad Plinii junioris epistolam, quòd in nonnullis codicibus scribitur *Largius Licinius*. Haec nomina inveniuntur in epistolâ ad Maximum (*g*); quare cum tempora minimè disconveniant, utique Catanaeo assentior ipsissimum esse Licinium, qui Plinii avunculi Commentarios emere voluerat. In primo tamen nomine non omittit Catanaeus, quòd in naturali historiâ legatur *Lartius Licinius*; quare cum in sequentis Plinii exemplaribus mira adsit discrepantia: haec erit sananda ex avunculi verbis; tum magis quòd in Aldino, Riccardiano, & Lindenbrogiensi appareat *Larcius Licinius* (*h*). Idem enim sunt *Larcius*, & *Lartius*, ut *ocium*, & *otium*, *Mucius*, & *Mutius*. In allatâ Velejatium basi SODALICIO CVLTOR. HERCVL. L. DOMITIVS SECVNDIO &c. Haud ignoro Largiae, & Liciniae gentis nomina in unum coaluisse, cum Gellius libri XIII. initio Largii Licinii meminit, *cujus liber fertur infando titulo Ciceromastix*. Hic a Morhofio minùs ritè apellatur *Largus Licinius* (*i*). Largiorum gens erat illustris, extatque apud Ciceronem Crassi facetia in notas L. L. L. M. M. *Lacerat Lacertum Largii Mordax Memmius* (*k*). Haec tamen non faciunt, ut veterem, & unisonam lectionem in naturali historiâ immutemus, quam evincere putant nonnulli ex elogio, quod Segoviae extare tradunt, & Gruterus quoque retulit in hanc speciem (*l*):

LARTIVS . LICINIVS
CVM GVBERNASSET . HISPAN
HVNC AQVAEDVCTVM
IVSSIT . AEDIFICARE

Suspectum, nec immeritò, ab Harduino habetur. Mihi omnino suppositititum apparet. Lartius, qui Praetor jura Chartagine reddebat, neque Hispaniae Gubernator erat, nec dici poterat. Hujus nulla certè apud Baeticos erat jurisdictio. Stylus neque Romanam elegantiam, neque inscriptionis rationem sapit. Adde praenomen Lartii desiderari; unde e naturalis historiae libris deducta colligimus gemina gentilicia, quorum alterum ex adoptione profecisse credendum est, uti *Plinius Caecilius*. Elogium in Arcu frustra quaesivi, cum de nobilissimo opere aliqua Elisabethae Re-

[a] *Vid. Bonanom. Vita Plin junior. lib. I. pag. 60.* [b] *Lib. II. 4.* [c] *Lib. XIX. 2.* [d] *Vid. Plin. lib. XXXV. initio.*
[e] *Vid. edit. Cortii Plinianam pag. 98.* [f] *Oper. Posthum. Tom. IV. ad titul. de bonorum possess. lib. XXXVII. col. 145.*
[g] *Lib. II. 14.* [h] *Citat. epist. 14.* [i] *Tom. I. Polyhist. lib. IV. pag. 485.* [k] *Lib. II. de Orator.* (l) *Pag. CLXXX. 4.*

praetorio viro jura reddenti in Hiſpaniâ Chartagine paucis his annis ſcimus accidiſſe, mordenti tuber, ut deprehenſus intus denarius primos dentes infleEteret. Vbi enim hujuſmodi Plinii Caecilii dictis comparemus eodem tempore in Hiſpaniâ Lartium jus reddidiſſe, tumque Commentariorum deſiderio flagraſſe, quo avunculus res Caeſaris procurabat, haud obſcurè innoteſcit.

Ingentem e tantâ collectione utilitatem Plinium hauſiſſe puto, dum naturalis hiſtoriae ſcriberet libros, ut tot diſparatas auctorum ſententias, & varias connexo ordine recitaret opiniones; unde in ultimi operis (quod jam animo volutaverat) gratiam, ampliſſimarum rerum farraginem concinnaſſe ſuſpicor. Quare Theveto oppoſita affirmabimus, Electorum commentaria (1) non fuiſſe naturali hiſtoriae illuſtrandae accommodata, cum & illam praeceſſerint: & electa (ut conciſo vocabulo a Barthio appellantur) ſint rudis congeſtio excerptorum (a). Alterum nunc addam argumentum, quo per haec tempora Plinium extra Vrbem Romam vixiſſe; ideoque in Hiſpaniâ procuraſſe colligebam, cum nihil de Galbâ, Vitellio, atque Othone Neronis ſucceſſoribus referat eâ peculiari methodo, quâ ſe Romae fuiſſe nos docuit Cajo Caeſare Germanici filio, Claudio, Nerone, Veſpaſiano patre, & filio imperantibus. Quamvis enim Galbae, qui ſenex juveni ſucceſſit, Plinius meminerit (b): verba etiam de celebri, notâque Vitellii patinâ fecerit (c); quodque ipſi, & Othoni poteſt convenire, bella Bebriacenſia leviter attingens, novas, & fabuloſas aves deſcribat (d): ex omnibus tamen Plinium eâ tempeſtate Italiam incoluiſſe haud licet arguere, cum eo pacto minimè loquatur, quo ſeſe aliis eventibus citra Alpes praeſentem deſcribit. Quare cum illum in Hiſpaniâ procuraſſe certum ſit, niſi per haec tempora, uſque ad Veſpaſiani imperantis initia tale munus exercuiſſe ſtatuamus, multa ſanè occurrent, quae connexam temporum ſeriem inverterent.

Magis hujuſmodi firmari videntur, quòd Verginius Rufus tutor teſtamentarius a patre relictus conſtet Caecilio, qui ex avunculi adoptione Plinius poſtmodum fuit nuncupatus. In illorum enim ſententiâ, qui a puero ſequentem Plinium Romae commoraſſe autumant (e), rationi conſentaneum videtur dicere, longè tum avunculum abfuiſſe; ne parum prudenter egiſſe L. Caecilium affirmemus, ſi morte praereptus loco leviri, caelibis, doctiſſimi, tumque cum ſororis filio habitantis, illi externum tutorem ſupremis tabulis reliquiſſet. Et quamvis ipſe hanc minimè amplectar opinionem, (a quâ Maſſonium ſubinde declinaſſe comperio (2)) cum juniorem Plinium toto pueritiae tempore Comi fuiſſe teneam: eâ ſemper de cauſsâ Verginium tutorem teſtamento relictum ſtatuo, quòd longè ab Italiâ levir Plinius abeſſet, qui Caecilium puerum flagrantiſſimè amabat, quemque ab avunculo conſtat tum nondum fuiſſe adoptatum, cum veri genitoris poteſtate ſubjectus tutorem juxta illius placita ſortitus ſit. Adde, quòd circa haec tempora Verginius

ANNOTATIONES.

Reginae totius eruditionis ſtudioſiſſimae referre vellem anno 1760. Accepi ab indigenis veteres inſcriptiones ex adjectis inſcitè domibus occultari. Opus imperatoriae magnificentiae procul dubio Plinio recentius, ut fortiſſima ſuadet ratio, eo quia Segovianum aquaeductum minimè recenſeat, quod inter maximè miranda repoſuiſſet; nec Lartii nomen reticeret, cum ille ante Plinium ad plures tranſierit.

(1) Omnes norunt commentarium illum rectè dici, qui paucis exponens rem ſummatim exprimit, ut de Caſſii Severi (*f*), & de Julii Caeſaris commentariis (*g*), licèt alio in genere ſcriptis affirmandum videtur. Ii aliud poſt ſe opus ordinandum requirunt. Minimè igitur alienum erit Electorum commentarios naturali hiſtoriae praeluxiſſe, cum nullibi meliùs clareſcere potuerint; quamvis in iis, & alia Philoſophis, Oratoribus, Hiſtoricis accommodata invenirentur.

(2) In Plinii junioris vitâ (quam tertiò Maſſonius videtur retractaſſe anno 1722.) nihil addit, unde puerulum trimum, vel quadrimum Romae fuiſſe ſtatuat. Conſule editionem Amſtelaedamenſem, quam Paullus Daniel Longolius praepoſuit Plinii Caecili Epiſtolis anno 1734. (*h*).

(a) *Vid. annot. ad epiſt. lib. III. 5. Plin. Caecil.* (b) *Lib. III. 4.* (c) *Lib. XXXV. 12. Vid. Suet. in Vitell. XIII. & XVII.*
(d) *Lib. X. 49.* (e) *Vid. Maſſon. Vit. Plin. Caecil. edition. 1709.* (f) *Vide M. Senecam lib. III. Declamat.* (g) *Cicero de Claris Orator. Sueton. in Caeſar. LVI. Beroald. hoc loco. Palmar. in praefat. ad Plin. hiſtor. natur. &c.* (h) *Vid. fol. XVIII. & XIX.*

Rufus Neronis, Galbae, Othonis, Vitelliique dissidiis implicitus, neque Tutor destinatus, neque Caecilii tutelam suscipere potuit, quam illi demandatam statuimus anno Christi LXIX., Vrb. Cond. IↃCCCXXI., idque post Galbae, atque Othonis necem accidisse colligimus libro Disquisitionum decimoctavo.

Plinium Vespasiani regnantis initio adhuc in Hispaniâ (cui universae hic Princeps procellis Reipublicae jactatus Latii jus tribuit [a]) fuisse dicimus, ut procurationes illas splendidissimas, atque continuas intelligamus, quas naturalis historiae scriptorem scimus gessisse. Ex unâ siquidem procuratione ad digniorem patebat ascensus, quod satis ostendit Lugdunense Titiani elogium, quamvis meliori ex parte detruncatum. Vtcumque tamen sit, restantia subjiciemus, cum nonnulla ad rem Plinianam illustrandam emergant. Epigramma in hanc formam Bimardus Muratorio misit [b].

- - - - - - - - - - - - - - -
L. (1) T. F. Q.
TITIANO
PROC. AVG. PROVINCIAR
BELG. ET. AQVITANICAE. PROC.
PATRIMONI. PROC. PRO-----
----- LAT. T. PROC. PRO
- - - - - - - - - - - - - - -

Hunc igitur Tatianum Caesarei patrimonii procurationem mediam inter plurium provinciarum procurationes suscepisse constat, unde & Plinium alibi procurasse conjiciendum videtur; quibus autem temporibus in Hispaniâ fuerit ex ipsius Lartii Licinii infortunio petendum. Hunc, quem eâdem tempestate jura in Hispaniâ Chartagine reddentem vidimus, nunc vitâ functum ex Plinio ostendemus, ubi *In Cantabriâ*, ait [c], *fontes Tamarici in augurio babentur —— dirumque est non profluere eos aspicere volentibus* (2), *sicut proximè Lartio Licinio post praeturam post septem dies accidit* (3). Si igitur omen (credita tunc res) Lartio Licinio paullo ante acciderat, Pliniusque in eâdem provinciâ reddentem jura Lartium agnoverat, non incongruè videbitur adstruxisse sub Vespasiani imperantis initio, Plinium in Hispaniâ adhuc procurasse.

Ex Hispaniâ in Italiam reversum aliquo tempore in Galliis, in Narbonensi praesertim substitisse, non tantùm quia exactas regionum (quae ab illo Italia verius, quàm Provincia dicuntur [d]) notiones exhibuit [e]; verùm etiam, quòd in Vocontiorum agro (4) paullo ante a Cassandriâ delatum saxum se vidisse testatur, quod e caelo decidisse fama erat [f]. Eodem porrò loco, quo de Tacape Africae urbe locutus est, minutissima quaeque de nobili fonte Narbonensis provinciae, cui Orge (5) nomen erat, pingui, ac florido attingit stylo [g]. In eo siquidem herbae in tantum Bubus expetitae nascebantur, ut mersis capitibus totis eas quaererent. Harum rerum cognitionem eodem tempore Plìnium videtur habuisse, cum me-

ANNOTATIONES.

(1) In hisce siglis L. T. F. Q. error cubat procul dubio. Primo versiculo praenomen, & nomen Titiani desideratur; inter quae, & Titiani cognomen necessariò venit, cujus fuerit filius: exempli causâ, L. F. nempe *Lucii Filius*. Sequentes etiam F. Q. corruptae sunt, cum ad nullius Tribus nomen accedant. Sic fortassis ESQ. restituendae, tanquam ex Tribu ESQ*uilinâ* fuerit. Vbi ad Titianum Plinii sequentis amicum spectaret (*h*), possemus & gentilicium nomen supplere; nempe

--- CORNELIO
L. F. ESQ.
TITIANO &c.

(2) Consule hac de re Astrucium optima in commentariis ad historiam naturalem Occitaniae afferentem (*i*).

(3) Quisquis hanc fontis Cantabrici descriptionem in naturali historiâ legat, tam exactam inveniet, ut singulas illius venas ab auctore invisas intelligat: quae iterum in Hispaniâ citeriori Plinium res Caesaris procurasse comprobant.

(4) Civitas Vocontiorum apud Plinium regionis locum, uti apud Caesarem, Liviumque persaepe, occupat. Hinc legimus naturalis historiae allato libro III. *Civitatis Vocontiorum duo capita Vasio, & Lucus Augusti. Oppida verò ignobilia XIX.* Indigenis nunc Vasio *Vaison*, Lucus Augusti *Le Luc*.

(5) Orge prope Cabellionem incolis *la Sorge*, uti eruditè ostendit Astrucius (*k*). Fons Petrarchae carminibus celebratus, *Sorga* patrio idiomate appellatur.

[a] *Histor. natural. lib. III.* [b] *Murator. Nov. Theatr. pag. CMXVII. 9.* [c] *Lib. XXXI. 2.* [d] *Lib. III. 4.*
[e] *Vid. lib. II. 57. lib. XIV. 6.* [f] *Lib. II. 58.* [g] *Lib. XVIII. 22.* [h] *Vid. lib. I. epist. 16.*
[i] *Part. II. XII. pag. 383.* (k) *Cit. Volum. Par. II. pag. 237. & sequent.*

melior Vocontiorum agri portio, & Orge fons, etiam nunc Avenionenſi regioni attribuantur, & Pontificii dominatus partem conſtituant. Vtrum in Narbonenſi quoque provinciâ Veſpaſiani Imperatoris Procurator Plinius extiterit, aliquandiu dubitavi. Vbi tali munere apud Gallos functus ſit: conjiciendum ſubinde Romam Principe jubente accerſitum: verùm cum de hâc dignitate nil certi innoteſcat, rem aliorum conjecturis relinquimus; tum magis quòd memoratas regiones videre potuerit, cum Miſenenſis claſſis praefecturam gereret, & claſſem alteram (quae apud Forum Julium (1) ſtabat) utpote ſibi ſubjectam, inviſeret. Antequam Plinius Romam repeteret, Comi aliquo tempore ſubſtitiſſe, ea, quae ſororis filius de Romatii (2) Firmi genitore ſcribit, ſatis oſtendunt: cum illum avunculo ſuo carum, inque eodem municipio viventem deſcribat [a], quae ſanè illorum opinionem confirmant, qui Magno Plinio Novocomum patriam attribuunt [b]. Hoc praeciſè tempore Plinium egregiâ pueri Caecilii indole delectatum, illum ſibi in filium adoptionis jure Comi adſciviſſe in junioris Plinii vitâ fuſiùs perſequimur, quòd maximâ tutoris laetitiâ accidiſſe affirmabimus. Romae poſtmodum unà cum matre ab avunculo deductum, ea, quae Plinius Caecilius in epiſtolis ſcribit, ſatis oſtendunt. Noſtrum Romae haud vulgari exceptum clementiâ ſtatuimus, utpote qui a Flaviis Imperatoribus effuſiſſimè diligeretur.

Imp. Veſpaſiani plura poſterorum memoriae in naturali hiſtoriâ commendavit. *Coronas*, ait [c], *ex cinnamo interraſili auro incluſas primus omnium in templis Capitolii, atque Pacis dicavit Imperator Veſpaſianus Auguſtus:* eodemque libro Balſami arbutum Veſpaſiano, ac Tito Imperatoribus tum primùm Romae viſum colligimus [d]: *ſervit nunc, & tributa pendet cum totâ ſuâ gente* (3) *in totum aliâ naturâ, quàm noſtri, externique prodiderant*. Sic dum ſtatuas, & Graecorum celebratiſſima ſigna enumerat; *ex omnibus*, inquit [e], *quae retuli, clariſſima quaeque* (4) *jam ſunt dicata Veſpaſiano principe in templo Pacis, aliiſque ejus operibus, violentiâ Neronis in Vrbem convecta, & in ſellariis domus aureae diſpoſita*. Alibi verò poſtquam de Amulio in machinis quoque togato pictore locutus eſt: *fuere in auctoritate*, ait [f], *Cornelius Pinus, & Actius Priſcus, qui Honoris, & Virtutis aedes Imperatori Veſpaſiano Auguſto reſtituenti pinxerunt*. Vitae ſpatia, & rationes a ſideribus dignoſcentium ex artis inconſtantiâ, atque ab experimentis, *recentiſſimi cenſus, quem intra quadriennium Imperatores Caeſares Veſpaſiani pater, filiuſque cenſores egerunt* [g], inanitatis, ac falſitatis plenas oſtendit. De Lunae, ac Solis defectu itidem agit, quod *Veſpaſiano patre IV. filio iterum Coſs.* evenit (5); Epicureâ demum illâ de Deo diſſertatione, quâ Romanarum, caeterarumque gentium irridet ſuperſtitiones: viventem, ac Reipublicae curâ tum maximè occupatum denotat Veſpaſianum, ac de primâ etiam ejus imperii parte loqui conjicerem, cum ſub operis initio dixit [h]: *Deus eſt mortali juvare mortalem, & haec ad aeternam gloriam via. Hâc proceres iere Romani, hâc nunc caeleſti paſſu, cum liberis ſuis vadit maximus omnis aevi rector Veſpaſianus Auguſtus feſſis rebus ſubveniens*. Hoc etiam loco nonnulla de Tito referre par eſt, cum naturalis hiſtoria illi quamvis dicata, regnante adhuc Veſpaſiano ad exitum fuerit perducta, & patrem ubique Romani orbis

ANNOTATIONES.

(1) Forum Julium *Frejus*. De Claſſe apud Forum Julium degente conſule Tacitum, ejuſque enarrores.
(2) Ita Romatium appellandum eſſe oſtendemus in Plinii Caecilii vitâ.
(3) Notandum nihil addere Plinium, ut Arbutum, & Aſiaticam gentem, ubi adoleſcit, vidiſſe teſtetur.
(4) Editiones antiquae, itemque plerique codices habent *clariſſima quaeque in urbe*. Rectiùs τὸ *in urbe* cum Harduino delebitur, cum ſequatur *violentiâ Neronis in urbem convecta*.
(5) Plinii verba paullo infra retractabimus.

[a] *Lib. I. 19.* [b] *Vide Catanaeum ad hanc Plin. Caecil. epiſt.* [c] *Lib. XII. 19.* [d] *Lib. XII. 25.* [e] *Lib. XXXIV. 8.*
[f] *Lib. XXXV. 10.* [g] *Lib. VII. 49.* [h] *Lib. II. 7.*

orbis provincias regentem; vitâ functum, neque in operis prolegomeno, neque alibi indigitet, imò in ipso laboris limine Imperii fasces tenentem celebravit. Allatis igitur addamus, quae de nudis Polycleti Sicyonii pueris tradens: *sunt*, ait [a], *in Titi Imperatoris atrio, quo opere nullum absolutius plerique judicant*. Dum Plinius Romae moraretur, *ante lucem ibat ad Vespasianum Imperatorem, nam ille quoque noctibus utebatur, inde ad delegatum sibi officium*. Novissimum hujusmodi officium portam ad senatorium ordinem aperuisse colligerem (1), cum ex imperatoriis procurationibus in Provinciis ad majora accederent, uti ex Histoniensi elogio ad Baebium Avitum spectante ostenditur, quod eo libentiùs affero, cum ad virum pertineat res Caesaris apud Lusitanos procurantem, dum in citeriori Hispaniâ Plinius pari munere fungeretur. Inscriptionem apud Muratorium tali pacto legendam arbitror [b].

L. BAEBIO L. F. (2)
GAL. AVITO
PRAEF. FABR. TRIB.
MIL. LEG. X. GEM. PROC.
IMP. CAESARIS. VESPASIANI
AVG. PROVINCIAE. LVSITANIAE
ADLECTO. INTER. PRAETORIOS (3)

Quare cum Baebius (qui apud Lusitanos Caesaris procurator) id officii per equestres gradus obtinuerit; àtque ex procuratione, ut videtur, benè, atque integrè gestâ statim inter praetorios (quod munus equestrem nobilitatem exsuperat (4)) fuerit cooptatus: Plinium quoque ad majorem dignitatem pervenisse fatendum erit. Addamus, quòd ex ipsâ adoptivi filii epistolâ non hoc tantùm, sed maximis officiis, & Principum amicitiâ distentum fuisse avunculum discamus; adeòque haud modicam diei, noctisque partem in iis impendisse. Talia ex proferendâ naturalis historiae praefatione seniorem Plinium utique affirmasse ostendemus; ideoque quòd gerebat officium supremo Patriciorum ordini minimè novum statuemus; quae verò praecisè dignitas fuerit, ignoratur. Illam a Vespasiano datam, *delegati* officii innuit vocabulum, & fortassis Aerarii praefectura Plinio cessit, cum simili verbo sororis filius utatur, dum se curis delegati a Trajano officii distentum fatetur [c]; & districtum in primis officium Aerarii praefectura a Trajano appellatur [d]. Vtcumque tamen se res habeat (cum delegatum officium

&

ANNOTATIONES.

(1) Plerique statuunt, Plinium gradum Equestri majorem minimè obtinuisse. Christophorus Landinus Plinium Novocomensem Equestris ordinis virum agnoscit unicè, ut videre est in autographâ naturalis historiae interpretatione, quam Ferdinando Neapolitano Regi exhibuit. Haec ab aliis Plinii exemplaribus desumpsit. Memini in codice Toletano non uno loco auctorem Equitem Romanum indigitari, legimusque initio: *Incipit prologus Plini sedì Nove comensis Oratoris Equestris ordinis*. Hujusmodi tamen esse amanuensium lacinias quisque judicabit. Argenvillaeus (qui naturalis historiae capita ad Oryctologiam spectantia egregiis commentariis illustravit) Plinium Equestri ordini attribuit: *Pline Second Chevalier Romain surnommè le Naturaliste, & qui vivoit dans le premier siecle sous l' Empereur Trajan à si fort etendue l' histoire naturelle, qui l' à rendue universelle*. Verùm hic parum de Plinii dignitatibus sollicitus videtur, cum illius aetatem luxet, & tempora: nisi (ut alibi conjecimus) pro Titi praenomine Trajani cognomen exciderit.

(2) Apud Muratorium occurrit L. P. typographico mendo, ut videtur.

(3) Hujusmodi elogio illustrantur Plinii Caecilii verba ad Junium (*e*): *Pater Minicius Macrinus Equestris ordinis Princeps, quia nihil altiùs voluit, adlectus enim a Vespasiano inter praetorios, honestam quietem huic nostrae ambitioni dicam, an dignitati constantissimè praetulit*. Datâ occasione optimam lectionem tuemur adversus criticos, qui illi, nobisque opponuntur in annotationibus ad epistolam, quam multis ab hinc annis Paullo Galeardo viro clariss. miseram, ubi Minucium loco Minicii recipiendum voluerunt in nobilissimâ collectione, quae titulum praesefert: *Memorie Istorico-Critiche intorno all' antico stato de Cenomani* (*f*). Animadversio igitur, sive ad Galeardum spectet (ut ab erudito Sambucâ moneor) sive ad alios, corruet procul dubio, ubi nos Romanorum elogiis, atque optimis codicibus instituisse, ipsos verò minus probata sequi exemplaria ostendamus. Fateor hoc loco Aldinum deserere, ubi legitur *Minutius*; sed antea perperam *Mutius*, & Serranae *Proculae* cognomentum omnino corrumpit. Quare Medicaeo, Casinensi, aliisque adhaesi; videoque nobis Cortium, & Longolium in novissimâ Plinii epistolarum editione concinere (*g*). Hanc infra etiam poteris consulere (*h*). Illud quoque lector inspiciet pleraque exemplaria habere *allectus a Divo Vespasiano*; ubi causatricem conditionem *enim* omittentia, meliorem sententiae partem (in quâ orationis robur) infringunt.

(4) Consule Catanaeum hoc loco, & Plinii Caecilii itidem verba, ubi indignatur de Pallantis honoribus (*i*): *Mitto quòd Pallanti servo praetoria ornamenta offeruntur — Mitto quòd censent non exhortandum modò, verùm etiam compellendum ad usum aureorum anulorum: erat enim contra majestatem Senatus, si ferreis Praetorius uteretur*.

[a] *Lib. XXXIV. 8.* [b] *Pag. DCLXXXII. 2.* [c] *Lib. X. 9. Catanaeo.* [d] *Lib. X. 10. Catanaeo; 25. Cortio, & Longol.*
[e] *Lib. I. 14.* [f] *Vid. pag. 400. & 403.* [g] *Pag. 54.* [h] *Lib. VII. 22. pag. 524. num. 1.* [i] *Lib. VIII. 6*

& aliis muneribus convenire possit [1]) aliquid adhuc a Misenensis classis praefecturâ distinctum fuisse arbitror: non ex eâ ratione, quod nullum classium Praefectis Romae maneret imperium, nam id falsum infra ostendemus; sed quia delegatum officium, urbanum, neque militibus peculiariter addictum videtur. Hujusmodi verò officium, vel Aerarii praefecturam, vel aliud in tantâ rerum caligine malueris affirmare, munus certè nobilissimum fuit. Aullus Gellius parum a Plinii aetate distans, utpote qui Hadriani Imperatoris tempestate coepit florescere [a], neque nostri fautoribus annumerandus, illum *ingenii*, *dignitatisque gratiâ* [2] *auctoritate magnâ* praeditum describit. Neque enim inimico homini Plinii dignitas tantùm suspicienda videretur, ubi in Equestri nobilitate mansisset.

Novi utique non defuisse, qui Plinium senatorium virum dixere, inter quos eminet Guilielmus Postellus [b]. An allatum tamen per Massonium Taciti scopulum evaserit, haud facilis affirmabo, cum in propositâ quaestione minimè substiterit, sed alibi gressum ducturus Plinium senatorium virum appellaverit. Vt verò Postello omissis aliqua addamus, opportunè Suetonii occurrunt verba, quibus Vespasianum amplissimos ordines, & caede variâ exhaustos, veterique negligentiâ contaminatos repurgasse testatur „ *suppletvitque*, ait [c], *recenso Senatu*, & *Equite*, *summotis indignissimis*, & *honestissimo quoque Italicorum*, *ac Provincialium allecto*. Ad haec videtur ipse Plinius respicere, cum *incomperta quaedam esse equestris ordinis viris*, *jam verò & Senatum inde intrantibus* affirmavit [d]. Non admodum igitur mihi blandiri videor, si in supremum ordinem ab amico Caesare tantum virum comprehensum statuamus, cum facili negocio Imperatorum procuratores in Senatum postea cooptarentur, & *censu Senatores* legi [3], monuerit ipsemet Plinius [e].

Quae hucusque attulimus conjicere non sinunt Plinium per haec tempora stipendia meruisse, ut Conradus Lychostenes affirmavit [f]. Haec ab eo prodita credo, quia sequentem Plinium in Syriâ tribunum fuisse novit; & tali munere functum, cum adhuc esset adolescentulus: ideoque cum adoptivo patre militasse bello, ni fallor, Judaico, quod Titus Vespasiano jam ad imperium evecto tot millibus interfectorum absolvit. Ast cum nihil hujuscemodi in junioris Plinii epistolis, neque alibi inveniamus, quod ad recentem avunculi militiam spectet: quânam de causâ sororis filium sub illius disciplinâ tribunum militum fuisse affirmabimus, quando mihi liquidò constat, biennio ante avunculum Vesuvii clade praefocatum interiisse, cum sororis filius Legionis III. Gallicae tribunatum in Syriâ exercebat: Quae verò Lychostenis dictis addit Palermus [g], quibus Plinium Judaico bello interfuisse arbitratur, eo quod de Judaeâ, & Balsamo apud illum memoria reperiatur; eâdem ratione integrum orbem lustrasse poterit affirmare. Neque enim verbis *scio*, *vidi*, vel iis similibus usus est, imò aliqua de Essenorum gente satis a Josepho [h], & Philone [i] diversa tradidit; quae hos auctores, & ipsummet Augustinum Calmetum [k] volutantibus constabunt. Et sanè hâc in re Plinium potiùs quàm Hebraeos auctores errasse confitebor. Judaicam verò gentem contumeliâ Numimum

ANNOTATIONES.

(1) Plinius Caecilius curam Aemiliae viae delegatum officium quoque appellavit (*l*).
(2) Sacyus in Plinii junioris vitâ illius avunculum hominem dicit, *qui avoit passè par les grandes charges*.
(3) Eruditè Lipsius *illustres Romanos Equites* illos fuisse conjicit, qui censum, & spem Senatoriae dignitatis haberent (*m*). Livius notum facit Perseo Macedonum Regi Romanos Equites esse *Principes juventutis*, & *seminarium Senatus*, *inde lectos in Patrum numero Consules* (*n*). Lampridius ex Severi Alexandri sententiâ asserit (*o*) *Senatorum seminarium equestrem locum esse*.

(a) *Vid. noct. Attic. lib. IX. 4. & harum Disquisit. lib. VII.* (b) *De Republ. Athen. col. 1332.* (c) *In Vespas. IX.*
(d) *Lib. V. 1.* (e) *Lib. XIV. initio.* (f) *In vitâ Plin. Caecil.* (g) *Lib. I. 1. pag. 12.* (h) *Lib. II. 12.*
(i) *Vide opera omnia.* (k) *Diction. Histor. Tom. II.* (l) *Lib. V. 15.* (m) *Ad Taciti Annal. XI.*
(n) *Liv. lib. XLII.* (o) *In Alexand. Severo. Vid. Catrou. Tom. VII. lib. 28.*

num insignem cum dicit [a], hoc Romae nosse utique potuit, & Judaeorum nomine Christianos etiam complecti, quos ab Ethnicis nascentis Ecclesiae primordiis cum Hebraeis confundi minimè ignoramus. His de caussis in diversa omnino abirem, Pliniumque nunquam Palestinae fines attigisse colligerem, ex eo quia in Populo Orientis celeberrimo parum immoratur, quod utique vir doctissimus fecisset, si ocularis caeremoniarum templi, ac rituum testis Judaeam inhabitasset. Neque etiam Mosen inter Magos recenseret, sive illum cum Jamne, & Jotape commisceat, seu de Mose tantùm loquatur, ut affirmat Harduinus (1). Si verò eo uti volumus argumento, quod Palermus efficacissimum judicavit, ut Plinium Novocomensem fuisse negaret, eo quia falsa (ut ipse credit) de fonte in Comensi juxta Larium Lacum vulgavit; ideoque illum neque Comensem, neque inter Comenses versatum affirmat: validiori profectò ratione nunquam Judaeam attigisse dicendum erit, cum Jordanem a fonte Paneade oriri scribit [b], quando non ab unâ, sed duplici scaturigine *Jor* & *Dan* ortum sumere D. Hieronymus, aliique tradunt [c] (2).

Neque enim difficultatem faciunt ea, quibus Plinius in praefatione Titum alloquitur: *& nobis quidem qualis in castrensi contubernio*, cum optimè allatis conveniat tempus, quo Titus in Germaniâ, Britanniâque militavit. Certò enim constat Titum anno Caj Principis supremo natum esse [d]; ideoque tertio Neronis imperantis anno militiae per aetatem aptus erat, & rationi congruum videtur, illum admodum adolescentem Tribunum militum fuisse, tum quòd in aulâ cum Britannico educatus, tum quòd priùs militiae, quàm foro operam dare tunc temporis contingeret, & de Tito peculiariter testatum sit, post militaria stipendia caussas honestè magis quàm assiduè actitasse, cum nondum conjugio operam navasset. Invenio apud Tacitum Caesonio Paeto, Petronio Turpiliano Coss. Britannicum bellum maximè exarsisse, atque peractâ aestate postquam exercitus sub pellibus contractus erat Neronem copias auxisse *missis e Germaniâ duorum legioniariorum millibus, octo auxiliariorum cohortibus, ac mille equitibus* [e]. Hujusmodi in subsequentem annum V. Cond. IↃCCCXIII. Neronis Imperantis VIII. sunt digerenda. Tunc enim potuit & Plinius in memoratâ expeditione recenseri. Verùm similia legentium disputationibus relinquimus, cum Plinium illustrem Germanicorum bellorum scriptorem in Germaniâ nec brevibus stipendiis meruisse constet, & multa illius Provinciae visu sibi cognita describat. Quare cum in Germaniâ Titum (3) circa ea tempora militasse innotescat, neque ad Britannas expeditiones, neque ad Judaicum bellum provocare necesse est, dum Plinium tunc in Hispaniâ degentem unâ cum Lartio Licinio noverimus. Nulla insuper obstaret ratio, quin castrense contubernium vel ab ignorato Plinii munere, vel ab illius procuratione manaverit, cum Caesaris Procuratores militibus quoque prospicerent. Haec tamen non tanquam inexpugnabiles probationes, sed uti accedentia congerimus. Multa enim fatemur ignorare,

ANNOTATIONES.

(1) Vide annotationem 25. ad XXX. Plinii librum pag. 524.

(2) Alibi etiam innuit Plinius Judaeae fines minimè peragrasse (*f*): *Pars est Syriae, quae Phoenice vocatur, finitima Judaeae intra montis Carmeli radices paludem habens, quae vocatur Cendevia. Ex eâ creditur nasci Belus amnis*. Neque enim diceret *creditur* in fluvio tam celebri, si illum vidisset. Quae insuper ex aliorum fide de Caspio mari, & rebus Asiaticis referre cogitur, ostendunt, hanc Asiae partem Plinium minimè attigisse, neque ipsi vitio vertenda, ubi minùs vera a neotericis inveniantur, cum in hanc diem plura Africae, Asiae etiam Regna, Populos, Oppida, Fluvios ignoremus.

(3) Castrense Titi, ac Plinii contubernium in Germaniâ fuisse ritè affirmat Leodegarius a Quercu (*g*). Harduinus Plinium in Germaniâ militasse quidem scribit, sed lectorem ad celebrem Plinii Caecilii epistolam ad Macrum deducit, ubi nihil de Tito invenimus (*h*).

[a] *Lib. XIII. 4.* [b] *Lib. V. 15.* [c] *Consule Tabul. Geograph. Gentilini.* [d] *Sueton. in Tito II.*
[e] *Annal. lib. XIV.* [f] *Lib. XXXVI. 26.* [g] *Racemat. pag. 37.* [h] *Vide Hard. Tom. I. pag. 2.*

re, quae in Germanicorum bellorum libris, clariùsque in temporum suorum historiis Plinius congesserat, sed ab hominum oculis evanuerunt.

Hoc quoque opus Tito inscriptum fuisse suspicor ex iis naturalis historiae verbis „*simul ut hâc meâ petulantiâ fiat, quod non fieri quaestus es in aliâ procaci epistolâ nostrâ, ut in quaedam acta exeam*. Suorum temporum condens historiam, eo orsus est loco, quo Aufidius Bassus desierat, laboremque XXXI. libris comprehensum sororis filius haud satis laudatâ epistolâ nos docuit. Illud auctor verecundus, & humanae laudis contemptor, non vivus edere decreverat, sed haeredi mandare: ne fortassis invidis, ut reor, cavillandi occasionem praeberet, quòd regnantibus Vespasianis libros vulgaret, ubi eorum frequens in primis, ac nobilis memoria haberetur, quasi Principum gratiam assentatione certaret aucupare: quâ de re Tacitus, saltem occultè, illum arguit, dum Caecinam, & L. Bassum Ravennatis, & Misenensium Classis Praefectum a Vitellio defecisse scribit, dubiusque haeret, num Bassus Caecinam, vel Caecina Bassum corruperit; an quod inter malos evenire affirmat, ut similes sint, adeòque utrumque eadem pravitas impulerit „*scriptores*, ait [a], *Temporum, qui potiente Flaviâ domo monumenta hujusce belli composuerunt, curam pacis, & amorem Reipublicae corruptas in adulationem causas tradidere.* „ Apertè verò hanc Plinii historiam designat, cum bella Flavianos inter, ac Vitellianos recitans: *Hormine*, inquit [b], *id ingenium, ut Messala tradit, an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, baud facilè dixerim*. Quo autem loco coeperit Plinius haec Romanorum bella conscribere, haud certò possumus affirmare, cum priùs ubi Aufidius Bassus desierit, nosse oporteret. De Aufidio Basso illustri Germanicorum bellorum scriptore loquitur Quintilianus, cum Servilii Noniani meminisset: de quo *& ipse*, ait [c], *a nobis auditus est — vir ingenii, & sententiis creber, sed minùs pressus, quàm historiae auctoritas postulat: quem paullo ante praecedens eum Bassus Aufidius* (1) *egregiè utique in libris belli Germanici praestitit genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis ipse viribus minor*. Quare cum Servilium Nonianum vitâ functum indigitet, illoque paullo majorem Aufidium Bassum asseveret: hunc multo jam tempore (cum Fabius suas scriberet institutiones) inter mortuos fuisse dinumeratum cognoscimus: & sanè cum Aufidii testimonium adducat M. Seneca, tanquam illustria de Ciceronis morte, & constantiâ prodentis: illum ad Neronis usque imperantis aevum pervenisse, nusquam crediderim, quamvis id a multis vulgatum inveniam, quibus doctus Catanaeus invicem suffragatur [d], qui apud M. Senecam verba de Ciceronis obitu, & Aufidii sententiam proculdubio observavit: & ea, quae de Aufidio Basso sene, & cum morte luctante apud L. Senecam filium legimus, clariùs, atque diligentiùs perscrutabatur: dubito tamen, quòd clariss. Plinii sequentis interpres ex duplici Aufidio unum fecerit, eo quia M. Annaeum Senecam Rhetorem Augusto, ac Tiberio imperantibus florentem, cum L. Annaeo Senecâ Philosopho, qui a Nerone mori jussus est, haud satis distinguat (2). Fatemur

ANNOTATIONES.

(1) Hic scriptor rigidè appellandus *Aufidius Bassus*, cum *Aufidius* gentilicium nomen, *Bassus* cognomen sit. Elegantiae tamen, & varietatis causâ *Bassus Aufidius* dicitur a Quintiliano, ut a Senecâ *Turrinus Clodius*, a Plinio *Nepos Cornelius*, *Magnus Pompejus*, *Valerianus Cornelius:* quod scriptionis genus notissimum priscis, raròneotericis imitandum, ne in Romanorum appellationibus pariat confusionem.

(2) De utriusque Senecae aetate, & scriptis consule Nicolaum Antonium (*e*), & Lipsium (*f*). Senecis idem, quod Pliniis accidit. Catanaeus Senecam, qui Ciceronem audivit, Neronis praeceptorem facit. Vbi attentiùs Apollinaris Sidonii sibi notam auctoritatem ponderasset, Senecarum patris, & filii tempora, & scripta discriminare potuisset. Miror Cortium, & Longolium in iis, quae legentibus offendiculo sunt, obmutescere; cum in tot voculis a Catanaeo dissideant (*g*).

[a] *Histor. lib. II.* [b] *Histor. lib. III.* [c] *Institut. lib. X. 1.* [d] *Catan. Buchner. Paul. Longol. in epist. Plin. Caecil. ad Macr.* [e] *Bibl. veteris Hispan. lib. I.* [f] *Lips. lib. I. Elector. 1. &c.* [g] *Vid. pag. 329.*

mur Aufidium, de quo Plinii loquuntur, viventem L. Senecae temporibus a laboriosissimo Lipsio (qui satis de utroque Senecâ est benemeritus) apertè profiteri [a]. Verba L. Senecae, quibus Lipsius innititur, hujusmodi sunt: „ *Bassum Aufidium* „ *virum optimum vidi quassum aetati obluctantem*, *sed jam plus illum degravat*, *quàm* „ *quòd possit attolli*. *Magno senectus*, *& universo pondere incubuit*. *Scis semper illum in-* „ *firmi corporis*, *& exhausti* (1) *fuisse*.„ Verùm non unicè sententiam, sed tempora supputationi conferre necesse est; & quamvis in Aufidium senectus universo pondere incumbens describatur, non adhuc illum aevo ita oppressum judicarem, ut aliquot decenniis centesimum annum superaret; quod si esset ille, qui Ciceronis obitum descripsit, facili negocio ad tantum vitae pondus accederet. Senecam enim patrem Augusto imperante notum, Aufidii Bassi historiarum scriptoris paullo minorem colligimus, non tantùm quia illius proferat auctoritatem, sed quòd eâ ratione de Aufidio loquatur, ut virum ostendat, qui Ciceronem abundè cognovisset (2). Duplici enim loco illius utitur testimonio (3); & primâ vice post Livii sententiam statim haec verba occurrunt: *Aufidius Bassus & ipse nihil de animo Ciceronis dubitavit*, *quin fortiter se morti non praebuerit tantùm*, *sed obtulerit;* ibique notamus ab Aufidio desumpta ante Cremutii Codri opinionem referri, qui tamen & ipse Augusto regnante florebat [b]. Vbi enim annos a Ciceronis obitu ad Neronis imperantis duodecimum, ut Fabricio placet [c], vel potiùs ad decimum, ut in latino Eusebii Chronico, supputemus; ultra centum proculdubio numerantur. Quare cum hoc anno L. Seneca brachium ad secandas venas Medico tetenderit: de altero Aufidio sanè loquitur (4). His igitur adamussim perpensis statuendum censerem Aufidium Bassum, de quo junioris Senecae epistola, alterum esse, illiusque filium, cujus Plinius sequens, & etiam major [d] Quintilianus, & Seneca pater [e] meminere: & sanè ubi Plinius libro IX. Armeniae universae magnitudinem affert ex sententiâ Aufidii; indeque Claudii Caesaris diversa opinantis mensuram, innuit Aufidium ante Claudium Caesarem vixisse; & civilia bella usque ad Tiberium enarrasse colligerem. Hic alter fuit a Cn. Aufidio, qui contra Senatus consultum permisit Circensium gratiâ Africanas (nempè feroces belluas) in Italiam importari eodem Plinio docente lib. VIII. Aufidiorum gens illustris plures genuit sapientes viros, ut illum Cn. Aufidium, quem Cicero puer vidit luminibus captum, sed in literis videntem, & graecam scripsisse historiam testatur. Non hujus certè meminit Plinius, cum in auctorum syllabum minimè occurrat inter eos, qui vel graecè scripserunt, vel latinè. Fatemur tamen, & illum deesse, qui de Armeniae longitudine affertur, quâ de re suo loco differemus. Igitur ubi a L. Senecâ laudatus memorati filius extiterit, & primis imperantis Augusti annis natus sit, longaevus utique senex sub Nerone evasisset. Si idem esset (ut Lipsius conjecit) quâ ratione ab avunculo Plinio inter homines minimè comprehenditur, qui longissimum vitae spa-

ANNOTATIONES.

(1) Ita Catanaeus legit, cum similia subjecit Plinio Caecilio lib. III. 5. Editio Comeliana epistolarum Senecae anni 1604. habet *exsucci*. Epist. XXX. pag. 65. col. 2.

(2) Fuit hic fortasse filius Titi Aufidii, cujus Cicero meminit, & vixisse *ad summam senectutem* testatur (*f*). Hinc longaevitas Aufidiis gentilis dici potest.

(3) Consule elogia scriptorum de Cicerone, Suasoriâ VII., quae nonnullis VI. (*g*).

(4) Calculum a nobis exhibitum, ubi aliquis ad breviorem terminum reducere intentaret, quasi L. Senecae epistola ante Neronis principatum scripta esse possit; id certò sciat, quòd omnes omnino intra biennium clauduntur, Consulatu nempe Memmii Reguli, & Verginii Rufi, itidemque Lecanii, ac Licinii, ut ex ipsismet epistolis statuit Lipsius (*h*); ideoque haud longè ante scribentis mortem. Quare si paucos tantùm annos demere licet, centum adhuc a Ciceronis obitu ad tempus, quo haec epistola data est, effluxisse pateret.

[a] *In annotat. ad Tacit. Annal. XIII. num. 60.* [b] *Vid. Voss. de Histor. lat. lib. I. Harduin. in indice Auctor. apud Plin.* [c] *Bibliot. lat. Tom. I. lib. II. 9.* [d] *Lib. V. 9.* [e] *Suasor. VI. pag. 41.* [f] *In Bruto.* [g] *Pag. 16. col. 1. & 2.* [h] *In praefat. ad L. Senec. epistolas pag. 389.*

ſpatium impleverunt (a), tum magè quòd Aufidius celebrati nominis vir, recordationem quoque prodigioſae ſenectutis gratiâ mereretur: alias ſiquidem hiſtorias praeter Germanica ſeniorem Aufidium ſcripſiſſe, & civilia bella enarraſſe ex allatâ Senecae Rhetoris Suaſoriâ colligerem (1). Fateor me hoc loco Voſſii verba (licèt utrumque Aufidium ritè ſeparantis) parum intelligere, ubi de lucubrationibus ſermonem inſtituit: *etiam*, inquit (b), *de bello civili ſcripſit, unde iſta ſunt, quae M. Seneca de Cicerone refert: ubi Aufidius Baſſus deſiit, ibi coepit Plinius Veronenſis. Hoc oſtendunt verba Plinii junioris lib. III. epiſt. V. Hoc viri docti* (2) *interpretantur de fine hiſtoriae, quam ſcripſerat de bello civili. Id minus placet, nam paullo ante dixerat Plinius ſcripſiſſe de bello Germanico* (3) *libros XX.: atqui libri, quos a fine Aufidii Baſſi, erant XXXI. ergo allata de belli Germanici opere intelligi non poſſunt*. Sed nemo, quòd ſciam, recens hoc Plinii opus ad Germanica bella deduxit, cumque a fine Aufidii Baſſi coeperit, quid incongruum erit, ſi de civilibus, diverſiſque bellis uterque locutus ſit? utcumque tamen ſe res habeat, cum duos fuiſſe Aufidios Baſſos rationi conſentaneum videatur affirmare, atque Plinium, ubi Aufidius pater deſiit, coepiſſe, hiſtoriaſque libris XXXI. comprehendiſſe: has a Tiberio orſum colligerem, quo regnante ſupremum diem obiiſſe priorem Aufidium ſuſpicor. Quod certè ſcimus, & perſpicuè notum eſt, Plinius Neronis geſta perſcripſit (c), & Tacitus in libris Annalium Nerone imperante Plinii teſtimonium non uno protulit loco (4). Arguendus igitur videtur Dalecampius, qui illud Vectiani praedii oſtentum in Neronis rebus praecipuè quaerendum non ſuâ collocet ſede; nihilque aliud agat praeterquam verba ſcribentis praeſentia, parili ejuſdem ſententiâ confirmare. Aſt cum Plinius *Amnes*, ait, *retro fluere & noſtra vidit aetas Neronis principis annis ſupremis, ſicut in rebus ejus expoſuimus*; aliud ſanè a naturali hiſtoriâ diſtinctum opus intelligit, nec tanquam allatum afferret, quod more ſuo infra vellet exponere. Lapſus igitur memoriâ Dalecampius cum Vectii Marcelli portentum *octuageſimo tertio capite* (5) conſulendum offert, ubi nil tale unquam reperies. Licèt enim auctor eâ lectione prodigium Vectianorum praediorum attingat; fuſiùs addidit etiam ſe oſtentum in Neronis rebus expoſuiſſe, unde hinc palam evadit, res Neronis longè diverſam a naturali hiſtoriâ ſedem occupaſſe; deque alio opere Plinium diſſerere, quod in nullâ Phyſicorum ſectione quaerere oportet. Quare in Temporum ſuorum hiſtoriis partem ſibi vindicaſſe Neronis geſta quis neget, cum Nero, quem toties ſuo aevo, paullo ante, nuper imperaſſe ſcribit, hujus utique laboris particeps eſſe debuerit? Noſtram ſanè opinionem firmant Lipſius, atque Harduinus, cum ex utroque naturalis hiſtoriae loco Plinium hos XXXI. libros deſignare teſtentur. Nobiſcum tamen in eo paullulum diſſentit Lipſius, cum a bellis civilibus ad res Claudii, vel paullo infra Aufidium ſcripſiſſe conjecit: verùm cum de Aufidii aetate calculum videatur reducere, dubiuſque haereat, an de patre, an magis de filio Philoſophus

ANNOTATIONES.

(1) Conſule Nicolaum Fabrum hoc loco apud M. Senecam (*d*), atque Andream Schottum de claris apud Senecam oratoribus (*e*).

(2) Provocat Voſſius ad Andream Schottum. Hic poſt Fabrum (licèt oblitum) conjicit Aufidium Baſſum (a cujus Hiſtoriae fine coepit Plinius) ſeniorem & patrem eſſe, de quo itidem M. Senecae Rhetoris extat teſtimonium. Vide & Lloydium in Dictionar. Hiſtorico.

(3) Non de bello Germanico, ſed bellorum Germaniae, quibus omnia bella adverſus Germanos geſta complexus eſt. Hinc Plinius Germanicorum bellorum ſcriptor a Tacito appellatur. Conſule, quae ſuperiore libro collegimus.

(4) Annal. lib. XV. videtur, quòd Tacitus Plinii verba judicet abſurda, ſed calculum ſubinde reducit: *quia cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior eſt*.

(5) Plinius naturalem hiſtoriam in libros unicè, non in ſectiones, aut capita tribuit: hoc utique ſcire tenebatur Dalecampius. Adduntur a nobis ultima ad libri calcem, faciliori legentium utilitati conſulturis. De his agemus proximo volumine.

(a) *Vid. lib. VII. 48. & 49.* (b) *Lib. I. 22.* (c) *Vid. Hiſtor. natur. lib. II. & lib. XVII. Hoffman. in Lexico. Popeblount. pag. 118.* (d) *Pag. 42.* (e) *Pag. 8.*

Seneca locutus ſit: nulla nos impellit neceſſitas, ut longè priùs Aufidium deſiiſſe (imò ſi utrumque ritè diſtinguimus) ante Claudii imperium Aufidium patrem vitâ functum affirmemus; idque etiam ex eo colligi poterit, quòd Plinius Temporum ſuorum hiſtoriam vulgaverit.

A Temporum ſuorum ad Naturalem hiſtoriam accedere locus me admonet, quae opus diffuſum, nec minùs varium, quàm ipſa natura eleganter a juniore Plinio appellatur. Hanc ex collatione duorum millium circiter voluminum trigintaſex libris comprehendiſſe auctor ipſe teſtatus eſt (1). Vt verò annum, quo naturalis hiſtoria abſoluta fuit, certò ſtatuamus, a prodromo praeſertim rationem eſſe arbitror deſumendam, tum quia ordinariò praefationem abſoluto opere exaremus, tum etiam quòd nihil apud Plinium recentius inveniamus ab anno in dedicationis epiſtolâ annotato. In operis corpore nonnulla apparent ex amanuenſium inſcitiâ, quae longè antea ſcripta fateri cogeremur: De Vite (legimus hucuſque) *jam inventa per ſe in vino picem reſipiens, Viennenſem agrum nobilitans, Arverno, Sequanoque, & Helvico generibus non pridem illuſtrata, & haec Virgilii vatis aetate incognita, a cujus obitu* XC. *aguntur anni* (a). Conſtat Virgilium Tarenti (b), ſeu rectiùs Brunduſii (c), ſupremum diem obiiſſe Sentio Saturnino, & Lucretio Cymâ Coſs. anno V. Cond. IↃCCXXXV. juxta Ruvaei (d), Junckii (e), aliorumque ſupputationem (f). Si iis ergo addimus XC. in annum V. Cond. IↃCCCXXV. incidimus, quo Plinium ſcripſiſſe naturalem hiſtoriam, vel ſaltem XIV. hiſtoriae volumen dicere cogeremur. Hoc tamen anno, vel circiter naturalem hiſtoriam edidiſſe neutiquam affirmandum; quidquid tali argumento plerique, atque hos inter Joh. Albertus Fabricius, utantur. Optimi noſtri codicis auxilio reſtituimus apud Plinium VC. nempe *nonaginta quinque aguntur anni*, & tunc ſibi omnia, & auctor prae caeteris, conveniunt. Plinius certè huic anno recentiora attingit, ubi de Solis, & Lunae defectibus loquitur: *nam ut* XV. *diebus* (2) *utrumque ſidus quaereretur, & noſtro aevo accidit Imperatoribus Veſpaſianis patre IV., filio iterum Coſs.* (g). Annum verò V. Cond. IↃCCCXXVIII. praeciſè memorat, dum teſtatur (h) Romae *moenia --- collegere ambitu Imperatoribus, Cenſoribuſque Veſpaſianis* (3) *anno conditae* IↃCCCXXVI. *paſſus* XIII. M. CC. *complexa montes* VII. &c. Ad id praeciſè temporis affigenda ſunt verba (i): *Acontiae jaculi modo vibrantur ocyſſimo ſignificatu. Haec fuit de quâ quinto conſulatu ſuo Titus Imperator*

ANNOTATIONES.

(1) Haec Plinius in praefatione ſcripſit. Prooemium verò unà cum elencho rerum, auctorumque primum conficit librum, unde XXXVII. numero evadant. Naturalem hiſtoriam circa Plinianum fontem in Comenſi a Plinio exaratam affirmat Laurentius Schraderus (*k*), qui hâc in re fidem noſtram minimè obſtringet.

(2) Jacobus Zeiglerus inſignis Mathematicus primus genuinae lectioni hoc loco Plinium reſtituit, cum perperam antea legeretur *duodecim diebus*; quod non a Landino tantùm bonâ fide receptum; ſed ab aliis quoque adoptatum invenio. Milichius *duodecim diebus* non ex integro adverſatus addidit *alia exemplaria legunt quindecim diebus, quae lectio magis cum ratione, & experientiâ convenit*. Sed meâ quidem ſententiâ haud ſatis aſtronomicas periodos ſe noſſe oſtendit, tum vitioſam lectionem, tum codicum auctoritate (quod ad Plinii doctrinam pertinet) tum ex ſiderum lege expungere debebat. Id Zeiglerus minimè ignoravit; ideoque vulgatum exemplarium errorem ſuſtulit. Collimitius Milichio doctior, verùm incurioſus Plinii reſtitutor apparet, cum id *quatuordecim diebus* contigiſſe ſcribit, legitque (*l*) Pintianus, Chiffletius, & Harduinus optimorum codicum auctoritate, & aſtronomicâ ratione, *quindecim diebus* Plinium ſcripſiſſe docent. Hac de cauſsâ non erat loci, ut Gallus Philologus tot jurgia in Harduinum conjiceret, tanquam ab aliis reſtitutionem deſumat (*m*), quando & in ſcriptis manu codicibus, atque in ipsâ Dominici italâ verſione apparet. Quod fortaſſis Harduino agendum erat nos peregimus, ut nempe quindenus numerus notis XV. juxta Plinii ſcripturam reſtitueretur. Addit tamen ipſe Regios codices 1. 2. Colbertinum 2. Chiffletianum, & Toletanum diſertè ſine ullis notatum compendiis *quindecim* exprimere. Verùm tempora notis reddere, itemque menſuras aſſolet Plinius, atque utinam rejectis compendiis haec omnia legeremus: tunc enim difficiliùs erraſſent amanuenſes. Ex abruptâ in fine notâ V. proceſſere II., unde ex XV. effluxit XII, quod & alibi accidiſſe demonſtramus.

(3) In evulgatis codicibus irrepſit annus V. Cond. IↃCCCXXVIII. Rectè ab Harduino reſtituitur annus IↃCCCXXVI. Optaſſem tamen, ut allato loco emendationis rationem afferret (*n*). Oritur haec non tantùm ex recitatis Cenſorini verbis, ſed ex ipſius Plinii ſententiâ --- *recentiſſimi cenſus, quem intra quadriennium* &c.

[a] *Lib. XIV. 2.* [b] *Vid. Servium, Petr. Crinit. &c.* [c] *Hieronym. in latino Euſebii Chronico.* [d] *Vide Virgil. ad uſum Delphini.* (e) *Vide Fabric. Biblioth. latin. Tom. I.* [f] *Vide Donatum in Virgilii vitâ, & Sebaſtian. Corradum, qui illam Anonymo tribuit.* (g) *Lib. II. 13.* (h) *Lib. III. 5.* [i] *Lib. II. 25.* [k] *Monument. Ital.* [l] *Pag. 417.* [m] *Vide Johan. Angel. Tom. I. pag. 248.* (n) *Vid. Plin. Hard. Tom. I. pag. 156. num. 4.*

tor Caesar praeclaro carmine praescripsit ad hunc diem novissimè visa. Constat Titum quintum gessisse consulatum anno V. Cond. IƆCCCXXVIII., ut suo loco memoravimus. Iis etiam omissis posteriores annos in naturali historiâ designari compertum habemus, unde quinquennio receptus hucusque Virgiliani obitus calculus superetur, Catonem enim illum primum sexcentesimo V. Cond. anno circa captas Carthaginem, & Corinthum diem supremum obiisse scribit, illiusque sententiam indicare separatim fatetur, ut legentibus ostendat [a], *quantùm postea* CCXXX. *annis vita profecerit*. Si hos igitur sexcentis addimus, in annum V. Cond. tricesimum supra sexcentesimum incidimus (1). Quare cum hujusmodi eodem naturalis historiae quartodecimo volumine scripta reperiantur, librarii diligentiam in emortuali Virgilii anno desiderari fatendum erit. Neque enim difficile evadit conjicere, arithmeticam siglam V. in X. fuisse profusam, cum in veteribus codicibus scribatur xc. *anni* numeralibus notis caeteras dictiones minimè excedentibus, unde eo magis pro xc., cum optimo codice nostro vc. legendum statuimus, ut hâc ratione in annum V. Cond. IƆCCCXXX. pariter incidamus, in quem reliqua conveniunt, ubi *sacri*, ait [b], *precationem, quâ solet praeire, Quindecemvirûm collegii Magister, si quis legat profectò vim carminum fateatur, ea omnia approbantibus* IƆCCCXXX. *annorum eventibus*. Adde quartum annum ab Impp. Vespasianorum censu Plinium numerare [c]. *Accedunt experimenta* (2) *recentissimi census, quem intra quadriennium Imperatores Caesares Vespasiani pater, filiusque Censores egerunt*. Constat enim ex allatis eumdem annum V. Cond. IƆCCCXXX. innuere, cum apud Censorinum scriptorem aetatis suae diligentissimum [d] legamus, lustrum a Vespasiano Imperatore V. & T. Caesare III. Coss. fuisse peractum [e], qui anno V. Cond. IƆCCCXXVI., Christi LXXIV., consulatui Vespasiani V., & T. Caesaris III. respondet [f]; ideoque cum Plinius a censu, seu lustro quatuor annos enumeret, annum V. Conditae tricesimum supra octingentesimum, quo L. Cejonius, & D. Novius Coss., apertè indigitavit, nobisque Christi anno LXXVIII. respondet. Facili hac nitidâque numerandi ratione insistentes, eorum suffragiis minimè indigemus, qui Plinium utrumque terminum haud supputasse contendunt.

Hâc de causâ minùs rectè collegit Gordonus naturalem historiam octavo Vespasiani anno Plinium emisisse [g]; nam inter octavum, & nonum Vespasiani consulatum annus integer effluxit, quo Flavii Imperatores duodenos fasces non praetulerunt, illos memoratis Cejonio, & Novio relinquentes, ideoque octavus Vespasiani consulatus octavo, & nono ejus imperii anno respondet. Tillemontius Gordono videtur convenire [h]. Verùm ab utriusque sententiâ recedendum putarem, cum a nobis allata Plinianae praefationi, & naturali respondeant historiae, in quâ Titus Tribuniciae Potestatis particeps, Triumphalis, Censorius, sexiesque Consul appellatur. Vt igitur iis omnibus dignitatibus defunctum Titum intelligamus, annus V. Cond. tricesimus supra octingentesimum statuendus est, quo Cejonius, & No-

ANNOTATIONES.

(1) Eodem libro XIV. cum annum V. Cond. 633. enumeraret: *durantque*, ait (*i*), *adhuc vina ducentis ferè annis*. Consule Harduinum hoc loco.
(2) Ita legendum esse ostendam suo loco.

[a] *Lib. XIV. 4.* [b] *Lib. XXVIII. 2. Vid. Vos. de Histor. latin. lib. I. 29.*
[c] *Lib. VII. 49.* [d] *Vide Tillemont. Histor. Imperat. Tom. III. pag. 260.*
[e] *De ann. maj. cap. XV.* [f] *Vid. lib. IV. in Tabul. Plin. pag. 106. & 107.* [g] *Opus Chronolog. pag. 372.*
[h] *Histor. Imper. Tom. II. pag. 39.* [i] *Lib. XIV. 4. pag. Hard. 714.*

Novius fasces gerebant. Titum enim sextò Consulem Tribuniciae Potestatis participem, Censoremque superioribus annis fuisse ostendit Hispanus nobiliss. Lapis in hanc speciem a Muratorio allatus [a].

TIT. [1] CAESARI. AVG. F.
VESPASIANO. IMP.
PONT. TRIB. POT. VI
COS. DES. VI CENSORI [2]
D D.

Elogii igitur positio ad annum V. Cond. IↃCCCXXVIII., Christi LXXVI. est referenda, tumque Titus V. gerens consulatum ad par officium insequentis anni designatus; quo constat illum VI. (cum parente VIII.) consulem fuisse; iisque magistratum abdicantibus suffecti Domitianus VI., & Cn. Agricola. Tunc igitur VI. Consul, & Tribuniciae Potestatis particeps VI. Titus esse potuit, cum hoc ultimum unicè officium non ineunte anno, ut caetera caperetur. Henricus Dodwellus unius anni spatio naturalem historiam a Plinio exaratam, emissamque perperam affirmat; alii XXX. annorum opus judicarunt. Vtrumque rectè a Fabricio rejicitur [b]. Quis enim credet unius anni curriculo tot auctores a Plinio legi, atque in ordinem redigi potuisse? Graecorum, & Latinorum tot volumina consuluit [3], ut omnibus naturam suam daret, & naturae sua omnia redderentur. E contrario plura obstant, ut illum dicamus jam ab anno aetatis suae XXV. (quo nondum librum de jaculatione Equestri ediderat) Naturae historiis scribendis vacasse. Quare exaratis a fine Aufidii Bassi voluminibus, maximo huic operi manus admovisse credendum est, idque circa annum Plinii L. accidisse suspicamur. Naturae res enucleare secum antea animo volutasse utique concedam, Electorumque commentariis ultimum opus crevisse supra affirmabam. Electa multorum annorum laborem fuisse Plinii junioris epistola nos docet, quanto tempore iis colligendis insudaverit, ignoramus.

His igitur ita firmatis, omnes, ut puto, consentient, opus suum Tito Plinium dicasse anno V. Cond. IↃCCCXXX. [c] Christi LXXVIII., dum adhuc Vespasianus pater imperaret [4]. Id enim ostendit *jucundissimi* appellatio filio tributa, dum *Maximo* consenescebat *in Patre* [5]. Cui enim talia de Vespasiano jam vitâ functo, vel de solo genitore praedicari posse commodè videbuntur. Quamvis enim Vespasiano dicatam naturalem historiam plures codices videantur innuere [6]: id absolutè non evincunt, cum eodem praenomine, cognomineque pater, & filius appellarentur. Hallucinantur igitur ii omnes, qui Plinium Vespasiano parenti opus suum dicasse innuunt; nempe Vincentius Bellovacensis [d], Johannes Veronensis Mansionarius

ANNOTATIONES.

(1) Notandum, Titi praenomen non unicâ siglâ T. hoc loco relatum, dubitari tamen poterit de amanuensis diligentiâ, cum non in omnibus apicibus excribendis sibi invicem conveniat.

(2) In anticâ parte nummi in Herculanensi inventi, qui ad Titum spectat: legitur TR. POT COS. II. CENS teste Hospitalio, atque Artenaeo (e). Vnam consularem lineolam detritam crederem, nam censum consulatu suo III. egit Titus.

(3) Johannes Ruvaldus centum dumtaxat Scriptorum praesidio Plinium naturalis historiae volumina exarasse affirmat (f). Quâ de re manifesti erroris arguitur a Fabricio. Sufficiet auctorum nomina in librorum elencho apposita lustrare, in quibus tamen aliqui adhuc ex amanuensium oscitantiâ desiderantur. Ruvaldo fortassis fucum fecere verba *ex exquisitis auctoribus centum*, de quibus agemus lib. VIII.

(4) Nescio, quâ utatur supputatione Johannes Maria a Turre, qui Plinium naturalem historiam scripsisse affirmat anno Christi 76. (g); itidemque infra anno Aerae nostrae 76. absolvisse (h). Contra Bandinius Tito imperante Plinium scribentem affirmat (i): calami, ut puto, errore festinantis, cum certò constet, Vespasiano adhuc regnante magnum opus Tito filio dicatum, ut ritè notat Fr. Blanchinus, qui tamen emissum VI. Titi consulatu asseruit (l).

(5) Hujus restitutionis rationes exponuntur in illustrationibus ad Plinii praefationem.

(6) Vnicum Vespasiani cognomen praefefert naturalis historiae codex Vindobonensis XI., vel XII. seculo exaratus. Vaticani sub numero 1950. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956., uterque Ambrosianus, gemini Caesennates, Barberinus I. Farnesianus &c. Romana editio anni 1473., nonnullaeque aliae, quae post Hermolai castigationes apparuerunt, quibus accedunt Venetae 1559. 1571. Stoerianae usque ad 1616. &c.

(a) *Novi Thesaur. pag. CCXXXVIII.* (b) *Biblioth. Lat. Tom. II. lib. II. cap. 13.* (c) *Vid. Salmas. in Solin. Tom. I. pag. 247. & Tom. II. pag. 835.* (d) *Lib. X. 57.* (e) *§. X. pag. 46* (f) *In Plutarchi vitâ cap. VIII.* (g) *Histor. Vesuv. cap. II. pag. 31.* (h) *Pag. 41.* (i) *De Obelisco Caes. August. praef. pag. X. num. 2.* [l] *Inscrips. sepulcbral. pag. 12.*

rius [a], Guilielmus Paſtregius [b], Fr. Petrarcha [c], Divus Antoninus Florentiae Archiepiſcopus [d], Stephanus Dulcinus [e], Petrus Crinitus [f], Franciſcus Maſſarius [g], Jacobus Gaulterius [h], Johannes Meurſius [i], Carolus Macer [k], Joh. Bonanomius [l], Carolus Datus [m], Baudrantius [n], Lud. Cultellinus [o], Henricus Floreſius [p] (1) &c. Deteriora iis ſubſtituit depravati alicujus codicis ſequens veſtigia (2) Dalecampius, cum Plinii praefationem *ad Divum Veſpaſianum* inſcriptam teſtatur; quâ epigraphe vel opus mortuo Principi dicatum, vel auctorem impotentis effreniſque adulationis reum effinxit. Demum Jacobus Tirinus intolerando errore naturalem hiſtoriam Veſpaſiano, ac Tito Impp. dicatam affirmavit [q]; fortaſſis & ipſe ab inepto aliquo amanuenſe deceptus (3). Sunt qui non omnino contemnendâ argumentatione parenti Veſpaſiano diſſimilem filium Domitianum ſubſtituant (4). Verùm naturae theſauros Tito ſacratos fuiſſe, ex narratis eruditorum plerique conſentiunt, idque fuſiùs in annotationibus ad Plinii praefationem oſtendemus (5).

Triginta ſeptem naturalis hiſtoriae libros ſupremum ejus opus fuiſſe conſtat; ideoque poſtremo hoc labore recenſito omnia omnino attigimus, Plinium Caecilium ſecuti, qui indicis partibus functus eſt; atque nobis id boni peperit, ut quae avunculus ſcripſit (licèt meliori ex parte interierint) egregio tamen, ſucceſſivoque argumento minimè ignoremus. Non igitur audiendi ſunt qui ſeniori Plinio alias & ſuppoſititias attribuunt foeturas (6), atque hos inter Franciſcus Petrarcha, qui noſtrum *triginta ſeptem Romanae, totidemque naturalis hiſtoriae libros ad Veſpaſianum principem uberrimâ, florentiſſimâque ſermonis elegantiâ* deſcripſiſſe affirmavit. Certum eſt, Etruſcum vatem, ut de minoribus Plinii operibus ſilentium ageret, illi nova, & ſubdititia crediſiſſe, cum nequaquam eo loco de hiſtoriis ab Aufidii Baſſi fine incipientibus loquatur; nam hae non trigintaſeptem, ſed uno ſupra triginta voluminibus comprehendebantur. E Petrarchae verbis ſatis eruitur, illum in Bellovacenſis errorem impegiſſe, ut trigintaſeptem Romanae hiſtoriae libros loco viginti Germanicorum bellorum apud Suetonium de Plinio differentem accipiat (7). Id etiam poſt Petrarcham Antoninus Florentiae Antiſtes (Bellovacenſis tantùm, ut conjicio, auctoritate innixus) vulgavit. Neque enim hujuſmodi noviſſima iis evadent, qui Bellovacenſis, & Petrarchae etiam temporibus politiores artes

ANNOTATIONES.

(1) Allati auctores vel manifeſtè de Veſpaſiano patre loquuntur, vel unicum Veſpaſiani cognomen recipientes, ad Titum filium minimè reſpiciunt.

(2) Codex Regius 4763. teſte Harduino praeſefert : *Plinius ſecundus Divo Veſpaſiano Auguſto ſalutem*.

(3) Si Monfoconio credimus duplex ineptus titulus extat in Florentino Membranaceo exemplari ad Titum Imperatorem, & ad Titum Veſpaſianum filium Imper. Haec tamen non eodem contextu habentur, ut oſtendemus lib. X.

(4) Domitiani cognomen praeſefert celebris Pertuſatinus olim codex anno 1479. e vetuſtiſſimo deductus : primigeniae naturalis hiſtoriae impreſſiones, nempe Veneta 1469., Romana 1470., Veneta ſecunda 1472., Landini Itala aemulatio 1476. Bruciolus in verſione an. 1543.

(5) Titi praenomen recipiunt omnes Medicaei codices, Vaticanus 1591. &c. Editis exemplaribus illud primùm reſtituit Beroaldus in naturalis hiſtoriae Parmenſi impreſſione anno 1476., poſt quam in aliis emicuit. Pro Tito pugnarunt Raphael Regius, Benedictus Jovius, Antonius Faber, & Franciſcus Villalupus, qui XV. ſeculi fine, & XVI. initio floruerunt; poſt hos Andreas Straneus (*r*), Alciatus (*s*), Lipſius (*t*), Salmaſius (*v*), Allatius (*x*), Tillemontius (*y*), Fabricius (*z*), Rollinius (*aa*), aliique innumeri.

(6) In Argentoratenſi fabularum collectione, quam Schuerius nullo delectu edidit anno 1515., titulumque fecit: „ *Fabularum quae in hoc libro continentur interpretes atque authores ſunt hi. Guilielmus Goudanus, Hadrianus Barlandus, Eraſmus Roterodamus, Aulus Gellius, Petrus Crinitus, Johannes Antonius Campanus, Plinius Secundus Novocomenſis*: „ affertur Apologus de membris, & ventre ex Plinio tanquam deſumptus; & illa notiſſima Aeſopi ſententia : *Humani artus cum ventrem ocioſum viderent, ab eo diſcordarunt*.

(7) In multis naturalis hiſtoriae codicibus, quibus Suetonianum de Plinio elogium praefigitur, loco bellorum, *quae cum Germanis, undique geſta ſunt viginti voluminibus comprehendit*, notavimus irrepſiſſe *cum Romanis* XXXVII. *voluminibus* &c. Ita Vaticani 1951. 1952. 1954. 1955. aliique.

[a] *In Annot. MSSt.* [b] *De originib. fol.* 57. [c] *Rerum memorab. lib. I. cap.* 2. [d] *Par. I. tit.* 7. [e] *In Sirmione.*
[f] *De Poët. latin. lib. II.* 17. *fol.* 82. [g] *Ad IX. Plin. libr.* [h] *Tabul. Chron. Stat. Eccleſ. pag.* 25.
[i] *De Regn. Lacedaemon. cap. XXI. col.* 2275. [k] *In fratris ſui Hierol. Vide vocem* Campania.
[l] *Vita Plin. Caecil. lib. I. pag.* 60. [m] *Vita Apellis pag. III.* [n] *Lexico. Geograph. Antiq. pag.* 335.
[o] *Allocution. vide* Ragionamento primo. [p] *Hiſpan. Sacr. Tom. I. pag.* 217. [q] *In Syllabo auctor. poſt comment. in Sac. Script.*
[r] *Annotat. & comment. MSSt.* [s] *Lib. VII. Parerg.* [t] *Ad Tacit. annal. lib. XIII.* [v] *Prologom. ad Solin.*
[x] *Animadverſ. pag.* 215. [y] *Tom. II. pag.* 39. [z] *Biblioт. latin.* [aa] *Hiſtor. Antiq. Tom. XI. Par. II. pag.* 620.

artes, & ſtudia quaſi ex integro norunt delituiſſe: unde bonâ fide, nulloque critices delectu in commentariis alienae ingerebantur ſententiae; multoque minùs de exemplariorum caſtigatione, vel de ſcriptoris oſcitantiâ dubitabatur. Hinc eſt, quòd Guilielmus Paſtregius, ſeu Paſtregicus (1) Petrarchae amicus, & coaevus Plinium naturalis hiſtoriae libros XXXVIII., *& Romana bella* XXXVIII. *voluminibus* (2) pariter vulgaſſe aſſerit (a): neque typographico mendo additum naturali hiſtoriae librum poſſumus ſuſpicari, cum pari unitate commenticia Romana bella augeantur, quae XXXVII. fuiſſe Petrarcha affirmaverat. Paſtregio aliqua ineptè addit Franciſcus Alumnus aſſerens avunculum Plinium ab origine Vrbis ad ſua uſque tempora hiſtoriam XXXVIII. libris diſtinctam, infinita propemodum dicta, & humanae vitae deplorationem opus nullo laudum genere non afficiendum exaraſſe (b). Haec bonâ Alumni pace (ſi media excipimus verba, quae Electorum commentarios deſignare poſſunt) nugae, atque errata omnino ſunt, Auctori *Luminis Animae* ex integro copulanda, qui Plinii naturale ſpeculum a naturali hiſtoriâ diverſum citabat, ſed barbaris adeò, incultiſque verbis conflatum, ut hac unicè de cauſſâ Plinii opus non eſſe apud Geſnerum collegerit Triſius (c), & poſt Triſium Thevetus (d).

Nonnulli ſingulare Geographicum volumen ex Servii auctoritate Plinio tribuere videntur; cum Virgilii ſcholiaſtes illum de Civitatibus Orbis ad plenum ſcripſiſſe affirmet (e). Verùm hujuſmodi verba ad III. IV. V. & VI. naturalis hiſtoriae ſunt referenda, cum inibi cogniti tunc Orbis provinciae, & oppida recenſeantur (f) eâ ratione, ut nullus tum Romanorum, tum Graecorum Geographus Plinio veniat praeponendus. Quantùm verò gloriae ſuae ſive ad laudem, ſive ad invidiam ab editâ naturali hiſtoriâ Plinius ſuperſtes fuerit, controverſum invenio apud illos etiam, qui Plinium ſequentem ab adoptivo patre ſejungentes temporum rationes exactè calluerunt. Neque integro anno ſupervixiſſe indicat Harduinus, qui ritè Plinium anno V. Cond. IↃCCCXXXI. obiiſſe affirmavit. Contra quaſi triennio claruiſſe poſt editum opus Gerardus Voſſius innuit: quo calculo, ubi etiam utrumque terminum, vulgatae nempè hiſtoriae, & Plinii emortualem annum comprehendat, apertè fallitur. Aliquid ſanè diſcrepantiae concedendum auctoribus, quorum nonnullis placet Faſtorum, aliis Varronis calculis accedere. Parum tamen poſt vulgatam naturalem hiſtoriam Plinium vixiſſe conſtat. Imò an Plinio vivente hoc opus publicam lucem viderit ſatis incertum. Vbi enim fidem habeamus celeberrimo Florentino codici, qui apud illuſtres Equites Marchiones Riccardos aſſervatur, Plinium morte interceptum, Tito naturalem hiſtoriam minimè obtuliſſe dicendum eſſet. In laudato ſiquidem rarae vetuſtatis exemplari ad XI. voluminis calcem legimus. *C. Plinii Secundi naturae hiſtoriae lib. XI. editus poſt mortem explicit*. Facili igitur negocio potuit accidere, ut laborem inter ſcrinia compreſſum aliis obortis curis, & Miſenenſis Claſſis praefecturâ diſtentus per ea tempora Tito minimè exhibuerit, atque inſequenti anno e Miſeno ſolvens Veſuvii eruptione praeſocatus interierit. Vtrum

ANNOTATIONES.

(1) In ejus originum libro Venetiis edito anno 1547. appellatur Gulielmus Paſtregicus: ab aliis Paſtregius. Genuinum familiae nomen apud ſuos eſt *da Paſtrengo*, ut hâc de cauſſâ rectiùs apud doctiſſimum Morgagnum inveniam: *Legi in Guilelmi Paſtrengi libello, Venetiis quidem typis edito, ſed Petrarchae temporibus ſcripto* (g): differt etiam ejus operis titulus, qui diverſâ ratione aſſertur a Clariſs. Maffejo.

(2) Horum bellorum volumina XXXVIII. fuiſſe pariter ſcriptum invenio in codice Vaticano 1953., quamquam inibi Germanica non Romana bella rectè aſſerantur.

(a) *De Origin. rerum fol.* 57 (b) *Fabrica Mundi lib. II. pag.* 25. *num.* 181. (c) *Bib. Geſner. pag.* 131. (d) *Tom. VIII. pag.* 141.
(e) *Ad Aeneid. VIII.* (f) *Conſule Voſs. de Hiſtor. lat. lib. I.* 29. *Jo. Alb. Fabric. Bibl. lat. Tom. II. lib. II. Lloyd. Dict. Hiſtor. in Catal. Geograph.* (g) *Epiſt. Aemil. I. pag.* 10.

Vtrum Miſenenſi claſſi a Veſpaſiano parente, vel a Tito filio Praefectus fuerit renunciatus, haud liquidò conſtat. A Veſpaſiano potiùs ipſi maris imperium fuiſſe demandatum colligerem, ut congrua officiis tempora relinquamus, & multa in naturali hiſtoriâ occurrant, unde Plinium Mediterranei oras luſtraſſe innoteſcat. Hinc illum Miſenenſis claſſis Praefectum judicarem, cum minuta de Pernis circa Pontias inſulas frequentiſſimis recitat, & Hyaenam piſcem in Aenariâ inſulâ captum vidiſſe teſtatur [a]. Maximâ in dignitate Miſenenſis claſſis Praefectos fuiſſe conſtitutos patet, cum ipſis Mediterrei maris cuſtodia demanderetur. Propria enim circa Miſenum habebant caſtra, & agrum inſuper ſepeliendis militibus additum eruditis conjecturis ſuſpicatur Fabrettus [b]. Gymnaſium quoque claſſiariis donatum, in quo milites luctarentur, comprobat lapis in ſuburbano Januarii Matiae [1] Neapoli viſendus teſte Muratorio [c].

T. AVRELIO . CANDIDO . NAVAR
CHO . ARCHIGYM. VER. (2) CL. PRAET.
MIS. ET . AVRELIAE . DEMETRIAE
CONIVGI . EIVS . ET . LIBERTIS . LIBER
TABVSQVE . POSTERISQVE . EORVM
SE . (3) VIVI . FECERVNT

Sua etiam Plinio hujus claſſis Praefecto cura Romae non deerat, cum & in Vrbe Miſenatium Caſtra conſpicerentur, quae Rufus Caſtra Miſenatium II., Victor Miſenatium vetera appellat. Haec ſub Janiculo erant [d]: claſſe vel hyeme, vel in portu quieſcente Romae habita conjicit Pancirolus [e]. Deſtinata potiſſimum claſſiariorum emeritis, & militaribus controverſiis poſſumus ſuſpicari, ut tamen & alia fuerint, quae prima, vel nova appellarentur; nam cum a Galbâ ad Othonem deficerent milites, legionem Claſſicam a Tacito memoratam, & univerſam claſſiariorum legionem ſacramentum Othonis accepiſſe invenio [f] (4). Miſenenſis, & Ravennatis claſſium praefecturam Auguſtus fundavit, cum alteram Miſeni, alteram Ravennae ad inferi, ſuperique maris tutelam collocavit. Id Suetonius apertè teſtatur (5), nec a Taciti opinione abhorret [g]; iiſque Huetius (6) in aureâ commercii, & navigationis hiſtoriâ ſubſcribit [h]. Summam tanti muneris excellentiam a Flavio Vegetio colligimus, apud quem [i] „ *Miſenenſium Claſſis Galliam, Hiſpanias, Mauritaniam, Aphricam* (7), *Aegyptum, Sardiniam, atque Siciliam habebat in proximo: Claſſis autem Ravennatium Epiron, Macedoniam, Achajam, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directâ navigatione conſueverat* (8). Quòd hìc etiam primo loco, atque apud Tacitum [k] Miſenenſium Claſſis nominetur, quòdve Romae vicinior, & nobiliores Provincias, & belligeros maximè populos luſtraret: fortaſſis navales Ravennae copias praecedebat. Dubium inſuper eſſe poteſt, an Plinius utrique prae-

ANNOTATIONES.

(1) Italicè *Mazza*, quâ ratione etiam latinè appellatur a Muratorio.
(2) Niſi aliquis excriptoris error cubat in literis, dicendum videtur Aurelium Praefectum extitiſſe ARCHIGYMN*aſii* VER*ni*, unde alteram Claſſiariis Miſenatibus palaeſtram, puta Hibernam, aſſignemus.
(3) SE pro SIBI.
(4) Romae claſſiariis degentibus mirum non erit, quòd Commodus eorum operâ uteretur in aptandis Amphitheatri velis. Vide quae attulimus lib. IV. 4.
(5) Fruſtra hoc loco arguitur a Cluverio Suetonius, ut luculenter oſtendit Philippus a Turre (*l*).
(6) Petrus Daniel Huetius, ſive Huetus (gallicè *Huet*) Abrincarum Epiſcopus comitate, plurium linguarum ſcientiâ, eruditione multiplici nemini ſecundus, obiit Pariſiis anno 1721., cum ipſe aetatis nonageſimum primum demptis diebus treſdecim numeraret.
(7) Ita ſcriptum invenio in Vegetii codicibus, quae ratio ab aliis in hâc voce laudatur.
(8) Conſule Godeſchalchum Stewechium (*m*), & Franciſcum Modium (*n*) in annotationibus ad Vegetium. Forojulienſem, poſt Miſenenſem, & Ravennatem ab Auguſto inſtitutam recenſet Bridaultius (*o*). Haec Miſenatium Praefecto ſubjicebatur. Plura ad Miſenenſem Claſſem congerit Vignolius (*p*), atque optima hoc anno eruditiſs. Morgagnus (*q*) ad Ravennatem ſpectantia.

[a] *Lib. XXXII. in fine.* [b] *Inſcript. antiq. pag.* 365. [c] *Pag. DCCXCVI.* 8. [d] *Vide Alexand. Donat. de Vrbe Româ. & Panvin. Deſcript. Vrbis Romae.* [e] *Deſcript. Vrbis Romae Reg. III. col.* 335. [f] *Hiſtor. lib. I.* [g] *Tacit. Annal. IV. Sueton. in Auguſt. Cap. XLIX.* [h] *Cap. XLVI. pag.* 244. [i] *De re Milit. lib. I. cap. V. pag.* 94.
[k] *Annal. IV.* [l] *Monument. Veteris Antii cap. IV. pag.* 57. [m] *Pag.* 279. [n] *Pag.* 341.
[o] *Tom. II. pag.* 163. [p] *Pag.* 291. *& ſeq.* [q] *Epiſtol. Aemil. VI. pag.* 36.

esset Classi, nam illum quidem Vesuvio flammas evomente, Misenensem regisse testatur sororis filius, & Suetonius: Ravennati verò praepositum fuisse minimè negarunt. Vnitam utriusque Classis curam Lucilio Basso (1) Vitellium commisisse auctor est Tacitus, cum ad Vespasianum Imperatorem defecit (a). Supremam demum geminae Classis praefecturam in uno duce constitisse ex altero Taciti loco statuendum videtur (b), cum Misenensis defectionem attingens nullâ Lucilii Bassi habitâ mentione, illi Claudium Apollinarem praefuisse scribit. Apollinaris igitur Vicarius erat Lucilii (2) cum ad Vespasianum defecit; tuncque Lucilius utrique Classi Praefectus Ravennatem in Vespasiani partes adduxit (c). Huic Plinium successisse licet conjectare, cum inveniam Lucilium Bassum anno Vespasiani principatus II. & III. Vrb. Cond. IↃCCCXXIII. Coss. Domitiano, & Cn. Paedio, adhuc Ravennatum Classi Praefectum (d). Vtcumque tamen se res habeat, unicam, vel duplicem Classem regeret Plinius, maximâ semper dignitate ornatus extitit (3), cum hic idem Lucilius (qui, ut Plinio contigit, Praefectus Alae antea militaverat) eo quia statim Praetorii praefecturam a Vitellio non obtinuerit, iniquam iracundiam flagitiosâ perfidiâ ultus ad Vespasianum defecit; jamque tum Misenensis Classis imperium exercebat, ex quâ ad eximium Praefecti Praetorio officium ascendere meditabatur. Haud ignoro Praetorio Praefectos usque ad Vespasianum imperantem ex Equestri ordine fuisse desumptos; sed pariter compertum habeo nobilissimae dignitati defunctos inter Praetorios viros, quasi principes emicuisse. Quare cum ii, qui in Provinciis procurabant Praetoriis subinde annumerentur, & superiorem Equitibus gradum a Praetoriis obtentum vel e Cicerone constet, ubi *cedat*, inquit (e), *Consulari generi Praetorium, nec contendat cum Praetorio Equestris locus*: Plinium nostrum ad amplissimum ordinem accessisse ex hâc dignitate statuemus, cum Misenensis Classis Praefectos inter Praetorios viros esse recensendos ex antiquorum memoriis satis superque constet (f); & haec ipsa Classis, Praetoriae (4) nomine ubique distinguatur; ut ritè nobis concinat Philippus a Turre (g): *stetit ergo Praefectura Classium Ravennatis, & Misenatis apud Romanos Equites, & quidem illustriores, & summis in Republicâ dignitatibus proximos*.

Defuncto Vespasiano Classem imperio praesens regebat Plinius, cum illi celeberrimâ Vesuvii clade contigit obiisse Titi imperantis anno primo. Id non ex certissimo priscorum testimonio; sed ex optimâ collatae historiae, atque auctoritatum argumentatione deducimus. Neque enim, ut in operis initio monui, illius fidei standum, qui nec integro seculo a Plinii morte disjungitur. Fuit is Sammonicus Serenus, qui Plinium ad Trajani usque tempora pervenisse affirmans chronicos scriptores in errorem adduxit, ut inter primos Hermolaus Barbarus adnotavit. Quamvis igitur neminem ex antiquis habeamus, qui avunculum Plinium Titi anno primo a Vesuvii flammis praefocatum dixerit: attamen cum illius mortem clade a Vesuvio Campaniae illatâ Suetonius, & Plinius Caecilius fusiùs describant:

Ve-

ANNOTATIONES.

(1) Nescio, quâ de causâ *Lucianus* a Muratorio contra Romanorum morem appelletur (h).
(2) Vicarii Subpraefectorum nomine distinguebantur.
(3) Inter Neronis crimina refertur, quòd Misenensis Classis Praefectum creaverit Anicetum Libertum infamis ejus pueritiae educatorem, quo ministro Agrippinam matrem necavit (i).
(4) *Praetoriae* Classes unicè Ravennatum, & Misenensium appellantur (k): apud Muratorium Classis Syriaca recensetur, quod nomen e lapidibus unicè emersisse colligit; ibi tamen Classis *Praetoriae* additamentum minimè invenies, & hanc Ravennatis Praefecto, uti Forojuliensem Misenati subjectam colligerem.

(a) *lib. II. Histor. pag. 270. vid. Corradin. Lat. vet. lib. II. X. pag. 85.* (b) *pag. 228.*
(c) *Lib. III. Histor. pag. 275. vide Philip. a Turre Mon. Vet. Antii cap. IV. pag. 69.* (d) *Vid. Gruter. pag. DLXXIII. 2.*
(e) *In Oratione pro Planco.* (f) *Vide Fabrett. Inscript. pag. 364. 365.* (g) *Pag. 70.*
(h) *Annal. Tom. I. pag. 276.* (i) *Vid. Tacit. Annal. XIV.* (k) *Vid. Murator. I. Thesaur. pag. DCCCXXXIII. num. 2.*

Veſuvii demum conflagrationem [1] non tantùm idem Suetonius [a], Joſeph Flavius [b], Oroſius [c], Nicephorus [d], ſub Tito contigiſſe; ſed Dio Caſſius ſub Titi imperantis initio [e], & Johannes Zonaras Titi principatus anno primo memorandum aſſignent infortunium [f]: hinc eſt quòd hoc unicè anno Plinii majoris obitus a neotericis (qui memoriâ lapſi non ſint) unanimi conſenſu ſtatuitur. Emendandi igitur Juſti Lipſii [g], Petavii [h], ac Joſeph Mariae Stampae [i] calculi, qui ad annum Titi ſecundum Veſuvii conflagrationem, & Plinii mortem rejiciunt. Iis magis arguendus Richardus Dinothus, qui Oroſii auctoritate innixus Veſuvii incendium Tito imperante referens [k], illud regnante Veſpaſiano ex Dionis teſtimonio ſomniavit [2]. Dinothi erroribus convenit Julius Caeſar Recupitus, vir inculpatis quidem moribus, ſed tenui inſtructus ſupellectili, ideoque Plinianae eruditioni infenſus. Hic ſub Veſpaſiano incendia evomiſſe Veſuvium a Nicephoro ſcriptum affirmat, atque illum frigidâ protegit argumentatione, cum Veſpaſianus unâ cum filio junctis imperii faſcibus regnaverit [l]. Aſt imperii conſortem egit filium Veſpaſianus, cum regnaret; ſed cum ad plures migraſſet, tunc Romanum orbem cum filio nequaquam moderabatur. Neſcio quo malo fato, junctis imperii faſcibus Veſpaſianum patrem, filiumque regnaſſe ſuccurrit Recupito, ut illa de Nicephoro tradat, quae nunquam Graecus hic ſcriptor vulgavit. Nicephori enim, ut credo, cognomine Calliſti, qui Xantopuli filius eccleſiaſticam hiſtoriam duodeviginti libris complexus eſt, teſtimonium adducit Recupitus. Sed nihil hujuſmodi apud Nicephorum Calliſtum [3]. Satiùs igitur fuiſſet Recupito majori diligentiâ Nicephori, ſeu latini interpretis verba conſulere, neque illa calamiſtris obruere, quae Nicephorus minimè tradidit, nec Veſpaſiano jam vitâ functo poterat tradidiſſe. Boccacium rectiùs arguit, cum haec ad Neronis tempora retroferat [m]. Verùm Recupitus L. Senecae teſtimonio innixus (ubi de terraemotu, nullâ habitâ incendii mentione, docemur) elapſi ſeculi more nugatur addens: *fortaſſe ad Neronianas clades contremiſcente tellure ſupreſsâ intra montem flammâ, neque audente Veſuvio certare de ſae-*

ANNOTATIONES.

(1) Veſuvinam conflagrationem ex antiquis etiam attigerunt Martialis, Silius Italicus, Papinius Statius, Plutarchus, Cedrenus; ſed neſcio, cur iis Vitruvium addat Tillemontius (n), cum Romanorum Architectorum princeps Julii Caeſaris, & Auguſti temporibus floruerit, & neque ad Tiberium imperantem perveniſſe credatur. Sunt, qui opinantur Severinum Boëtium ad hoc incendium reſpexiſſe, cum cecinit (o).

Nec ruptus quoties vagus caminis
Torquet fumificos Veſuvus ignes.

Ego tamen puto Boëtium ad annum Chriſti 472. utpote ſibi viciniorem provocaſſe. Tertullianus ad Titale (de quo loquimur) proculdubio reſpexit, cum ait (p): *Sed nec Tuſcia jamtum de Chriſtianis quaerebatur, cum Vulſinios de caelo, Pompejos de ſuo monte perfudit ignis*. Veſuvii XIX. eructationes habes apud Sarnellum (q), qui tamen non omnes enumerat. De illis egerunt Sanfelicius, Capacius, Franciſcus Blanchinus; noſtro aevo Marchio Venutus, Gorius, Walchius, Marchio Hoſpitalius, & Artenaeus (r), & nuper pleniſſimè Johannes Maria a Turre Somaſchenſis Clericus, vir Phyſices, & eruditionis ſtudio literatis notiſſimus.

(2) *Temporibus*, inquit (s), *Veſpaſiani rupto vertice primùm ſaxa ejaculatus eſt, deinde tantas emiſit flammas, ut earum violentiâ duo oppida, Herculaneum, & Pompeii conflagraverint — tam denſos fumos, ut lucem Solis obſcuraverint, ut ex luce diurnâ tenebras nocturnas fecerit, poſtea pumices, alioſque lapides nigros ejecit, poſtmodum tam denſum, tamque copioſum cinerem efflavit, ut vicina regio veluti nivibus tecta operiretur*. Sed quânam ex cauſâ Dinothus pauca quaedam e Dionis libro deſumens Veſuvium ſaxa ejaculaſſe, flammaſque Veſpaſiani temporibus emiſiſſe ſcribit, cum Graecus auctor de Tito unicè loquatur, Titumque imperantem ſupra innuat?

(3) Nicephorus Calliſtus poſtquam incenſum Capitolium a Veſpaſiano reſtitutum, illumque annis decem imperium adminiſtraſſe ſcribit: *moriens*, inquit (t), *filio Tito id reliquit. Sub hoc mons Veſuvius ruptus tantum vomit incendii, ut regionem, civitateſque proximas prorſus vaſtaverit*. Conſule Johannem Ducaeum latinae verſionis caſtigatorem ad verba τῷ παιδὶ Τίτῳ τὴν βασιλείαν λιπὼν τελευτᾷ &c. Cum igitur Nicephori verba Titi imperium reſpiciant, arguendi ſunt, qui ex illius auctoritate Plinium hiſtoricum naturalem Veſpaſiani temporibus periiſſe ſcripſerunt. Miror, Pellegrinum Orlandum hujus ſeculi auctorem Plinii obitum adnotaſſe anno Domini 82., quo veram ſequentibus ſupputationem, Veſpaſianus, Plinius, ac Titus inter mortuos numerabantur. Sethus Calviſius & ipſe haud ſatis perſpicuè de Veſpaſianis locutus eſt ad annum Chriſti LXXIX., ibique Titum nomen a patre habuiſſe ſcribit (v), cum de cognomine loqui vellet.

[a] *In Tito VIII.* [b] *Antiquit. lib. X. 5.* [c] *Lib. VII. 9. pag. 598.* [d] *Lib. III. 11. pag. 240.* [e] *Lib. LXVI.*
[f] *Annal. Tom. II. in Tito fol. 73.* [g] *In Taciti vitâ.* [h] *Rationar. tempor. pag. 280.* [i] *In annot. ad Liv. Chronolog. anno V. Cond. 832. Titi 2.* [k] *Lib. VII.* [l] *De Veſuvian. incendio nunt. pag. 63.* [m] *Tractat. de Montibus.*
[n] *Hiſtor. Imper. Tom. II. pag. 58.* [o] *Lib. I.* [p] *Apologetic. pag. 33.* [q] *Pag. 378.* [r] *Vide Tom. II. Symbolar. Gorii.*
[s] *De rebus naturalib. lib. I. pag. 33.* [t] *Lib. III. 12. pag. 240.* [v] *Opus Chronolog. pag. 489.*

vitiâ cum Nerone. Falsum ritè ostendit idem Auctor Bartholomaeum Platinam [1], eo quia incendium ad Trajani tempora retulerit [a]: sed hâc in re antiquorum errorem secutus est Platina, qui superiorem Plinium ad Trajani usque aetatem pervenisse affirmarunt. Prorsus tamen ignoro, quâ ratione Platinae copulet illustrem Eusebium, tanquam Vesuvium Nervâ imperante conflagrasse tradiderit, cum nihil simile in Ecclesiasticâ historiâ [b], nihil omnino in Chronico legamus. Imò ibi apertissimè Eusebius [c], atque ex illo Divus Hieronymus ad annum Titi primum: *Mons Vesuvius ruptus in vertice tantum ex se jecit incendii, ut regiones vicinas, & urbes cum hominibus exureret;* unde nescio, cur talia Recupitus, atque illo longè prior M. Antonius Sabellicus de Eusebio vulgaverint [d]: nisi fortasse quia ad XII. Trajani annum Plinium Novocomensem, dum invisit Vesuvium periisse, in latino Eusebii Chronico Hieronymus adnotavit. At licèt compertum sit Trajanum a M. Coccejo Nervâ adoptatum, & ipsum Nervam Trajanum appellari: dum aliquid Nervâ imperante, ex sententiâ Eusebii contigisse affirmant, relatum potiori jure ad Trajani decessorem, quàm ad ipsum Trajanum conveniet: Verùm cum Divus Hieronymus (qui hanc de Plinio sententiam latino Chronico inseruit [2]) relatam ad primum Titi annum Vesuvii eructationem ab Eusebio desumpserit; quâ ratione Graecum Chronicorum scriptorem arguunt Sabellicus, & Recupitus illa Eusebio impingentes, quae nunquam scripsit, neque Hieronymus addidit? Quamvis enim Hieronymus in Chronico utrumque Plinium indicatâ a nobis ratione conflaverit, non adeò tamen dormitat, ut Vesuvium, quem sub Tito conflagrasse prodiderat, vel flammas continuò, vel iterum sub Trajano vomentem dicat; sed cum Plinium, qui circa Vesuvium periit, illum ipsissimum credat, qui de Christianis Trajanum consuluit; illum, dum montem inspiceret, necatum affirmat, unde ex opportuno *invisit* vocabulo, nihil ad horrendam eructationem Hieronymum inniti patet, cum Plinius vel propiùs ad montem accedens, vel sulphureâ tantùm materiâ, vel improviso lapidis jactu mori potuerit. Haec sanè Lucae Gaurici Civitatensis Episcopi exemplo possumus comprobare, qui Hieronymum in Kalendario Ecclesiastico secutus [e], unicum agnoscens Plinium, ad annum Christi CXII. illum in Vesuvio suffocatum quidem scribit; montem verò flammas ejecisse nequaquam affirmat. Fateor tamen, aliunde aliquam promereri reprehensionem, eo quia utriusque Plinii tempora allato in opere minimè distinguat, quando illo seculo ante Gauricum tot tantique exactam adoptivi patris, & filii notitiam habuerunt.

Quae verò Hieronymus non scripsit, Angelum Decembrium affirmasse scio. Hic enim Vesuvium Trajani temporibus conflagrasse, atque illo incendio majorem Plinium periisse testatur [f]. In ipsissimum Decembrii errorem incidit Angelus Roccha, Plinium, qui Vespasiani negocia administrabat, Vesuvii flammis absortum

ANNOTATIONES.

(1) Bartholomaeus Dionysius, & Laurus Testa, qui Platinae opus italicâ manu vulgarunt, illum *Baptistam* appellant, aliquâ sanè ratione excusandi, cum Platina Episcoporum more primâ tantùm literâ lustricum nomen signaret. Horum errorem sequitur Justus Fontaninus (*g*), quod miror. Ante Fontaninum plures *Baptistae* praenomen Platinae tribuerunt, quos inter Petrus Lambecius (*h*), Secundus Lancellottus (*i*), Hieronymus Ghilinus (*k*). Verum Baptista, an Bartholomaeus appellaretur, dubitant Antonius Teisserius (*l*), Natalis Alexander, Popeblountius, & Lengletus (*m*). A Popeblountio etiam perperam Veronensis dicitur: a Teisserio Cremensis. Platinam Bartholomaei praenomen habuisse constat ex Sannazarii epigrammate (*n*), ut eruditè ostendit Arisius (*o*). Fuit illi familiae nomen *Saccus*, quo plerumque suppresso, a patriâ appellationem sortitus est, cum Platina viculus, vernaculo idiomate *Piadena*, ad Cremonensem agrum spectet. Hac de causâ Platina non omninò rectè a Bailletto inter illos auctores collocatur, qui nomen immutarunt.

(2) Consule quae libro XIV. de hujus clausulae auctore congeruntur.

[a] *In Benedicto II.* [b] *Lib. III. cap. 22.* [c] Χρονικ. κανων *pag. 193. Vid. Scaliger. pag. 184.* [d] *Ennead. I. lib. VI. col. 103.*
[e] *Oper. omnia Tom. I. pag. 646.* [f] *De politiori literaturâ lib. VIII. pag. 670.* [g] *Eloquent. Ital. pag. 250.*
[h] *Comment. Bibliot. Caesarae.* [i] *Pag. 18.* [k] *Pag. 340.* [l] *Catal. Auctor. pag. 37.* [m] *Tom. I. pag. CLXXXVII.*
[n] *Lib. I. 21.* [o] *Cremona literat. Tom. I. pag. 121.*

ſortum Trajani tempore obiiſſe adſtruens, ut nullâ ſe dignum excuſatione oſtenderet, dum Apoſtolicam Bibliothecam commentario variarum artium, & ſcientiarum materiis curioſis, & difficillimis, ſcituque dignis refertiſſimo illuſtrare profeſſus eſt [a]. A Johanne Nauclero & hic fuit in errorem adductus, apud quem legimus [b]: *Veſuvius Campaniae mons --- ſecundum Euſebium vertice ruptus tantum incendium ex ſe ejecit, ut ipſius montis arbores, vicinas regiones, idque cum innumerabili hominum multitudine exuſſerit, itaut cum Plinius Secundus Trajani tempore ex Miſenenſi Claſſe, cui praeerat ad hoc viſendum ſpectaculum propius acceſſiſſet, ab eodem incendio abſorptus fuerit, nam tantam cinerum copiam ejeciſſe fertur, ut campi uſque ad arborum cacumina operirentur*. Chronici hominis hallucinationem (1) profectò Roccha debebat arguere, cum Nauclerus Veſuvium Tito imperante flammas eructaſſe a latino Euſebii Chronico didiciſſet, & naturalis hiſtoriae ſcriptorem longè ante Trajani imperium apud Veſuvium obiiſſe, ex Plinii ſequentis epiſtolis noſſe teneretur; ſed neſcio quo malo fato Hieronymi in Euſebii Chronico lapſum minimè ſubodoravit; & avunculum Plinium (qui periit aetatis anno LVI.) ad annum Trajani imperantis XII. perveniſſe parum chronicus arbitratur.

Horum igitur omnium neotericorum convulsâ opinione Plinium Titi imperantis anno primo obiiſſe cum pateat: ut aliqua de illius morte ſcribamus, ab adoptivo filio praecipuam narrationis hiſtoriam deſumemus, cum diffuſo charactere parentis obitum poſteris demandaverit; ea tamen adjicientes, quae conſultò in annotationibus ad Plinii Caecilii epiſtolam omiſimus, ut ſuo loco in praeſens elucerent. Cum ſenior Plinius Claſſem Miſeni regeret, hoc oppidum jam aliquo tempore incoluiſſe colligerem. Veſpaſiano enim VIII. Kal. Junias defuncto, Titoque filio imperii habenas capeſſente: deducendae Claſſis, caſtrorum, ſtationumque luſtrandi onus Plinio incubuiſſe credendum videtur. Id ſiquidem in cujuslibet principatus initio uſuvenit; idque officii Praefectum amico Caeſari reddidiſſe nil mirum. Addamus, quòd Plinius junior, qui cum avunculo Miſeni aderat, praeceſſiſſe ait *per multos dies* tremorem terrae, dum Plinia fratri indicavit nubem apparere inuſitatâ magnitudine & ſpecie. Contigit id nono Kal. Septembris, uti ex Aldino Codice innuimus, horâ diei ferè ſeptimâ, a quo vix differt Medicaeus, ubi *Nonum Calend. Septembres* (2). Haec cum literarum elementis proferantur, de amanuenſium oſcitantiâ minimè dubitandum: ſecus ac in arithmeticis figuris contingit.

ANNOTATIONES.

(1) Johannis Nancleri opus hiſtoriae univerſalis multum debere limae Philippi Melanctonis ex Joachimo Camerario notat Boeclerus (*c*). In hâc tamen re, multiſque aliis, obtuſo ferro utebatur Melancton; niſi dicamus non omnia virum occupatiſſimum in Naucleri hiſtoriâ caſtigandâ ſuſcepiſſe.

(2) Ex codicum inconſtantiâ (quam primus omnium notavit Catanaeus) diem Pliniani obitus referre non poſſe indoluit Palermus, cum in uno VIII. *Kal. Septembr.* in altero III. *Non. Novembr.* obiiſſe ipſo referente ſcriptitetur (*d*). Duo Ambroſianae Bibliothecae membranacea exemplaria (de quibus agemus libro X.) cum hanc Plinii junioris epiſtolam exhibeant, ineptè legunt *Nonum Kal.*, nec differt alter Bibliothecae *Capitularis* Mediolanenſis, ubi *Non. Kal.*, quod pariter in editione Epiſtolarum principe anni 1471. irrepſit. In pluribus naturalis hiſtoriae exemplaribus *VIIII. Kal.* (*e*). In Eſcorialenſi Plinii Caecilii codice *Nonas Kalendas*. In aliis *VIII. Kal.* (*f*). Apparet ex iis Aldino exemplari comparatis addendum *Septembres*: neque unicus dies in iis omiſſus lectorem a verâ ſcriptione *IX. Kal. Septemb.* debet avertere. Neſcio igitur, cur Baptiſta Palmarius (*g*), & Alexander Benedictus (*h*) exhibeant *Non. Kal.* nullâ menſis habitâ ratione, quod inſulſum omnino. Johannes Harduinus habet *1. Cal. Nov.* Aliis *Kal.*, ſeu *Cal. Novemb.*, quos inter Aldi nomine uſurpato Andreas Aſulanus (*i*) pugnantia Genero edens, qui in Plinii Caecilii epiſtolis ubique vulgavit *Non. Cal. Sept.* Aſulano conveniunt Bruciolus (*k*), Dalecampius (*l*), Recupitus (*m*), Pronſtius Gellii enarrator (*n*), Tillemontius (*o*), Sarnellus (*p*), Sethus Calviſius (*q*), Joh. Albertus Fabricius (*r*). Neapolitana Plinii Caecilii Epiſtolarum editio raro exemplo in idem collineans *Novembris Kalendar.* (*s*). Quid habeat Havercampus referre non poſſum, cum in manus noſtras curata ab illo editio non venerit.

[a] *Vide titulum Biblioth. Apoſtolic.* [b] *Volum. II. Generat. IV. pag. 466.* [c] *Tom. I. pag. 1168.* [d] *Lib. I. pag. 9.*
[e] *Vide edition. Venet. 1496. 1499. 1519.* [f] *Edition. natural. hiſtor. Parmae 1480. 1481.*
[g] *In editione natural. hiſtor. cum praefat. epiſtol. Plin. junior.* [h] *Id editione anni 1507. quibus praefigitur, ut ſupra.*
[i] *Edit. hiſtor. natural. anni 1536.* [k] *In Plinii vitâ.* [l] *In edition. 1587. & ſequentibus.*
(m) *De Veſuv. pag. 63.* (n) *Annot. ad Gell.* (o) *Tom. II. pag. 56.* (p) *Fax. hoſpit. pag. 378.*
(q) *Pag. 459.* (r) *Bibl. latin.* (s) *Vide excerpta Brumeri in editione anni 1734.*

git. His de genuinâ apud ſororis filium lectione firmatis, acutae ſatis difficultati; quae nobis objici poſſet, occurrendum, cum ad hibernum tempus vergente potiùs autùmno, quàm incipiente, Veſuvium exarſiſſe a Dione (ſeu ut alii malunt ab illius perſtrinctore Xiphilino) doctiſſimi viri, & Leunclavius prae caeteris collegerint. Hic Blancum interpretem arguit, eo quia ſententiam iis verbis reddiderit [a]: *Nam ſub autumni tempus ingens repente incendium excitatum eſt* (1). Verùm ipſe, non Blancus fallitur, cum *Phthinoporon*, autumnum generatim ſignificet, ut jamdiu Catanaeus [b], Schrevelius [c], atque ex ipſis Dionis verbis Jacobus Gordonus [d] obſervant. Rem porrò evincit Johannes Maſſonius Pliniani obitus tempora perſcrutatus, ubi hanc opinionem ineluctabili Galeni teſtimonio ſtatuminavit.

Plinius poſtquam a ſorore admonitus nubem illam inuſitatae magnitudinis, ac ſpeciei per aëra vagantem contemplatus eſt: liburnicam juſſit aptari, ac ſororis filio veniendi copiam fecit. Duo mihi obſervatu digna ſatis videntur. Primò novum poſt tot literarios labores opus Plinium animo volutaſſe, cum ipſi ſtudenti egregiam quoque ſororis filius operam navaret. Secundò diſcendi adhuc cupidum, & veritatis amore adeò flagrantem, ut genuinam objecti imaginem enotare voluerit. Acceptis interim Rectinae codicillis, quibus rogabat, ut eam ab ingruentibus flammis ſubduceret; non Rectinam modò, ſed caeteros juvandi deſiderio commotus majora adjecit, Quadriremes deducens (2), ut non illi tantùm, ſed omnibus auxiliaretur, qui in extremâ Crateris parte degebant. Addit enim Plinius ſequens frequentem tunc fuiſſe culti litoris amoenitatem, cum damna ipſo adhuc ſcribente ſentiret Campania, nam ad haec reſpiciens Tacitus [e] *pulcherrimum ſinum antequam Veſuvius mons ardeſcens faciem loci inverteret*, Capreas Tiberii aevo proſpectaſſe affirmavit; adeòque nil mirum, ſi quamplures accolas Plinianis temporibus tot deliciae excipiebant. Haec utique apertiſſimo comprobant teſtimonio, quae circa Porticenſem villam, & Stabias cotidie erui non ſinè magnâ voluptate nos ipſi vidimus. Breviori igitur curſu, rectiſque gubernaculis in periculum tendens maris Praefectus, adeò homines juvandi, & mirum noſcendi oſtentum deſiderio flagrabat, ut tanti mali motus, & variantes figuras enotaret. Ex hiſce verbis Plinium res omnes nullo delectu ſolitum colligere quis dicere audebit? Id tamen diligentiſſimo viro objeciſſe Verderium minimè ignoramus (3): ſed jam naves cinere, nigris, ambuſtiſque lapidibus operiebantur: nec mirum, cum Dio Caſſius pulveris vim Romam, quodve magis eſt, Syriam, Africam, Aegyptum hoc incendio penetraſſe affirmaverit. Cum autem mare aeſtu fluctuans, & ſubita Veſuvii montis ruina litus petentibus obſiſterent: Praefectus paullulum haeſit, & Fortunam propitiam fortibus exclamans juſſit Gubernatori (qui remeare cautus monebat) ut Stabias ten-

ANNOTATIONES.

(1) Graeca verba ſunt: πῦρ γὰρ μέγα κατ᾽ αὐτὸ τὸ φθινόπωρον ἐξαπιναίως ἐξήφθη. Illud igitur φθινόπωρον autumni extremum tempus ſignificare aſſerunt Henricus Stephanus (*f*), Tillemontius (*g*), aliique. Hos omnes hallucinari probant Galeni verba a Maſſonio opportunè allata (*h*), nempe τὴν ἀρχὴν τοῦ Δίου μηνὸς, καὶ φθινοπωρινὴν γίνεσθαι ἰσημερίαν: *initio menſis Dij, & Autumni fieri aequinoctium*. Alia etiam argumenta addit Maſſonius, quae videre eſt apud ipſum, nos hoc uno rem evinci confidimus.

(2) Tunc Plinium milites Claſſi utique impoſuiſſe credam; quamvis de iis ſororis filius minimè loquatur. De Claſſiariis egimus in annotationibus ad memoratam epiſtolam. Horum habitum, armamentum, galeam, ſcutum, contonem, & breviorem enſem exhibet Muratorius ex Donio (*i*). Illuſtris Maffejus elogium profert M. Valerii Baſſi militis Praetorii Miſenenſis IIII. Minervâ, quod ultimum pro Quadrireme Minervâ poſuit Lapicida (*k*).

(3) Plinium maximâ in naturae hiſtoriis uſum ſollicitudine ſuadent Notarius, quem ſemper ad ejus latus adfuiſſe Catenaeus affirmavit; ut ea, quae dictaret, exciperentur, & laudabilis conſuetudo, ut propriâ manu ſummatim omnia informaret, unde ipſiſſimam poſteris veritatem teſtaretur.

[a] *Allato Dionis libro.* [b] *Citat. Plin. Caecil. epiſt.* [c] *In verbo* φθινόπωρον. [d] *Opus Chronol. pag.* 371. *typogr. errore* 72. [e] *Annal. II. pag.* 93. [f] *Tom. II. col.* 1417. [g] *Hiſt. Imper. lib. III. pag.* 855. [h] *Comment. ad Hippocrat. libro Epid.* I. [i] *Nov. Theſaur. pag.* MCCCXX. 1. [k] *Vide Muſeum Veronenſ. pag.* CXXIV. & CXXV.

tenderet, atque Pomponianum (1), qui illuc degens fugam meditabatur, ſtatim inviſeret. Hic ſarcinas in naves contulerat, ſeſeque in tutum recipere, modò contrarius ventus paullulum reſediſſet, anxius meditabatur. Sed ventus Pomponiano obſiſtens, Plinio ſecundiſſimus (utpote qui oppoſitum iter peragebat) ſtimulum morituro addidit, fugienti favorem denegavit. Hunc Plinius, cum a Quadriremi deſcendiſſet, ut trepidantem magis conſolaretur, balineo uſus coenavit, vel hilaris, vel ſe hilarem ſimulans. Sed cum e Veſuvio flammarum torrentes deſcendere, & pluribus locis incendia graſſari conſpicerentur, Plinius villas ideo cremari affirmabat, quia ab agreſtibus deſertas; tum quieti ſe dedit, & veriſſimo quidem ſomno, cum illum pectore proflaret. Ex deſumptis a Plinio Caecilio apparet, quàm falsò a paucis avunculus accuſetur, tanquam nullâ impulſus neceſſitate morti ſeſe ultro objecerit. Horum coryphaeus extitit Petrarcha, qui naturalis hiſtoriae auctorem ſcribendi, quàm vivendi peritiorem affirmavit [a]. Petrarchae Mercatum [b], Marchionem Maffejum [c], viros doctiſſimos, alioſque opponam, qui Plinii mortem juſtiſſimis elogiis celebrarunt. Et ſanè quonam pacto pulcherrimâ clade terrarum parentem ſuum obiiſſe diceret filius adoptivus, ſi lymphato, aut ſtulto comparandus Veſuvium flagrantem penetrare, & vitandum omnino fatum ipſe volens, ſcienſque oppetiiſſet? Cum a ſorore nubis miraculum reſcivit, quiſnam Miſeno degens alicujus diſcriminis dubitavit? Neque igitur periculum ſubeſſe in mentem Plinio venit, ſed rem ſibi propiùs noſcendam judicavit: Id ex eo ſatis apparet, quòd filio veniendi copiam fecit. Neque enim vir prudens, & qui Caecilium eximiè diligebat, illum in dubios vitae caſus adducere voluiſſet; neque Caecilius ſtudiis domi tranquillè incumbens malum avunculo imminens ominabatur. Quis enim tantam cladem praeviſam dicet, cum Plinio ad Pomponianum tendente ſororis filius non aliâ, quàm ſtudiorum cauſsâ Miſeno remanſerit; ſeque poſtmodum balineo uſum coenaſſe, & ſomno (inquieto quamvis & brevi) indulſiſſe teſtetur [d]? Quae avunculus geſſit Rectinae, & cunctis orae accolis laturus auxilium maris Praefectum, probumque hominem decebant, ut ſenſim inuſitato caſu irretitus morti ceſſerit, unde illum Veſuvius non ad explorandas unicè cauſſas, ſed hominum ſaluti conſulentem necavit. Alio quoque argumento colligimus immensâ flammarum eructatione in ſubiti, violentiſſimique torrentis morem effusâ tantam Campaniae cladem fuiſſe illatam, ut Plinio nulla evadendi emerſerit ſpes. Neque ſanè de fugâ cogitarunt, qui vicinam monti regionem incolentes nullam ingruentis periculi ſuſpicionem habebant. Conſtat enim ex Dione, duas integras urbes Herculanium, & Pompejos, populo ſedente in theatro, eodem incendio penitus obrutas concidiſſe. Quis enim adduci poteſt, ut credat, quòd Herculanenſes, & Pompejani, periculo ad longum tempus praeviſo, laeti ſpectaculis vacarent, quando fugae erat conſulendum? Fuerunt igitur inopinatâ ruinâ oppreſſi, cum terraemotibus aſſueti vix aliquid metuebant damni, neque certè flammarum naufragio ſe peri-

ANNOTATIONES.

(1) In pergameno codice, quem Philippus Beroaldus junior emendavit, perperam lego *Pumpunianum*. Hunc Subpraefecti, vel alicujus dignitatis officio illuſtrem in Miſenenſi Claſſe colligerem, cum Stabiis degeret, & navibus, ut videtur, praeeſſet. Plinio Miſenenſis Claſſis imperium obtinente Subpraefectum extitiſſe Alſenum (lege Alſenium) Senecionem affirmat doctiſſimus Mazochius (e). Verùm quâ ratione haec probentur, minimè invenio. Provocat enim ad tabulam Puteolis erutam, Neapoli viſcndam, quam Gruterus exhibet (f), ubi Alſenium Senecionem Subpraefectum Claſſis Praetoriae Miſenatium, & multa ad ſepeliendos Claſſiarios memorari intelligo; ea tamen non adſunt indicia, ut tunc Plinium Claſſis Praefectum dicamus, cum nulla temporis nota appareat. Fortaſſis Mazochius a minùs opportunâ Gudii annotatione deceptus fuit, qui ad Alfenii nomen addidit: *Subpraefectus Claſſis Praetoriae Miſenenſis, quam Plinius ſenior imperio regebat, cum Veſuviano incendio periit. Plin. VI. epiſt.* g)

[a] *Triumph. Famae* 3. [b] *In Metallotechâ*. [c] *Epiſt. I. ad Bernard. a Rubeis pag.* 30. [d] *Lib. VI.* 20.
[e] *Comment. ad tabul. Heraclae. pag.* 265. *col.* 2. [f] *Pag. CCVHI.* [g] *Cit. pag. novae Gruter. edit.*

perituros arbitrabantur. Praeterquamquod qui agenda ex eventu metiuntur, juxta Poëtae dictum carere debent successibus: multi enim cum mortem fugiunt, ei occurrunt, caeteroquin victuri, ubi non evasissent: uti anno CIƆIƆCCLV. Viro nobilissimo amico olim nostro Peraladae Comiti accidit Vlyssipone; alii e contrario pereunt, quòd standum, neque sibi timendum judicarunt. Mortalium animi mente futuri consciâ (cujus arcana soli Deo patent) minimè deducuntur. Nos autem, ut ad Plinium redeamus, illum priscorum Romanorum vestigiis haerentem (quibus agere, & pati fortia moris erat) periculis undique circumventum videbimus. Queis igitur laudibus invicta animi constantia aequabitur, cum in tanto discrimine vel hilaris esset, vel quod ego longè majus puto, hilarem se fingeret? Irreparabile etiam periculum neque subinde credidisse apparet, cum somno, & quidèm placidissimo indulserit, qui verus adeò fuit, ut altè sterteret: nam meatus animae illi gravis & sonans ob corporis amplitudinem erat; ideoque a caeteris, qui limini adversabantur, audiebatur. Sed jam area, unde dieta adibatur, ita cinere, & ejaculatis pumicibus oppleta excreverat, ut si longiùs in cubiculo mansisset, exitus negaretur; tum Plinius excitatus surrexit, seque Pomponiano, aliisque pervigilantibus restituit. Hîc etiam a Plinio prudenter actum invenio, cum tantâ adventante ruinâ, non ut antea, quae meliora judicaverat, solus egerit, atque imperaverit; sed Pomponiani, caeterorumque adhibitis consiliis, an domi stare, an campos petere deberent, attentè prospiciebat. Hanc sanè methodum Clemens, prudensque Dominus PHILIPPVS HISPANIARVM INFANS anno CIƆIƆ CCXLIX. mense Aprili secutus est, cum in Salensi rure nutantes inter coenandum parietes futurum terraemotum nunciabant. Standum ipse censebat; verùm cum omnes non modò coenaculum linquere, sed impluvium, cohortem, & ipsas cryptoporticus vitare suaderent, sese in aperta recepit prata; majusque periculum evadentibus, quàm stantibus ex disjecto vaporario emersit, cum non ulterioribus illatis damnis terraemotus subsederit. Plinius, qui factâ jam luce noctem omnibus horridiorem patiebatur, in litus egredi non distulit, ut illam salutis viam in undis tentaret, quam litora denegabant. Ast elementa omnia in illius certam mortem conspirasse videbantur, cum & mare intemperatè agitatum evasuris obsisteret. Miser stratum super linteum recubans, haustâ frigidâ, cum se aestu oppressum sentiret ab adventantibus flammis (quarum sulphureus odor praenuncius alios in fugam vertens illum excitavit) *innixus servis duobus adsurrexit, & statim concidit.* Conjectat sororis filius crassiore caligine spiritu obducto, clausoque stomacho, qui illi invalidus, angustus, & frequenter interaestuans erat, periisse, itidemque postridie a morte corpus integrum, illaesum, opertumque (ut fuerat vivens) inventum; eâque ratione, ut quiescenti, quàm defuncto similior appareret. Suetonius contra dubium de vitae exitu judicium legentibus relinquit, satis in reliquis amico Caecilio conveniens: illum enim adversantibus ventis remeare non potuisse *vi pulveris*, inquit, *ac favillae oppressus est*, *vel*, *ut quidam existimant*, *a servo suo occisus*, *quem aestu deficiens*, *ut necem sibi maturaret*, *oraverat*. Haud ignoro hujusmodi elogium suppostitium a Veronensibus, doctisque nonnullis scriptoribus judicari: sed cum illud genuino auctori hisce in disquisitionibus vindicetur, liceat & nobis ultima verba, & dictorum robur paullulum perpendere.

Suetonius Tranquillus sequentis Plinii amicissimus, & contubernalis seniorem Plinium in Cisalpinâ Galliâ (1), & Romae utique nosse potuit. Hic postquam com-

ANNOTATIONES.

(1) C. Suetonius Tranquillus ad Cisalpinam Galliam creditur pertinere.

communem, & receptam de illius morte opinionem retulit, secundo loco alteram minimè reticuit, quam suis vallatam argumentis utique non ignoravit. Fieri enim potuit, ut Pliniae, ejusve filio, ac etiam classiariis illa tantùm in acerbo casu narrarentur, quae reticeri haud poterant; adeòque Plinii corpus (tertium post diem postquam a Miseno solverat) illaesum, integrumque inventum fuisse, ne suis dolor horrendo mortis genere augeretur. Porrò, qui corpus viderit, in epistolâ ad Tacitum non apparet; neque alterâ ad eundem datâ ultra de avunculo sermo incidit; licèt sororis filius, quos tum casus Miseno pertulerit, latè describat. Fieri enim potuit, ut servus ille, qui herum jussus occiderat, commenticias mortis caussas adduceret, ne alicujus culpae reus apud adoptivum filium, vel alibi ageretur; quod in simili eventu servis accidisse compertum habemus. Neque enim Plinius Caecilius Pomponianum, vel testes nominatim producit, neque de se corporis cremationi interfuisse testatur. Contra naturalis historiae scriptorem (qui malè adeò de animorum immortalitate opinatus est) quid mirum cum se mori sentiret, vitae terminum praeoccupasse? Id certè in maximis doloribus minimè ignotum; & ipse junior Plinius virum, quem sapientissimum appellat, vitae suae testem, rectorem, magistrum, cibi abstinentiâ mori sponte voluisse nos docuit (1). Avunculum verò aestu deficientem, cui animae angustus meatus perniciores reddebat poenas, uno ictu mortem oppetiisse potiùs, quàm lento fato saepius perire haud obstupescerem (2). Cum verò hujusmodi acta adoptivi filii animum exulcerarent, judicantis *luctuosissimum genus mortis, quae non ex naturâ & fatalis videtur* [a]: heri obitum ineluctabili sorti potiùs quàm voluntati tribuere maluit servus, cum talia longè minus novo patrono displicerent, seque ab omni suspicionis metu liberarent. Quare si recitata ad Suetonium pertinere comprobabimus, haud erunt contemnenda, licèt a Tillemontio reprobentur. Vtcumque se res habuerit, id certò constat, naturalis historiae scriptorem VIII. Kal. Septembres, postridie quàm a Miseno solverat, periisse; unde cum Johanne Alberto Fabricio ii omnes hallucinantur, qui illum Kal. Novembres vitâ functum tradiderunt; nam ubi etiam in depravato Plinii Caecilii exemplari *Kal. Novembr.* legant: avunculum Nonis Novembris necatum scribere debuissent, uti a Chevravio (3) hanc lectionem recipiente rectè peractum animadverto [b]. Oscitanter igitur Plinii Caecilii verba observavit Palermus, cum *diem etiam*, inquit [c], *tanti viri morte illustratum adjicerem, ne quid a me curiosa ingenia desiderarent, nisi me codicum inconstantia in epistolis minoris Plinii ad Tacitum suspensum teneret, in quorum altero dicitur VIII. Kal. Septemb., in altero verò III. Non. Novembr. illum obiisse postridie scilicet quàm a Miseno solvisset*. Postridie quidem postquam a Miseno solverat obiisse scimus: nam apud Pomponianum noctu quievisse, atque alibi (licèt non ibi) diem illuxisse ex junioris Plinii epistolâ ostenditur. Ast codicum inconstantia non id certè evincet, ut illorum secutâ lectione vel *VIII. Kal. Semptemb.* vel *III. Non. Novemb.* avunculum Plinium obiisse dicendum esset. Quâcumque enim receptâ Plinium subsequente die ad plures migrasse constaret. Quare cum satis consona Aldini, Medicaei, aliorumque exemplarium

ANNOTATIONES.

(1) Romanorum leges in illius bona minimè inquirebant, qui taedio vitae, vel cibi abstinentiâ finirent, vel sibi violentas manus injicerent: contra si id metu poenae ageretur.

(2) Plinius in ipso naturalis historiae exordio Dei naturam (Christianae persuasionis auxiliis destitutus) inquirens: *namque*, ait (*d*), *nec sibi potest mortem consciscere si velit, quod homini dedit optimum in tantis vitae poenis*.

(3) *Chevreau*.

[a] *Lib. I. epist.* 22. [b] *Histor. pag.* 538. [c] *Lib. I. Cap. I. pag.* 8. [d] *Lib. II.* 7.

lectio videatur; opposita ex iis Palermo oritur sententia, nempe VIII. Kal. Novembr. *tanti viri morte illustratum*, cum pridie Miseno solvisset (1).

Pandulphus Collenucius in Neapolitanâ historiâ affirmat Plinium prope Turrim Octavii (2) mortem invenisse, idque communi eruditorum sententiâ, alii ad Turrim Graeci (3). Vtrumque minùs ritè. A tumulo, ubi nunc Graeci Turris assurgit, initia Herculanensis urbis petenda esse, multa ostendunt, & communis illa eruditorum sententia ipsius Collenucii aetate a doctissimo viro improbata apparet: ab Hermolao nempe Barbaro, qui Plinium Stabiano in agro extinctum docuit (4). Et sanè si Pomponianum Stabiis degentem invisit, si apud illum mansit, si in litore egressus periit: non alibi quàm circa Stabias doctissimi hominis obitum accidisse fatendum erit; gaudeoque Anonymum Neapolitanum huic sententiae concinere, qui etiam a Vesuvio in Stabias lapidum, & flammarum vim illapsam ex ruinis testatur (a). Arguendus igitur iterum videtur Pellegrinus Orlandus, qui naturalis historiae auctorem Vespasiani temporibus in Vesuvii montis voragine periisse affirmavit, cum inibi multiplicis erroris reus apud Chronicos, & regionum descriptores assurgat (b). Non igitur Vespasiani temporibus, sed Titi imperantis anno primo, septimoque hujus consulatu, Vrbis Conditae tricesimo primo supra octingentesimum, CHRISTI septuagesimo nono obiit circa Stabias a Neapoli XVI. M. passus dissitas Vir, qui seculi sui primus vel infesti Gellii testimonio habitus est (5). Hunc pulcherrimâ clade terrarum sublatum puerilibus verborum lusibus Jesuita Recupitus, indignisque conviciis lacessivit (6). Mitiùs sanè locutus est Joseph Ma-

cri-

ANNOTATIONES.

(1) Ex codicibus Palermo notis, qui primae adhaereat lectioni: *VII. Kal. Septembr.*, qui alteram amplecteretur: *Pridie Non. Novembr.* Plinium obiisse statueret. Minùs rectè apud Joseph Blanchinum Virum Clariss. hujusmodi Kalendis Novembris accidisse scribitur (c), uti apud Bellicardum, & Cocinum: ubi etiam Herculanii infortunium ad annum Christi 76. rejicitur, quod ultimum calami, vel typographi vitio irrepsit, cum ex annotatis hoc loco, atque ab ipsâ supputatione annus Christi 79. emergat (d).

(2) Hanc nomen ex VIII. ab urbe Neapoli lapide aliqui invenisse credunt, unde Octava potiùs, quàm Octavii esset appellanda.

(3) *Torre del Greco*. Catrovius, cum de Herculanio loqueretur, haec haud satis rectè vulgavit (e): „ *Fut une de plus* „ *anciennes Villes de la Campanie. Hercule, disent quelques anciens Ecrivains, en fut le Fondateur, & lui donna son* „ *nom. Strabon dit qu'elle etoit placée sur un petit promontoire, qu'on appellent aujourdui* Torre di Greco. „ Neque enim immoror, quòd neotericam appellationem corrumpat. Id enim persaepe accidit; sed quòd fundatorem Herculanensibus in dubium revocare videatur, cum omnes id honoris Herculi attribuant. Ostendit eleganter Scipio Maffejus Dionysii Halicarnassaei testimonio Herculanium inter Neapolim, & Pompejos extitisse; id etiam ex Plinio evincitur. Conjecturis tamen nimiùm indulget eruditus Eques, cum *Pompejorum* situm a Graeci Turre *Torre del Greco* occupari affirmat (f), quod itidem Bellicardo videtur (g). Patet nunc intra Resinam, Regiamque Porticorum villam Herculanium, & signanter theatrum emersisse; inde Graeci Turris II. M. passus distat: a Resinâ parum ultra mille numerantur, unde hace Turris extremum Herculanii fuisse colligit Anonymus Neapolitanus (h). Maxima igitur laus debetur Clarissimo Hospitalio, qui rebus adhuc obscuris protulit Herculanium saltem a Turre Graeci usque ad Porticensem Villam processisse, cum parum latitudine gauderet urbs intra Vesuvium, & mare posita (i). Neque enim in tumulo, ubi Turris Graeci assurgit integrum Herculanii oppidum extare poterat, & Regio omnis collibus sparsa Straboni dictis inserviet. Hinc Martianus Capella conditum asserit (k) *ab Hercule Herculanium ad radicem Vesuvii, a quo haud procul Pompejos:* quos Turris Nunciationis *Torre dell' Annunziata*, & vicinia contegunt.

(4) Aliqua de Stabiis attigimus superiore libro, quae jam bello sociali in villas abierant. Inibi tamen portum, seu stationem adhuc fuisse illustrata Plinii Caecilii verba ostendunt. Loci descriptionem habes in amici Mazochii tabulâ (l), atque ex laudatâ Aegyptii epistolâ: unde apparet neotericum *Castellamare* Stabiarum situm occupare (m), quod usque in hanc diem *Castellamare di Stabia* appellari plures tradiderunt (n). In eruditâ Vesuvii historiâ conjicit Johannes Maria a Turre *Castellamare* parum ab antiquis Stabiis distare, & sanè duo circiter mille passus ab hoc oppidulo viculus extat, cui nomen *Stabia*. Neapolitanus Anonymus asserit inter Neotericum *Castellamare*, & *Stabia* emersisse Stabiarum urbis rudera, indeque Carolum Regem, Pium, Felicem pretiosa antiquitatis monumenta eduxisse (o), quâ de re agemus breviter libro IX.

(5) Minùs igitur exacti fuerunt Chronici, qui Plinii memoriam, seu mortem anno Christi 80., & sequenti adaptarunt. Post hos arguendus est Aegidius Tschudus, qui Plinii ad annum Christi 80. meminit (p), post Tschudum Balarinus (q), Gordonus (r), Buccelinus (s), Proustius (t), Chevravius (v), Primus Tattus (x); pleraeque tamen inde oriuntur discrepantiae, quòd hi Scriptores vulgari Aerâ ad Christi annos supputandos usi sunt: a quâ biennio DOMINICVM NATALEM praeoccupari ignorarunt.

(6) De Julio Caesare Recupito consule, quae libro VII. referuntur.

[a] *Vide epist. XVIII. pag. 124.* [b] *Origin. Typograph.* [c] *Demonstrat. Histor. Ecclesiast. Tom. I. par. II. pag. 178.*
[d] *Pag. XXXV.* [e] *Tom. V. lib. XVII. pag. 75.* [f] *Epistol. I. ad Bernard. a Rubeis.* [g] *Pag. XIII.*
[h] *Epist. XIII. pag. 113.* [i] *Notion. Herculan.* [k] *Lib. VI.* [l] *Commentar. pag. 46.*
[m] *Vide Crater. Neapolit. Tom. I. pictur. Hercul. Eucher. a Quintiis in Inarime.* [n] *Harduin. apud Plin. Hospital. & Artenae. §. I. pag. 4.* [o] *Epist. XVIII. pag. 113.* [p] *De priscâ Rhaetiâ in syllab. auctor.* [q] *Chron. par. III. pag. 247.*
[r] *Citat. Opere.* [s] *In Nucleo an. Chr. 81.* [t] *In annot. ad Gellium. pag. 127.* [v] *Histor. pag. 537.* [x] *Decad. Sacr. Tom. I. pag. 35.*

crinus, qui ipsissimam Vesuvinae conflagrationis narrationem attingens: *haec aviditas*, inquit [a], *seniori Plinio audacius, propiusque hujusmodi arcana observare cupienti exitio fuit sulphureo alitu suffocato, quasi indignata Natura tam sedulum sui scrutatorem eas temeritatis poenas ab eo exegerit* (1). Stillatas hujusmodi ampullas irridendo elapsi seculi genio relinquentes, ex Vesuvii ruinis ad intolerandum Johannis Mansionarii Veronensis, Achillis Statii, Andreae Theveti, & Isaaci Casauboni [b] errorem accedamus, a quibus Plinii mors, & casus unicè ignoratur, cum proximè narrata omnibus constent; illum siquidem eruptione favillarum ab Aetnâ profluentium, cum in Siciliâ legiones duceret praefocatum interiisse anno aetatis suae LVI. scriptitarunt. Vbi vitae terminus rite a plerisque (non tamen a Theveto (2)) allatus dematur, quae de Siciliâ, atque Aetnâ proferunt, adeò falsa sunt, ut nihil magis, & tamen omnia in Plinii elogio a Suetonio allata testatur Achilles Statius, eique insigni negligentiâ adhaesit Casaubonus (3). Haec a Veronensi Mansionario primùm vulgata libro I. & XIII. ostendimus.

Eodem aetatis anno quinquagesimo sexto Plinio, & Virgilio doctrinae luminibus mori contigit, ut eleganter observant Beroaldus, atque Torrentius [c]; & hoc iterum de Plinio mirandum, quòd cum avunculum non ultra id temporis vixisse sororis filius testetur, illum quasi senio confectum describat Coeffetaeus (4); unum vitae annum addat Thevetus, alterum adimat Gaulterius [d], atque integro decennio Plinii vitam protrahat Scipio Maffejus [e]. Corpus Neapoli humatum scribit Polentanus; quod ubi verum esset, id etiam Virgilio, ac Plinio commune accidisset, ut eodem aetatis anno extincti, eâdem in urbe tumulum invenissent. Caeterum cum neque Plinius sequens, neque alius antiquorum, cujus memoriae manibus terantur, hujusmodi exequias memoraverint, illas probabili tantùm conjecturâ ad Neapolitanam urbem deductas a Polentano conjicerem. Nemo enim, ut puto, Joh. Mansionario adstipulabitur, qui inter reliqua Plinium in Siciliâ humatum ex Tranquilli somnorinâ auctoritate affirmavit. Neque enim officiet cogitare Misenensis Classis Praefectum suorum curâ, & classiariorum pietate justis exequiis fuisse prosecutum, cum haec & gregariis militibus redderentur [f]; atque utinam cum tot tantaque magnanimis CAROLI REGIS INVICTISSIMI coeptis nostro aevo faverint; & veneranda antiquitatis monumenta in dies emergant: PARENTIS, ET FERDINANDI REGIS FILII gloriâ, Plinii elogium in lucem erueretur. Hoc enim ejus tumulo fuisse inscriptum ex haeredis indole, utique credere debemus. Neque enim minori plausu a bonis, doctisque omnibus accipiendum esset, quàm Virgilii, Varronis, Livii, Ciceronis, vel alterius cujusve alius monumentum, cum iis omnibus Plinius certè aequiparandus, & meâ quidem, alio-

ANNOTATIONES.

(1) Audacem, imò impudentem fuisse Plinium a Vesuvio praefocatum scribit Leander Albertus, additque unà cum Saleto Basso periisse. Miror in ignotis tum socio, tum historiâ nihil cucullatum literatorem proferre, unde similia desumpserit. Puto illum ad Bassum Poëtam respicere, cujus meminit Hermolaus in annotationibus ad celebrem Plinii Caecilii epistolam. Nemo tamen sanae mentis hujusmodi accedit, de quibus nulla apud adoptivum filium memoria, neque apud vetustum scriptorem.

(2) Mansionarius, Achilles Statius, & Casaubonus utrumque Plinium agnoverunt. Thevetus prodigiosâ hallucinatione de naturalis historiae auctore haec habet: „ *Il florissoit sous l'Empereur Trajan, du quel il estoit intime amy, & mourut en l'age de cinquante sept ans environ l'an de salut cent dix, après nous avoir laissè plusieurs livres tesmoins de sa doctrine.* „

(3) Casaubonus Josephi Scaligeri opinionem secutus Plinianum elogium Suetonio indignum judicantis; cum aliqua & ipse vellet addere: scripsisse quidem Suetonium de viris illustribus, & Plinii vitam, sed ab allatis diversam affirmat. Probationis testem affert Achillem Statium, quem a Mansionarii annotatione irretitum ostendemus.

(4) *Coeffetau* lib. V. *Ce grand genie de la nature Pline, qui vivoit encor; & qui de fortune etoit alors a Misene Ville voisine de cette disastre.* Non pauca hîc emendanda.

[a] *De Vesuv. pag.* 3. [b] *Annot. ad Sueton.* [c] *Annotat. ad Sueton.* [d] *Tabul. Chronograph.*
[e] *Veron. Illustr. Par. II. lib. I. col.* 123. [f] *Consule allatum elogium apud Gruter. pag. CCVIII.*

aliorumque ſententiâ [a] praehabendus, aſſurgat. Ferunt Alphonſum Regem incredibili gaudio affectum, dum illi prope Formias Ciceronis ſepulcrum [1] inventum fuiſſe nunciarunt. Illuc enim morae impatiens ſtatim acceſſit, quamvis eventus ſpem fruſtraverit, & Ciceronis loco M. Vitruvii Pollionis ſummi Architecti epitaphium inſpexerit [b]. Quae porrò noſtra eſſet laetitia, ubi aliqua ad Plinii vitam, res geſtas, & deperditas hiſtorias conducentia hâc in viciniâ reperirentur? Tali ego impulſus fiduciâ, & CAROLI REGIS OPTIMI favore, atque munificentiâ quidquid in lucem editum erat Anno CIϽIϽCCXLVIII. ad illum ab AVGVSTA GENETRICE miſſus, & duobus poſtmodum luſtris attentiſſimè inſpexi; & quamvis nihil ad rem noſtram inſerviens adnotaverim: nihiloſecius cum elogia ad Imperatores, Caeſares, Auguſtas, Viroſque nobiliſſimos ſpectantia, tabulis etiam aeneis demandata effodiantur: non adhuc ſpe deceſſi, quòd aliquid vel ſcalpello inciſum, aut voluminibus commendatum inveniri poſſit, unde Plinii nomen, Patria, & labores, ceu poſtliminio reviviſcant [2]. Vtinam manca ſaltem Taciti volumina ſupplerentur, cum ipſi hiſtorias ſcripturo, hanc ob cauſſam avunculi obitum narraverit Plinius Caecilius: nam quae ad nos ex tanto auctore pervenerunt, Titi imperium minimè attingunt; & niſi horum temporum hiſtoria intercidiſſet, abſque dubio Plinii elogium appareret, cum Tacitus neque juvenis obierit, & Plinii obitus notitiam ab amico enixè petierit, ut cuncta veriùs poſteris demandaret. Nicolaus Faber vir optimi judicii adnotavit [c]: *veriſimile non eſſe Cornelium Tacitum exactae diligentiae ſcriptorem, quod in caeteris alicujus nominis executus eſt, clarorum hominum, prioreſque partes in Republicâ habentium, patriam, parentes, vitae rationem, progreſſumque omiſiſſe*. Si haec igitur de aliis, quantò magis de Plinio erant praedicanda, cum vir dignitatibus conſpicuus, & ſcientiâ incomparabilis evaſerit; & initio Hiſtoriarum ab ipſomet Tacito memorentur attingendae *hauſtae, aut obrutae urbes fecundiſſimae Campaniae orae?*

Horrendam Campaniae cladem Titum humani generis amorem, atque delicium incredibili moeſtitiâ affeciſſe ex praeclariſſimâ illius clémentiâ, & eximiis animi dotibus licet arguere. Haud levi pariter dolore ex amici Plinii caſu perculſum judicamus, quòd virum adoleſcens in caſtrenſi contubernio ſuſpicere incipiens, illum ubique ſingulariter amaverit. Titus (raro Principibus exemplo) tantum florentiſſimae regionis infortunium ſibi propius noſcendum duxit; ideoque Româ profectus in Campaniam venit, ut populos rebus, quibus maximè indigerent, inexhauſtâ levaret munificentiâ; indeque cum omnia propriis oculis dolens luſtraſ-

ſet,

ANNOTATIONES.

(1) Jacobus Maſnagus vir humaniſſ. & doctiſſ. dum Comenſi praeturâ fungeretur anno 1759. eruditam latinam epiſtolam auctore Fratre Deſiderio Lignamineo mihi commodavit. Data haec eſt anno 1547. ad Johannem Baptiſtam Privitellium, multiſque argumentis oſtendit Marci Tullii Ciceronis cineres detectos in Zacyntho inſulâ anno 1544.

(2) Anno 1754. PHILIPPVS HISPANIARVM INFANS (qui ſingulari propenſione ſtudia, & politiores artes colit) epiſtolas ab Oſſunii Marchione Galliarum Regis legato acceptas mihi legit, ubi centum & quadraginta volumina in lucem eruta nunciabantur. De iis antiquarii longè meliora, quàm de paucis antea inventis conjiciebant. Putarunt ſiquidem incredibili in codicibus expandendis adhibitâ diligentiâ, quod intus ſcriptum erat, legi poſſe, ſecus ac prioribus acciderat, quibus evolvendis cum operam navarent ſtudioſi in minutiſſima fruſta, ac pulverem abierunt. Vidimus incluſa ſcriniis volumina, filiſque undique ſuſpenſa, illa immenſo labore explicanda curare virum patientiſſimum Antonium Piagium. Hiſce de cauſſis non adhuc deſperandum videtur, ut caſtigatiora, & primigenia naturalis hiſtoriae, caeterorumque Plinii laborum exemplaria fortaſſe appareant, & multa ex Romanis denique, & Graecis, quae deperdita, vel manca indolemus, infinitâ CAROLI, & FERDINANDI REGVM gloriâ reſtituantur. Ita etiam de recentioribus voluminibus ſiccò magis, ac concamerato in loco repertis ſperandum videbatur; & quamvis hucuſque inventa ad Muſicam, Graecorum vanitates, & res minùs utiles ſpectent; alia fortaſſe emergent bona, atque optima mediocribus immixta. Cinis enim a Veſuvio ejectus longè terrae humiditatem ſalinarum particularum praeſidio repellens, legendos codices ad noſtrum uſque aevum ſervavit, illoſque aliâ ratione perdere non potuit, cum repulſus a cubiculi fornice, ſcriptis minimè incumbens, temporis tractu nec mordere, neque attenuare valuit.

(a) *Vide Guillandin. de papyro in praefat. ad Baptiſt. Grimaldum. Aſtruc. Commentar. ad hiſtor. natural. Par. I. Cap. IV. pag. 39.*
(b) *Vide Fabric. Bibl. latin. Tom. I. 17.* (c) *In praefat. ad libros L. Senecae.*

ſet, Duumviros Conſulares Campanis miſit grandi pecuniâ inſtructos, ut colonias deducerent, oppida, & villas inſtaurarent (1).

Hucuſque quantâ potui diligentiâ Plinii res geſtas, munera, & ſcripta comprehendi. Caetera, quae ei inſuper attribuuntur, tanquam commenticia reſecamus. Augurem ſupremo Collegio additum nonnulli Veronenſes affirmarunt. Quà de cauſsâ ſatis conſtat; nempe ut mancum, minimumque elogium naturalis hiſtoriae ſcriptori adaptarent, & Plinium in monumento ingeſtum, Augurem fuiſſe interpretarentur. Vidimus notas illas neque ad illuſtrem Romani Collegii auguralem dignitatem, neque ad qualemcumque auguratum, neque ad Plinium noſtrum ſpectare. Parum igitur cautè Rollinius veterum errori adhaerens Plinium ſeniorem Augurum Collegio adſcriptum affirmavit (a); notiones, ut puto, a Johanne Alberto Fabricio deſumens, cui noſtrum neſcio quo malo fato Augurem fuiſſe excidit (b). Eâdem ratione hujuſmodi conſtant, quâ Xicconi Polentano viſum fuit Plinium hunc Romanis Conſulibus annumerare, cum ait (c): *Equeſtribus autem honoribus functus eſt primùm, deinde urbanos quoque magiſtratus adeptus, tandem ad conſulatum aſcendit*: unde ſimilia cudat Polentanus, mirandum ſanè, cum utrumque Plinium ritè agnoverit, & nihilominus aëreum avunculo conſulatum affixerit.

Plinium conjugio nullam operam dediſſe ſtatuunt eruditi; quam ob rem infelici conatu Panvinius uxoratum dixit, qui in hoc etiam ſibi parum conſtat. Valeriae Secundae genitorem agnoſcunt Pantheus & Rufus, quod pluribus quàm fortaſſe opus erat argumentis refutavimus; unde mirum ſemper evadet Thomam Reineſium virum utique doctum coelibi filiam impoſuiſſe, ut hâc de cauſsâ inter primos a Johanne Maſſonio accuſaretur. Fuiſſe ſtaturâ praegrandem innuit ſororis natus: qui autem oris aſpectus, haud facili negocio affirmabo. Vtriuſque Plinii effigies, quas hiſce in Diſquiſitionibus exhibemus in noſtro Muſeo extantes invenies. Multis ab hinc annis deſumptae fuerunt ab antiquis Corticellarum tabulis (2), haſque majori diligentiâ, atque elegantiâ depictas boni, & ſtudiorum amatores fatentur. An tabulis potiùs, an marmoreis ſtatuis adhaerendum, ii decernant, qui veriora poſſunt adſtruere. Tabulas enim (uti & ſtatuas) poſterioribus ſeculis conflatas minimè ignoravit doctus & omni ubique dignus veneratione parens meus Comes Johannes Paullus (3). Verùm ſi aliquid ingenio concedendum; tum ſtudii, tum majoris vetuſtatis gratiâ noſtris magis quàm reliquis accedent

ANNOTATIONES.

(1) Johannes Zonaras aſſerit Titum Campanis illorum pecunias praeſertim deſtinaſſe, qui ſinè haeredibus deceſſiſſent (*d*). Habes ex curâ Viri Patricii Ignatii Comi celebre Titi elogium (*e*). Ex hoc conſtabit Neapolitani Gymnaſii rectè reſtituiſſe, ubi Graecis literis ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, & reliquis tres reſtantes latini verſiculi addantur:

- - - - NI F. VESPASIANVS. AVG.
COS. VIII. CENSOR. P. P.
- - - - BVS CONLAPSA RESTITVIT.

Hoſpitalius, & Artenaeus complendas truncas voces indicant (*f*):

*Veſpaſia*NI F. VESPASIANVS. AVG.
COS. VIII. CENSOR. P. P.
*terremoti*BVS CONLAPSA RESTITVIT.

Vltimum fortaſſe vocabulum Veſuvii *eruptioni*BVS adſcribendum ſuſpicarer.

(2) De Corticellarum tabulis, & Pinacothecâ conſule Quintilium Lucinum Paſſalaquium (*g*).

(3) Johannes Paullus Comes a Turre Rezzonici natus Genuae anno 1675. Comite Carolo Aloyſio Patricio Comenſe Victoris Amadei Sabaudi Cypri Regis ad Genuenſem Rempublicam Procuratore, & Mariâ Aureliâ Naſciâ ex antiquâ Cogumenſium Comitum ſtirpe, fratrem habuit uterinum Johannem Baptiſtam CLEMENTIS XIII. PONT. OPT. MAX. genitorem. A primâ pueritiâ in nobilium Taurinenſi, & Parmenſi Collegio educatus ſingularia edidit ingenii ſpecimina, quae clariùs in Romano Seminario emicuerunt. Anno 1701. Mariam Gabriellam Regis Victoris filiam Honorarius Coſmeta in Hiſpaniam comitatus eſt, cum Philippo V. nuberet. Anno 1709. Comenſis Decurio. 1724. in patriâ provinciâ, & Lario lacu militum Tribunus. 1734. ad Carolum Emanuelem Sardiniae Regem Legatus. Obiit ſummo omnium moerore Mediolani XVI. Kal. Martii anno 1743. Parenti optimo, editis voluminibus, facundiâ, pietate toti Inſubriae notiſſimo, hoc grati animi teſtimonium exolvimus, ut morem geram ornatiſſimo Catheriniani Seminarii Praefecto Carolo Bettolio, qui illius elogium hoc loco ponendum exoptavit.

[a] *Hiſtor. antiq. tom. XI. par. II. lib. 24.* [b] *Bibl. latin.* [c] *Viror. Illuſtr. libr. VIII.* [d] *Lib. II. fol. 73. in Tito.*
[e] *Vid. nov. theſ. Murator. pag. CCXXXIII. 6.* [f] *Notion. Herculan. pag. 9.* [g] *Epiſtol. Italic.*

dent antiquarii; quamvis non ignorem calamariae thecae figuram, & ipſum ſcriptorium calamarium a Plinianâ aetate ſatis diſtare. A Corticellarum tabulis toto diametro differt Thevetus, qui Plinii elogio illius figuram praeponens, hanc ipſiſſimam e Siciliâ deductam teſtatur (1): a quâ parum diſtare addit alteram in Cretâ inſulâ a ſe viſam. Quamvis Theveto parum fidendum ſit, effigiem tamen ab ejus libris deſumptam in lectorum gratiam ſubjiciam, quae eſt hujuſmodi.



Jacobus Stoërius (2), atque Elzevirii naturalem hiſtoriam invulgantes primo folio Plinii vultum eâ ratione propoſuerunt, ut Heracliti potiùs dolentis imaginem, quàm tanti, comiſque hominis lineamenta exhibuiſſe videantur. Marmorea effigies, quae Comi in fronte Aedis maximae a dextrâ valvarum naturalis hiſtoriae ſcriptorem exprimit circa annum vulgaris aerae CIϽCCCCLXXX. a gratis civibus poſita exornato hieroglyphicis cubili excipitur in hanc formam.

THO-

ANNOTATIONES.

(1) Theveti verba ſunt hujuſmodi (a): „ *Je vous repreſente icy la figure, telle que je l' ay veuë, & apportée de l' Isle de* „ *Sicile, peu differente d' une autre, que j' ai veuë en l' Isle de Candie entre les mains d' un Candiot, qui diſoit l'avoir* „ *trovée apres le deceds de ſon Pere.* „

(2) Conſule Plinii hiſtoriam pluribus vicibus e Stoërii (*Stoer*) praelis emiſſam. Lugduni Batavorum novam impreſſionem anno 1635. adornantes Elzevirii, Plinii effigiem e Stoërianis exemplaribus mutuarunt.

(a) *Tom. VIII. pag. 140.*

THOMAS ET JACOBVS

ORDO . POPVLVS . QVE . COMENSIS
C. PLINIVM . SECVNDVM
MACTVM . INGENIO . VIRVM . DIGNATIONE . CLARVM
DOCTRINA . ADMIRABILEM . VT . QVI . OLIM
IMPERATORVM . CAESARVM . VESPASIANORVM . AMICITIAM
MERVERIT . OFFICIA . MAXIMA . GESSERIT . AC . SCRIPTORES
VNIVERSOS . COPIA . AC . VARIETATE . SVPERAVERIT
MVNICIPEM . SVVM . INCOMPARABILEM
STATVA . ET . ELOGIO . ORNAVERE
TANTVS.HONOS.DVLCISQVE.IVVAT.ME.FAMA.SECVNDVM
AT . MAGE . CONCIVES . (1) HAEC . POSVISSE . MEOS

FRATRES DE RODARIIS FACIEBANT

Elogium longè majori diligentiâ, ac fecutâ verfuum habitudine hoc loco invenies, quàm apud Abrahamum Ortelium [a] Carolum Stephanum [b], Ballarinum [c] & Tattum [d]. Subfcriptionem extanti jam ftatuae addidit Benedictus Jovius anno nonagefimo octavo fupra millefimum & quadringentefimum, ut libro I. adnotavimus. Magnae fubinde obortae funt controverfiae, cum plures Pliniorum (& fenioris praefertim) memoriam eo loco amovendam fuaderent. Gravius ultimò emerfit periculum, cum anno CIↃIↃLXXIX. Johannes Antonius Bonhomius Vercellenfis Antiftes in Comenfi Chriftianae perfuafionis fupremus quaefitor indictus utrumque elogium ab Aedis fronte deturbandum cenfebat. Pium Epifcopum inter primos obtundere non deftitit Bafilius Paravicinus, qui ftatuas antiquâ poffeffione fpoliandas clamitabat; quod etiam in opufculo de Plinii patriâ edito retractavit. Neque enim Plinium unicè tanquam ethnicum, fed uti impium Dei hoftem, atque uno verbo Atheorum principem accufabat. Verùm quid horum opiniones ad Chriftianorum dogmata? Moris erat quingentis ab hinc annis, & pofterioribus etiam feculis illuftrium virorum imagines ornamenti gratiâ in facrarum Aedium frontibus collocare. Tali pacto nobiliffimi Romanorum vultus extra Ticinenfis Chartufiae muros, atque Aedem cernuntur. Fortaffe C. Julius Caefar (cujus fpirans imago ibi vifitur) diverfa a Plinio de animorum immortalitate opinabatur? alteram Benedicti Jovii epiftolae partem ad laudatum Caftillio-

ANNOTATIONES.

(1) *Concivis* dictionem idoneis fcriptoribus ignoratam fuo loco oftendimus.

[a] *Theatr. Orbis terrar.* [b] *Diction. Hiftor.* [c] *Par. III. pag. 248.* [d] *Decad. I. pag. 44.*

lionaeum ſubjiciam [a]. *Quod autem ſenior in Platonis philoſophiâ peccaverit, & Epicuri decreta ſecutus ſit allatis propriis ipſius rationibus, num adeò vir improbus, & nequam cenſendus eſt? Nam arcanum iſtud neque Aegyptiis ab aliquo Deorum ſuorum, neque Judaeis ipſis ab eodem legiſlatore palam* [1] *factum eſt. Primus Pherecydes de animae immortalitate diſputavit. Ejus diſcipulus Pythagoras eam rem ambagibus involuit, a quibus non multùm abfuit Plato. Apud Latinos Cicero id totis viribus contra minutos, ut ait Philoſophus, propugnavit. Caeterum Cato C. Caeſari, quaſi ſecus & ipſe ſentiret, apud Salluſtium veluti infamiam quandam objecit, ut facilè conſtet eâ tempeſtate liberum hominibus fuiſſe utram vellent opinionem ſequi* &c. Vt verum fatear animorum immortalitatem unicè firmant, atque oſtendunt poſt Hebraeos Chriſtianâ imbuti perſuaſione, qui genuinam hominis originem noverunt. Caeterum Aegyptii, Graeci, Romanique ſapientes ſempiternos dicentes animos omnia involucris & cavillationibus pariter corruperunt. Quâ enim ex cauſsâ Vticenſis Cato, dum aeternos praedicabat animos injuſtas ſibi manus injecit? Quia Plato in libris de Republicâ, & totis voluminibus animae docuit immortalitatem? ſed quanta inibi permiſcet deridicula. Vaniſſimas animarum conditiones affert in Phedro [b], animarum in beſtias tranſmigrationem [c], & Aſtrorum parem, atque animarum numerum definivit [d]. Neque meliora adducunt Thales, Anaxagoras, Diogenes, caeterique animarum immortalitatem docentes. Stoici animas diu manſuras, ſemper tamen negabant. Mortalem animam Homerus, Democritus, Epicuraei, Alexander Aphrodiſaeus, Hippocrates, Galenus, uterque Seneca affirmarunt. Iis igitur adhaeſit Plinius eâ praeſertim ex cauſsâ, quòd irridendam Pythagorae metempſycoſim agnoſcebat. Franciſcus Floridus Sabinus Plinianam de animae interitu opinionem irridet, cum de naturalis hiſtoriae ſcriptore agens: *dignus*, ait [e], *propter ſingularem eruditionem, cui ſanior mens in eâ parte fuiſſet*. Sed velim mihi diceret, num meliora adſtruerint qui animarum tranſmigrationem, & vaniſſimas fabulas circumferebant, quique Deos immobiles, fures, lenones, adulteros, impios praedicabant? Cui enim in mentem poteſt venire, ut immortalem animam agnoſcens optimum atque immortalem illius auctorem minimè fateatur? Hâc de cauſsâ Plinius de animorum immortalitate potiùs dubitare voluit, quàm iniquos adeò, & malos Deos ſtatuere. Hinc eſt quòd Divus Leo, cum de Româ loqueretur: *magnam*, ait [f], *ipſi videbatur aſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem*. Antonius Foreſtus poſtquam allata tanti Pontificis verba exſcribit, Plinii auctoritatem ſubjecit, quâ hanc Deorum multiplicitatem omni jure irridet [g]. Et ſanè quidnam elegantius excogitari poteſt Pliniano argumento, quo infinitam Deorum turbam perſtringit [h]? *effigiem Dei, formamque quaerere imbecillitatis humanae reor. Quiſquis eſt Deus (ſi modo eſt alius) & quâcumque in parte totus eſt ſenſus, totus viſus, totus auditus, totus animae, totus ſui. Innumeros ſiquidem credere, atque etiam ex virtutibus, vitiiſque hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut ut Democrito placet, duos omnino Poenam, & Beneficium, majorem ad ſoccordiam accedit*. Vbi Plinius verba illa omiſiſſet (*ſi modò eſt alius*) rectiùs de Deo quàm ethnicos omnes loquebatur. Ii etiam de Diis, & animae immortalitate tractantes parum ſibi conſtant, & ipſemet Tullius contraria non uno loco evulgavit. *Eos*, inquit [i], *qui Philoſophiae dant operam, non arbitrari Deos eſſe*: quibus ſanè verbis inſignes viros Atheis annumerabat.

ANNOTATIONES.

(3) Hâc de re agemus in annotationibus ad libros Bened. Jovii de Humanâ Societate.

[a] *Vid. lib. I. pag. 19. & 20.* [b] *Pag. 1223.* [c] *Lib. X. de legib. pag. 765.* [d] *Pag. 1054.* [e] *Lection. ſubciſ. lib. III. 4.* (f) *Sermon. I. de natali Apoſtolor.* [g] *Lib. XV. 9. pag. 108. & 110.* [h] *Lib. II. 7.* [i] *De invent. Rhetor. lib. I.*

bat. Ex Dei exiſtentiâ immortales animae, ſupplicia reis, & bonis praemia conſequuntur: haec ſanè rejecit Tullius pro Cluentio — *quae ſi falſa ſunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem mors eripuit praeter ſenſum doloris?* Oppoſitum porrò tenuit Philippicâ XIV. *Impii — etiam apud inferos paricidii poenas luent — qui extremum ſpiritum in victoriâ effudiſtis piorum eſtis ſedem, & locum conſecuti*. Qui parcè ex antiquis locuti ſunt, juſtitiam aequitatemque a Graecorum, Romanorumque Numinibus auferebant. Quid enim abſurdius excogitari poteſt Lucani verbis, ubi cecinit [a].

Felix Roma quidem, civeſque habitura ſuperbos,
Si libertatis Superis tam cura fuiſſet,
Quam vindicta placet;

Poëtae ſubſcribit graviſſimus hiſtoricus monſtruoſâ planè ſententiâ [b] *nec enim unquam atrociùs Romani Populi cladibus, magiſque juſtis judiciis approbatum eſt, non eſſe curae Deis ſecuritatem noſtram, eſſe ultionem*. Hos tamen mitiſſimè locutos dicemus, ubi Romanorum perſuaſionem de noxiis Numinibus attingamus. Atae erat in deliciis homines in majora ſemper diſcrimina praecipitare [c]: Vejovis, Febris, Diſcordia Atae provinciam dividebant (1): Mania dementiam inſpirabat: Laverna furibus auxiliabatur; quaeque foediſſima dicenda erat pulchram appellabant. Antheron inhoneſtis cupiditatibus gaudentem, & impiam etiam Volupiam Virtutes horrendis pedibus proculcantem pingere non horruerunt [d]. An Plinius magis, qui de Dei officio dubitavit, an qui nequiſſima adorabant numina, eorumque operam ad ſcelera perpetranda implorabant, arguendi ſint, aequus lector diſpiciat. Nos oppoſita Plinio de Deo, atque animorum immortalitate ineluctabiliter credentes, illius ſapientiam in reliquis ſtudiis omnibus ſuſpicimus. Neque enim in hoc Antonio Bruciolo ſubſcribam, qui Plinium de Animâ (quantùm homini ethnico licebat) bene locutum affirmavit. Optimè locutus eſſet, ubi a Pythagoricis, & Platonicis ambagibus diſcedens ſempiternas animas fore docuiſſet. Pro illarum immortalitate ſtetiſſe ineptè ſtatuit Camillus Maffejus [e]: Plinii tamen locum haud ſatis opportunè affert, cum Maffejo omnino oppoſita ſentiat, ubi celebratam attingit quaeſtionem [f]. Minùs pariter ad rem Thevetus rerum divinarum humanarumque notitiam a Plinio hauriendam ſtatuit [g]; cum ultimum verum quidem, primum undique falſum appareat, ubi de Dei naturâ, potentiâ, officio omnino dubitavit. Nobis interpretes omnes ſubſcribunt, atque ii etiam, qui refragantibus naturalis hiſtoriae codicibus verba *irridendum verò agere curam rerum humanarum* [h], mitigare cogitarunt. Atque utinam Vir doctiſſimus, qui aut unicum, aut nullos eſſe Deos affirmavit, priorem unicè partem illuſtrandam ſuſcepiſſet; quod utique feciſſe ſperaſſem, ubi aliqua de Chriſtianis dogmatibus attigiſſet. Illa tamen noſtro auctori undique ignota, profundum de ſanctiſſimâ lege ſilentium oſtendit.

ANNOTATIONES.

(1) Conſulendus omnino eſt Plinius libro II.
(2) Horatius lib. I. epiſtol. 16. --- *pulchra Laverna*
Da mihi fallere, da juſtum ſanctumque videri
Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.

[a] *Lib. IV. in fine.* [b] *Tacit. lib. I. hiſtoriar.* [c] *Vide Bridault. tom. I. pag. 12. & ſeq.* [d] *Vide Ciceron. Macrobium, &c.*
[e] *Schola natural. fol. 45.* [f] *Vide lib. II. 7. & lib. VII. 55.* [g] *Tom. VIII. pag. 137.*
[h] *Vide Chreſtomath. Plinian. Joh. Mat. Geſneri ad II. Plin. libr. pag. 38.*

FINIS . LIBRI . QVINTI

DISQVISITIONVM PLINIANARVM

LIBER SEXTVS

DE TITVLO, ORDINE, DIVISIONE, AC FIDE,

Quibus PLINIUS *Naturalem Historiam vulgavit.*

INter res omnes, quae Plinii memoriam ex oblivionis injuriâ subduxerunt, cum nihil illustrius naturali historiâ inveniatur: de iis voluminibus post absolutam doctissimi hominis vitam illico agemus, cum *opus diffusum*, *eruditum*, *nec minùs varium quàm ipsa Natura* a sororis filio appelletur. Mirandum semper evadet auctorem tectâ arte immensi laboris pondus ita digessisse, ut omnia, quae in caelo, & sub caelo fiunt facili quadam, nativâque successione primus, & unicus Romanos inter, Graecos, Barbarosque scriptores assequeretur. Cum enim hos thesauros potiùs quàm libros Tito Caesari dicaret: in ipso statim operis initio consilii sui rationem aperuit, ut faciliori viâ quidquid luberet, in operis corpore posset invenire. Duo igitur potissimum in primo naturalis historiae libro erunt consideranda: I. Plinii ad Titum praefatio, II. Rerum, quae in reliquis voluminibus continentur, Auctorumque, unde scribendi materiam acceperat, brevis notitia. Vtrumque sanè prudenter, commodèque factum, ut aureâ epistolâ hominum optimum sibi devinciret; Principemque paterni imperii consortem ad omnia delibanda (sin minùs ordine successivo legenda) adduceret iis temporibus, quibus typographiae subsidio destitutus, frustra auctorum syllabum, & rerum indicem a bibliopolis expectasset. Tito opus suum dicasse jam satis in Plinii vitâ, & sequenti volumine comprobatum judicamus. Quae praecisè verba operis fronti apposuerit, exscriptorum audacia potiùs quàm inconstantia dubium relinquere intentavit. In Regio Parisino codice, qui olim ad Colbertinam bibliothecam spectabat, legitur *de naturis rerum*, cui accedere videtur Caesareus Vindobonensis (1). *Historiae Mundi libri* XXXVII. Erasmo (a), Gelenio (b), Caesario (c), Pineto (2), Lugdunensibus, Francofurdiensibus typographis, & quandoque etiam Frobeniis placuere: ab iis demum minùs rectè *naturalis historiae Mundi* (d); & *historia Mundi naturalis* a Feyarabenio appellatur (e). In primigeniis (f), recentioribusque editionibus (g) *naturalis historiae libri* XXXVII. recensentur, quam epigraphen ab auctore positam plerique conjici-

ANNOTATIONES.

(1) De iis calamo exaratis codicibus consule librum X.
(2) *Antoine du Pinet Seigneur de Noroy*. Pineto convenit Dalecampius. Consule impress. Lugdun. 1587. &c.

[a] *Vide edition. Basileen.* 1525. 1529. 1530. *&c.* [b] *Edit. Basileen.* 1535. *Lugdun. Batavor.* 1582. *Francofurd.* 1601.
[c] *Edit. Colon.* 1525. 8. [d] *Edit. Basileen.* 1554. 1555. [e] *Edit. Francofurd.* 1582.
[f] *Venetae* 1469. 1472. 1483. 1487. 1535. 1569. 1571. *&c. Romanae* 1470. 1473. *Parmenses* 1476. 1480. 1481. *Tarvis.* 1479.
(g) *Paris.* 1683.

jiciunt, cum Plinius praefationem hifce verbis adortus fit. *Libros naturalis hiftoriae novitium Camoenis Quiritium tuorum opus* &c. & fanè Suetonius, Gellius perfaepe, Macrobius, Servius, Philargyrius, Divus Hieronymus, ac Beda ad *naturalis hiftoriae* libros provocantes, parem titulum legiffe utique fatentur. A Plinio Caecilio appellantur *naturae hiftoriarum* libri XXXVII. qui titulus in idem collineat (1).

In plerifque calamo exaratis codicibus primo limine occurrit *C. Plinius Secundus Novocomenfis T.* (2) *Vefpafiano Suo Salutem*. Auctorem tamen patriae fuae nomen appofuiffe minimè credendum eft; illudque a Pliniani feculi, & Romanae dignitatis more abhorrens amanuenfes ingeffere. Quamvis enim naturalis hiftoriae fcriptorem, Novocomenfem fuiffe credam: fe talem in operis initio dixiffe parum cautè affirmaretur in homine, qui juxta temporum morem Romanum fe undique profitebatur: cum potiùs ad civitatis, quàm ad originis patriam refpiceret. Praefationi quid fingulis contineretur libris, & auctorum nomina addidiffe ipfemet Plinius teftatur; neque id circa eo loco voluminum capita adnotavit, cum nullâ divifione fcindantur libri, imò receptis fectionibus vulnerentur. Has tam diverfas infuper, & pugnantes dicere poffumus, quanta funt naturalis hiftoriae exemplaria, ut fuo loco oftendemus. Ad Titum igitur epiftola, digeftionis ratio, nomina auctorum (quos in fuos, & externos divifit) quidve fingulo libro contineretur, primum naturalis hiftoriae volumen conficiunt, ubi multa adhuc veniunt emendanda, quae amanuenfium corrupit incuria (a). Mirabili fubinde, & nunquam fatis commendandâ fucceffione opus ipfum aggreffus, mundum, fidera, & reliqua ad caelorum machinam, folis & lunae defectus, mundi figuram, dierum inaequalitatem, aëris tempeftates, ventorum, nubiumque originem, fulgurum genera, terrae fitum, eclypfes, terrarum, & maris miracula II. Libro complectitur. Hujufmodi volumine quidquid veteres aftronomi tradidere augufto ftyli robore, & eximiâ dignitate perftringit: neque hâc in arte excellens noftro feculo evadet, qui ad Plinium non provocet. Antiqui Orbis geographiam fubfequentibus libris ita abfolvit, ut fruftra ab aliis (excepto Plinio) veterum regionum, oppidorumque nomina, pofitiones, bella, hiftorias requiramus. Huic fufficient exemplo, quae neoterici Geographi Cluverius in primis, Paullus Merula, Holftenius, atque Cellarius tradunt, quaeve antiquarii, & rei lapidariae collectores fuis in thefauris adnotarunt (3). Subinde hominis hiftoriam aggreffus, ab ipfo conceptu miferae vitae rationem, viciffitudines, mores, fenfus, fortium doctorumque virorum laudes ufque ad fepulcra, & clariffima inventa VII. libro conclufit. VIII. Terreftria animalia. IX. Aquatilia. X. Volatilia. XI. Reptilia & infecta tantis fapientiae, atque ingenii luminibus digeffit, ut cum ipfâ naturâ certare videatur. Hinc eft quòd Morhofius Plinium mirabili brevitate, & ftylo ad fumma rerum capita recenfenda tot tantaque, & penè innumera complecti fatetur; *quam* addit (b) *ob cauffam Rolandus Marefius*

ANNOTATIONES.

(1) Confule antiquorum de Plinio teftimonia libro IV. allata. Invenies ibi Gellium ubique ad *naturalis hiftoriae* volumina provocaffe. In prooemio Noctium Atticarum ad Plinium proculdubio refpexit, cum illum ineptiffimè arguit, eo quia *hiftoriae naturalis* titulum fibi feciffet: modica infcriptionis diverfitas, cui caeteroquin accedit Symmachus, & fecundis curis Harduinus (*c*): aliqua exemplaria habent *de naturali hiftoriâ* (*d*): In aliis *naturae hiftoriarum* (*e*), qui titulus Plinii Caecilii dictis infervit.

(2) Alii habent Vefpafiano, alii Domitiano: praeter annotata in Plinii vitâ confule lib. VIII. & X.

(3) Clarifs. Muratorius haud fatis in urbium nominibus Plinio fidendum afferit (*f*). Salvâ tanti viri pace, nulli magis quàm naturalis hiftoriae fcriptori hâc in re ftandum pronunciamus. Plinius Romanorum doctiffimus meliorem Romani orbis partem peragravit. Muratorio tamen concedimus Plinianos thefauros exfcriptorum incuriâ vitiatos, ut ipfe rectè in annalibus indoluit (*g*). Sed ubi nulla librarii erroris fufpicio adeft Plinius unus pro cunctis fufficiet.

(a) *Vide Salmaf. in Prolegom. Tom. I. Exercitat. in Solin.* (b) *Polyhiftor. Part. I. lib. II. cap. 2. pag. 151.*
(c) *Vid. edition. Parif. an. 1723.* (d) *Veneta 1496.* (e) *Venet. 1499. 1518. Parifienf. 1524.*
(f) *Thefaur. veter. infcript.* (g) *Vide Tom. I. ad ann. Chr. aerae 77.*

sius [a] *Plinii paucos de animalibus libros pluris facit quàm Gesneri, & Aldrovandi de iis infinitos, quod Plinius omnia & egregio ordine complexus sit, & singula in suas classes apte distribuerit, quae verò ab aliis decerpsit, digesta, & stylo quasi concocta, sua quodamodo fecerit*. Ad arbores subinde conversus exoticas praesertim libro XII. & sequenti attingit. XIV. Vites vineasque: XV. Frugiferas: XVI. Sylvestres plantas: XVII. Arborum culturam: XVIII. Frugum, hortorumque: XIX. utilissima agricolationis praecepta tradidit, ut rusticos inter auctores bisellium omnino mereatur. Sequentibus verò libris usque ad XXVIII. herbas (1), caeteraque suas in classes ita distinxit, ut omnium ad omnes morbos medicina, atque utilitas appareret. Hinc postquam rerum singularum naturas inter caelum & terram nascentium dixit, desumpta ex homine, reliquisque animalibus remedia contexuit libro XXIX.; proximo ipsius medicinae originem ex aquatilibus, & circa aquam emergentibus complectitur. Libris verò XXXIII. & XXXIV. metallorum naturam & usum. Quanta ubique Agricolis, Medicis, Philosophis messes? Volumine XXXV. picturae honorem, celebriorum artificum tabulas, undeque colores emerserint: XXXVI. lapidum naturam, & marmorum diversitatem, celeberrima toto Orbe sculptorum nomina, fossilia &c. elegantissimè persequitur; quae sanè omnia picturam, architectonicen, statuariam exercentibus evadunt necessaria [b], cum pinacothecam, & museum non alibi inveniendum hisce libris literariae Reipublicae, & artium cultoribus aperuerit. Gemmis demum descriptis gemmeâ sanè coronide immensum opus absolvit, unde nobis iterum liceat Divi Hieronymi verbis uti: *in opere pulcherrimo naturalis historiae tricesimum septimum librum, qui & extremus est, lapidum atque gemmarum disputatione complevit*: atque alibi: *post multiplicem rerum omnium scientiam de gemmis, & lapidibus disputat*. Rectè igitur Plinius a Divo Augustino *doctissimus homo*, atque a tot neotericis [c] appellatur; omnique jure illi Lipsius *Magni* cognomen adaptavit, cum omnia quae in naturali historiâ inveniuntur ad acutissimum philologum pertineant, qui incredibile studium in auctorum emendatione, & judicio sibi proposuerat. Hâc de causâ Jacobi Bellogradi viri celeberrimi, mihique longâ familiaritate noti judicium summopere improbabo, cum tanta minùs ad rem in Plinium congerat (2), a quibus tam docto seculo utique erat abstinendum.

Hujus

ANNOTATIONES.

(1) Hillus (*Hill*) cum *vegetabilium* systema (si vocibus parum latinis ob sermonis inopiam uti licet) patrio idiomate publicaret, in hanc speciem Plinium extollit, deprimitque (*d*). *Tandem Plinius apparuit, cujus opus maximo habetur in precio, cum antiquorum observationes omnes, atque experimenta breviario perstringat, quorum autographa, & melior pars ad nos minimè pervenit. Caeteroquin Plinius magis Stoicus, quàm herbarius dignoscitur. Collectiones millenis falsitatibus repletae, & confusissimae. Homini nihilominus hanc scientiam possidenti perutiles evadent*. Viri docti, & viventis bonâ veniâ illum subsecivis tantùm horis naturalem historiam voluisse crediderim, cum Plinium Stoicorum hostem (*e*), atque ab eorum placitis ubique recedentem, Stoicum faciat. Quae falsitatem in naturali historiâ redolent, num Plinio, an auctoribus, unde desumpta, attribuet? Si Plinio gratias agit, quòd tanta e communi naufragio subduxerit, cur illum arguit ex partium dispositione? Id non aequo feram animo, cum in tam dissitis materiis nil magis analogum possit inveniri; mihique, ut puto, eruditi invicem suffragentur.

(2) Ejusdem auctoris italica verba ponam, ne omnia latinè reddendo cum Plinii sententiis attumulentur (*f*): „ Non sol „ si tenne sull'orme d' Aristotile Plinio, ma con piè più franco s' accinse a battere nuove vie, e a propagare i Lu„ nari influssi a vantaggio d' infiniti viventi, e vegetabili. Nel libro secondo vuole, che tutt' i testacei sieno soggetti „ al dominio dispotico della Luna; e da essa dipenda il crescere, e il dimagrare = *Potestate Lunari ostrearum, conchy„ liorumque, & concharum omnium corpora augeri, & rursus minui*. Nel libro 9. applica la stessa virtù a tutti i cro„ stacei = *Omnia ejus generis hyeme laeduntur: autumno, & vere pinguescunt, & plenilunio magis; quia noctem sidus „ tepido fulgore mitificat*. Ma se io dirò, che la maggior parte della Storia Naturale di Plinio è una compilazione „ di notizie prese da autori Latini, e Greci; e che egli quasi altro non v' ha messo del suo, che l'ordine, e il me„ todo senza critica, e senza esame di molte cose; e se aggiugnerò, che in infiniti passi di tal' Istoria è stato con„ vinto di manifestissimi errori, non dirò altro che ciò ch' egli stesso dichiara nella sua prefazione, e ciò che han „ dimostrato Filosofi valentissimi nella discussione delle sue opinioni, e nella pruova delle moltissime scoperte contraddi„ zioni. *In questi 36. libri s' è da noi inserito ciò che avevamo raccolto da cento scelti autori, e dalla lezione di due*

„ *mila*

[a] *Lib. II. epist. 26.* [b] *Vide Adrianum, Junium, Datum &c.*
[c] *Vide Nicol. Heinsium in Adversar.* [d] The Vegetabl. system *lib. 1.*
[e] *Vide praefat. histor. natural.* [f] Dell' influsso degli astri ne corpi terrestri *pag. 128.*

Hujus igitur, atque Hilli objectis respondentes, aliis subsequenti Disquisitionum volumine faciemus satis, cum in praesentiarum in id praesertim nitamur, ut primum

mum

ANNOTATIONES.

„ *mila volumi. Ex lectione duum millium circiter voluminum, ex exquisitis auctoribus centum, inclusimus 36. volumini-*
„ *bus*. Non dubita egli stesso che la sua opera sia difettosa, e imperfetta, per esser parto d' uomo: *Nec dubitamus*
„ *multa esse, quae & nos praeterierint. Homines enim sumus*. Apporta ancora un altro titolo che assai lo scusa, cioè
„ la distrazione de' suoi impieghi politici, militari, e civili, che non gli lasciavano altre ore libere alle lettere,
„ ed agli studj, che le notturne furtivamente sottratte alla natura, ed al sonno. Da ciò si scorge, che un' opera
„ composta alla lucerna non può contenere osservazioni dell' autore, che l' aurebbero obbligato a inerpicarsi sull' erte
„ roccie de' monti, a penetrar negli screpoli, a precipitar ne' burroni, e finalmente navigare fino all' ultima Tule per
„ raccor dopo un secolo la materia appena d' un solo, non che di 36. volumi. Pare che Plinio abbia preso il testo
„ di sopra addotto da M. Tullio (*a*), ove egli colle stesse parole esprimendosi dice = *ostreis, conchyliisque omnibus*
„ *contingere, ut cum Luna crescant pariter, pariterque decrescant*, non come chi apporta una osservazion sua, ma co-
„ me chi prendela dagli Stoici, i quali volevano un non so quale simpatico commercio tra tutte le cose, che com-
„ pongono il sistema della natura. Quindi siccome Plinio verisimilmente da Aristotile, e da M. Tullio, questi da-
„ gli Stoici; così essi dalle memorie d' altri più antichi Filosofi avranno tali notizie trascritte; onde salendo alla
„ sorgente o non si troveranno accreditati osservatori, o si ridurrà la cosa alla voce del volgo sempre credulo, e su-
„ perstizioso. Nella cena fatta da Anniano Poeta (*b*) a' suoi amici, tra' quali eravi Agellio, ritrovandosi l' ostriche
„ apposte smunte, e magre, ne fu la cagione attribuita all' invecchiar della Luna e ne fu addotta la sola autorità di
„ Lucilio Poeta = *Luna alit ostrea & implet Echinos, muribus fibras* =, *Et pecui addit*, il quale da altro Poeta di lui più
„ antico avrà forse imparata, o intesa l' azion della Luna nelle ostriche, come da esso Manilio, e Orazio per av-
„ ventura avranno fatto acquisto d' una tal cognizione (*c*): = *Sic submersa fretis, concharum, & carcere clausa* = *Ad*
„ *Lunae motum variant animalia corpus*: (*d*) = *Lubrica nascentes implent conchylia Lunae*.
„ Penso, che dal fin quì detto rimarran persuasi i saggi, e discreti uomini, non esser ancor dimostrata la verità del
„ fatto da Aristotile, da Plinio, e da altri prodotto circa l' azion della Luna ne' testacei, crostacei, ed altri viven-
„ ti; e restar luogo a dubitarne, finchè s' aggiungano nuove osservazioni. „ Huc usque Bellogradus torrenti, ac meditatâ oratione lectorem blandiens in Plinii scripta debacchatur, quamvis ea tractet, quae a tantis nostro aevo jam tradita, adhuc inexplorata dici possunt; sed ubi etiam haud dubiis constaret argumentis nullam in testaceis Lunae potestatem dignosci, quâ ratione magis in Plinium, quàm in Aristotelem vehemens fertur? De hoc Plinius (*e*) *Alexandro Magno Rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegatâque hâc commentatione Aristoteli, summo in omni doctrinâ viro aliquot millia hominum in totius Asiae, Graeciaeque tractu parere jussa, omnium quos venatus, aucupia, piscatusque alebant: quibusque viviaria, armenta, alvearia, piscinae, aviaria in curâ erant, ne quid usquam genitum ignoraretur ab eo quos percontando L. ferme volumina illa praeclara de animalibus condidit, quae a me collecta in arctum, cum iis quae ignoraverat, quaeso ut legentes boni consulant, in universis naturae operibus, medioque clarissimi Regum omnium desiderio, curâ nostrâ breviter peregrinantes*. Non igitur Plinio necesse erat montium rupes conscendere, rimulas scrutari, sese praecipitem, Nili exemplo, exesis vallibus committere, atque ad ultimam Thulem navigare, ni post centum annos unicum (non XXXVI.) ederet volumen: quando illius verba (qui sapientum magister appellatur) ob oculos habebat; cuique omnia physicis observationibus innotescebant. Verùm quando alia Aristoteli ignota addidit, se Cl. Bellogradi desideriis maximâ ex parte fecisse satis ostendit, neque loca Pliniomastix ignoraret, ubi majori diligentiâ peregrinans naturalem historiam intravisset. Plinius nivosa alpium juga, reconditas arborum fibras, rimosas insectorum latebras, praeruptos vallium sinus attentissimâ indagine consideravit; & quamvis ad Thulem usque minimè pervenerit, insulam tamen sex dierum navigatione a Britanniâ distantem Pytheae Massiliensis auctoritate ritè affirmat; atque illa de continuis diebus, ac noctibus reddit, quae Bellogrado in Matheseos studiis eximio placere utique deberent. Cui enim e contrario persuadet nihil justi, criticique judicii in Plinio inveniri, qui tanta ex Latinis, atque a Graecis praesertim vulgata reprobavit? Cum modestè dixit in operis praefatione non dubitare multa ei aufugisse, quia homo erat; non hâc de caussâ mancos, & erroribus scatentes labores suos indigitavit; imò iter habuisse non tritâ auctoribus viâ, & neminem apud Romanos, qui id quidem tentaverit, neminem apud Graecos, qui unus haec omnia tractaverit, eâdem epistolâ profitetur. Minùs etiam ritè laudatae praefationis verba interpretatur Bellogradus, tanquam politicae, & militares curae, non aliud linquerent studiis tempus, praeter naturae, & somno ablatum. Dum subsecivis horis ista curaret Plinius, diurnae quoque veniunt supputandae; praeterquamquod quantas naturalis historia notiones exposcebat, quas auctor collegerat, antequam Flavia domus rerum potiretur? neque enim tunc Principum familiaritate, neque urbanis officiis distentus a studiis vel miles, vel res Caesarum procurans arcebatur; quamvis omnia scientiae cupidis tempora inserviunt. Plinii igitur verba iis accommodet Bellogradus, quae sororis filius de avunculo recitavit, postquam naturalis historiae libros opus esse diffusum, eruditum, nec minùs varium, quàm ipsam naturam testatus est (*f*). *Miraris, quòd tot volumina, multaque in his tam scrupulosa homo occupatus absolverit. Magis miraberis, si scieris, illum aliquando caussas actitasse, decessisse anno sexto, & quinquagesimo. Medium tempus distentum, impeditumque quà officiis maximis, quà amicitiâ Principum egisse. Sed erat acre ingenium, incredibile studium, summa vigilantia. Lucubrare a vulcanalibus incipiebat --- Statim a nocte multâ, hyeme verò ab horâ septimâ, vel cum tardissimè octavâ, saepe sextâ --- Ante lucem ibat ad Vespasianum Imperatorem, nam ille quoque noctibus utebatur, inde ad delegatum sibi officium. Reversus domum* QVOD RELIQVVM ERAT TEMPORIS STVDIIS REDDEBAT --- *liber legebatur, adnotabat, excerpebatque --- Mox quasi alio die studebat in coenae tempus. Super hanc liber legebatur --- Haec inter medios labores, urbisque fremitum --- in itinere quasi solutus caeteris curis huic uni vacabat. Ad latus notarius cum libro, & pugillaribus, cujus manus hyeme manicis muniebantur, ut ne caeli quidem asperitas* VLLVM STVDIIS TEMPVS ERIPERET, *quâ ex caussâ Romae quoque sellâ vehebatur, nam perire omne tempus arbitrabatur*, QVOD STVDIIS NON IMPERTIRETVR &c. Videtur Bellogrado Plinium ea, quae de testaceis retulit, a M. Tullio accepisse, atque hunc a Stoicis: mihi iisdem videtur hujusmodi Bellogradum ex Harduino excribere (*g*): cujus etiam conjecturis (quamvis sodalis nomine dissimulato) adeò indulget, ut pro *nocte* legat *noctem tepido fulgore mitificat* (*h*), quâ de re suo loco.

Vt ad praesentem revertar quaestionem, Bellogradus post tot in Plinium congestas injurias, suffragia prudentum catorumque hominum recolligens, non adeò clara affirmat ab Aristotele, & Plinio de testaceis tradita, ut in iis, crustaceis, aliisque viventibus lunarem agnoscamus potestatem. Si dubia igitur adhuc sunt, cur ex hoc, & similibus infinitorum errorum, manifestarum, pluriumque contradictionum reum unicè facit Plinium, quem cum caeteris auctoribus ad usum Delphini illustratis compararet Harduinus, omnibus praeposuit? *At qui nihil*, inquit (*i*), *in iis volumi-*

mini-

[a] *Lib. II. de divinat.* [b] *Gell. Noct. Att. XX. 7.* [c] *Astron. lib. II. v. 93.*
[d] *Sermon. lib. II. Sat. IV. vers. 30.* [e] *Libro VIII. 16.* [f] *Lib. III. 5.* [g] *Vid. II. Plin. lib. pag. 94. num. 3.*
[h] *Vid. Plin. Harduin. lib. VIII. pag. 518. num. 14. & pag. 541. emendat. LXXVII.* [i] *In praefat. ad Delphin.*

mum Plinio librum vindicemus, quem auctori suo parum cautè Harduinus abripuit. Haec eo libentiùs agenda censemus, quòd lucubrationum nostrarum specimen in Disquisitionibus promitur, & Plinii ad Titum epistolam antiquis collatam exemplaribus, atque emendationibus adauctam, novâque italicâ interpretatione ornatam exhibemus. Haec utpote res admodum difficiles, graecas voces, & sententias complexa, ab interpolatoribus, atque amanuensibus desigurata infinitas aerumnas fuerat perpessa; nam pleraque vitiaverant, attextumque indicem prout lubebat, modò auctum, modò truncatum exscripserant (a). Permulti medicas primo naturalis historiae libro manus adhibuerant (quos inter Barbarus, Perotus, Regius, Vitellius, Benedictus Jovius (1)) cum plurimis postmodum exactis annis integro Plinio repurgando suam navavit operam Johannes Harduinus, eamque praestitit anno CIↃIↃCXXCV. aureum opus notis atque emendationibus illustrans. Neque enim tum dubitavit, quòd alteri praeterquam Plinio hujusmodi ad Titum praefatio esset adscribenda: quamvis naturalem historiam titulis, seu capitibus interpolatam ritè agnovisset. Aliquot post annos (quam ob caussam ignoro (2)) veteris testamenti chronicam digerens historiam (3), inconsulto calamo inauditam antea sententiam profudit, & Plinio praefationem, & auctorum elenchum surripuit. Similia in posteriori naturalis historiae editione anno CIↃIↃCCXXIII. resovit; sed erroribus errores addens, cum Secundi cognomen Plinium a matre accepisse conjectans: *quam obrem*, ait, *Pomponius Secundus vates affinis ei fuit, natus similiter ex Pomponio patre, & matre Secunda Plinii Secundi matertera. Et ea causa fuit, cur Plinius Pomponii Secundi vitam retulerit, ut ipse prodidit libro XIV. sect. VI.* Allatis conveniunt, quae subjecit, ut patriam Pliniae gentis prout Pomponiae Romam fuisse affirmaret; aliqua demum ex naturali historiâ exhibet loca, quibus Plinium se Romanum profiteri, & villam ei in Campaniâ fuisse affirmavit; sed cum adhuc *No-*

voco-

ANNOTATIONES.

minibus, quae tibi dicata ante hunc diem, sparsum occurrit propemodum, quod non in isto praedivite rerum omnium penu, quem in praesenti sistimus, multo sit uberius splendidiusque collectum. Sive Latini sermonis elegantiam, sive sententiarum majestatem, sive stili acumen, seu rerum denique uberem copiam desideres, unus omnium vices praestare Plinius jure possit. Quamvis igitur Plinio circa Lunarem in testaceis potestatem Rohaultius, & neotericorum plerique refragentur; alios in contraria abeuntes, & oppositis innixos experimentis ad secundum Plinii librum congessimus, quae fortassis publicam lucem aspicient. Lunari potestate maris aestus accedere, & reciprocare, & ipse fatetur Bellogradus, & admirabilem adeò maris cum Lunâ connexionem asserit Harduinus, *ut caecum esse necesse sit, qui non animadvertat* (b). Jumentorum morbos cum Lunâ increscere, ac minui, omnibus in confesso est; idque Equis meis contigisse non unicâ vice indolui; & scio. Igitur, cum portentosam Lunae vim in mari, ac terris agnoscamus, *& Luna in omnibus in tempore suo* (c) operetur: cur ejus vis in testaceis, aliisque in animantibus his tantùm seculis evanescet? Quia id neotericis placet, aliis diversa arrident. Jacobus Beretta hortulo nostro praepositus, cujus in alendis floribus, plantisque, & frugibus peritiam Bellogradus ipse extollit: hoc anno nobis ostendit lactucam crescente Lunâ terrae commissam semen longè citiùs, quàm decrescente emittere: pullos itidem ovis eductos crescente faciliùs quàm decrescente Lunâ moveri ex villicarum observatione adnotavi. Quâ verò ratione hujusmodi contingant, haud facilè homo explicabit. — *I caratteri son chiari,*
Ma il linguaggio è troppo oscuro.

Haec igitur contra Clarissimi Bellogradi scribendi methodum magis, quàm contra illius sententiam dicta sint; nam a Plinii dictis utique poterat recedere, dummodo in virum de naturali historiâ optimè meritum injurius minimè fuisset. Cum noster *omnium rerum memorabilium collector, judex ingeniorum summus, aestimator acutus, admirator disertus* a Politiano, atque Ochibovio celebretur, (d) & *magnum opus* teste Nicolao Heinsio nobis reliquerit (e), Pliniumque in rebus enarrandis diligentissimum, Italiae decus Joh. Marchio Polenus proximis annis nobis ereptus praedicaverit (f).

(1) Horum plerique in praefatione emendandâ operam collocarunt, ut suo loco memorabimus.

(2) In primâ naturalis historiae editione Plinium ex communi eruditorum sententiâ Veronensem dixerat Harduinus: de quo mihi retulit Scipio Marchio Maffejus permutatae sententiae originem ex subortis cum Henrico Norisio disputationibus habuisse; ideoque ut purpurato Veronensi rem minùs gratam faceret, illi tam illustrem civem ademisse. Haec ubi vera sint, ad puerorum ineptias accederent.

(3) *Neque enim*, ait (g), *ullam fidem meretur, qui primus ipsius Plinii liber nuncupatur praefationem complexus scilicet, indicemque capitum, & auctorum. Esse quippe pannum subdititium, attextum ab interpolatoribus (tametsi ille nobis ipsis fucum fecit olim) ut ceteris nunc abstineamus argumentis, vel una stili praefatione incredibilis a reliquo opere dissimilitudo admonet. Neque vero hunc librum ipse laudat libro* XVIII. *pag. 505. ut alias opinati sumus, sed ipsius voluminis seu libri XVIII. Section. V. ---- dum porro Plinius toties nostrae urbis dicit, se palam & aperte Romanum profitetur, Veronensem nunquam.*

[a] *Vide Zeigler. pag. 384.* [b] *Ad Plin. lib. II. pag. 117. num. 1.* [c] *Ecclesiastic. XLIII. 6.*
[d] *De Canone Studior. pag. 103.* [e] *Adversar. lib. III. cap. XV. pag. 518.*
[f] *In epist. ad Bandin. pag. VI.* [g] *Chronolog. vet. testament. pag. 572.*

vocomensis vocabulum in Plinii elogio, quod Suetonio tribuitur, aliquid negocii faceret; illud a vetustioribus libris expungendum voluit, ut sibimetipsi statim refragaretur, cum ab hoc vocabulo Divum Hieronymum deceptum fuisse collegit: (1) progressus subinde ad ipsius praefationis interpretationem, ubi ad conterranei vocem accedit *Conterraneum*, inquit [a], *ex eadem terra & patria. Veronensem fuisse Plinium colligunt ex hoc verbo, Polycarpus Palermus, singulari opere de Plinii patria, & Scaliger in Eusebii chronico — — iisdem tamen haud assentior, neque Turnebo, Pellicerio, Passeratio, aliisque, qui secuti Camertis indiculum Plinianum, re haud sane satis expensa, pronunciant illud* Conterraneum, *esse quod Plinius vocet castrense verbum. Tum novitas autem vocis illius, aliarumque similium, tum vero multo magis ingens ac manifesta stili ingeniique disparitas, & sat frequens pugna sententiarum cum ipso corpore historiae naturalis, etiamnum suadent — non esse hanc Praefationem vere Plinii fetum, sed suppositum; aeque atque adtextum ei Indicem subsequentem, de quo id ipsum in priori ipsa jamdudum editione probavimus.* Novissimam hanc Harduini opinionem illo adhuc vivente rejecerunt Matthaeus Crosius (2), & Joh. Albertus Fabricius [b]: intactam tamen reliquunt hanc manifestam ingentemque styli differentiam, & frequentem sententiarum pugnam, cui praecipuè in veteris testamenti chronicis tabulis, & in naturalis historiae limine inniti videtur Harduinus. Illustris Maffejus nihil Plinianum magis toto in opere inveniri affirmat [c], quod ex diametro Harduini verbis opponitur; additque illum multiplici contradictione implicari, cum annotationibus exornet, quae vix ante supposititia judicabat. Haec ultima, quae Harduini asseclis levia videri possunt (cum aliqua licèt subdititia (3) interpretationem extorqueant) validiori ratione firmare satagam, ut Harduinus suo veluti gladio confodiatur. Omissis igitur, quae in illum Funcius congessit [d]: quid aequo lectori statuendum videretur, ubi Harduinus ereptam Plinio statim redderet praefationem? Postquam Gelenium arguit, quòd vetere neglectâ scripturâ *ut objicere moliar Catullum* — — insigni licentiâ excuderit, *ut obiter emolliam Catullum conterraneum meum, ille enim, ut scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit, quam volebat existimari a Veraniolis, & Fabullis:* ut allata verba genuinae restitueret lectioni, haec addit [e]. *In his igitur vitium omne, si quod est, latere necesse est, non in illis: in quibus tamen unis obstinato omnes fere animo haerent. Sed* setabis *certe, non* syllabis *Plinius scripsit*,, Si igitur de saetabis (4) Plinius sermonem habuit, hanc praefationem scripsit, & non scripsit. Si Catulli verba, prout a vate edita, mutuatur: ad ipsum allata epistola spectat, & non spectat. Si Plinius teste Harduino *Neque vero ita fui, neque ita decori oblitus est, cum haec scriberet, ut in primo statim epistolae limine, in ipso salutationis aditu, Grammaticum ageret, in eoque esse ibi vellet, ut duriusculum emendaret versiculum, & ad normam legesque reduceret, ac in nugis ejuscemodi Principem detineret*: ad auctorem in operis prolegomeno vulgata pertinent, & non pertinent. Praefationem Plinio adimens Har-

ANNOTATIONES.

(1) Quâ ratione Hieronymus a vocabulo, quod minimè existebat, decipi poterat! Contra si *Novocomensis* dictio, Hieronymo Eusebii Chronicon ad Constantini vicennalia deducente, in Suetonii Pliniano elogio apparebat, cur illam in melioribus codicibus desiderari affirmat Harduinus? Fortasse exemplaria quarto, & quinto Christiano seculo vetustiora invenit, qui annorum (ut creditur) IↃCCC. vetustius non vidit? Consule infra librum XIII.

(2) *La Croze*. Vindiciae veterum scriptorum pag. 149.

(3) Quamvis Harduinus praefationem Tito inscriptam, auctorum & rerum elenchon, legitimum Plinii opus minimè judicaret: nihilotamenminus in quadam necessitate positus videbatur, ut allata illustraret, cum adhuc primum naturalis historiae librum constituant; cui juxta Harduini opinionem genuini voluminis loco successerunt. Quod evadit inexpiabile, est eodem contextu Plinio epistolam eripere, atque reponere, quando illam ignoto scriptori assuere utique debebat.

(4) Ita enim non *setaba* scribendum ostendemus libro VIII.

[a] *Tom. I. pag. 1. numer.* 8. [b] *Bibl. latin. tom. I.* 13. [c] *Veron. illustrat. par. II. lib. I.*
[d] *Pag.* 548. [e] *Not. & emendat. pag. 7. num.* 1.

Harduinus procul dubio oblivifcitur, fe in ipfo vigiliarum fuarum limine edidiffe *Immenfas rerum naturae opes tibi offero*, SERENISSIME DELPHINE*: quas cum Vefpafiani filio majori natu Plinius Secundus olim dicaret, dignum Imperatoria patris majeftate, dignum utriufque faftigio donum dediffe vifus eft*. Plura fubinde a Pliniano prooemio defumpta Ludovico Delphino adaptat, ut pugnantes adeò fententiae unico contextu adnotatae fatis indicent commenticia curtis pedibus incedere. Mirandum femper evadet, iis Societatis fuae cenforibus (quorum caftigationem libri in publicum emittendi fubeunt) infignes adeò contrarietates, vel latuiffe, vel typis cudendas permififfe.

Poft epiftolam Plinio ademit Harduinus indicem capitum, & auctorum huic volumini annexum. Haec licèt Harduinum fugillantibus minùs placuerint, non abfque aliquâ ratione ab eo peracta funt: imò ita facienda exiftimo, ut e naturalis hiftoriae corpore omnino capita amoveantur: rerum verò, & auctorum notitia collatis invicem probatis exemplaribus Plinianae epiftolae fubjiciatur. Primus indoctam capitum divifionem in naturali hiftoriâ obfervavit Coelius Calcagninus illuftre apud Ferrarienfes gentis fuae decus, & antiquae lectionis inveftigator (1). Zeiglerus verò ad laudatum Coelium ex plufquam indoctis infcriptionibus, & capitum fectionibus a nativâ difpofitione naturalem hiftoriam detortam teftatur; & ab eâdem quoque indoctâ audaciâ primum librum a fuâ legitimâ facie exclufum indoluit (2). Hos igitur tanquam faces Salmafio, Joh. Laetio (3), ac fubinde Harduino illuxiffe credo, ut ineptiffimas capitum fectiones amputarent: quod ultimo in naturali hiftoriâ tandem peractum debemus. Confilium fuerat Laetio de tollendis capitum lemmatibus, unde voluminum ordo, & textura deformatur; fed nefcio quo malo fato fciolorum metuens quaerimonias ab illâ deftitit mutatione, quae viro docto neceffaria caeteroquin videbatur (4). Tali pacto homo Belga indicato neglectoque itinere metae gloriam Harduino reliquit, ut monftruofas, & pugnantes perfaepe lacinias invictâ forcipe refecaret. Et fanè cum harum nufquam Plinius meminerit, quâ ratione contra auctoris mentem, atque elegantiffimam incorruptam connexionem admittentur (5)? Gellius qui tot vicibus ad naturalem hiftoriam provocavit, Junius Philargyrius, Prifcianus, aliique nullas in naturalis hiftoriae libris capitum fectiones agnoverunt (6). Quin etiam Ifidorus Hifpalenfis (a) Beda (b), & Vincentius ipfe Bellovacenfis (qui Plinium quafi tranfcripfit) unicè ad naturalis hiftoriae libros accefferunt. Infititiam denique hanc voluminum fectionem oftendunt infinitae partitionum difcrepantiae, quae tum in pennâ exaratis, quàm in cu-

ANNOTATIONES.

(1) Confule epiftolarum lib. IV. ubi legimus: *nec enim Ariftoteles, ficut nec Plinius in capita fua volumina diftinxerunt* (c).

(2) Hujufmodi oftendunt quantum lolii, & fpinarum occurreret in naturalis hiftoriae praefatione, & annexis primo libro, cum fua Zeiglerus vulgaret commentaria anno 1531. (*d*) Quidquid igitur in hâc epiftolâ floridum Plinii ingenium, & ftylum relucere Maffejo concedamus; adhuc multa cubant; quae Daelio indigent natatore, ut priftinae, atque ab editis diverfae lectioni reddantur.

(3) Hic ab aliis *Latius* dicitur; ipfe etiam latinè *de Laet* fcribere gaudebat. Confule praefationem hiftoriae naturalis praepofitam anno 1635.

(4) In allatâ ad Hieronymum Bignonium Plinianâ praefatione, five epiftolâ haec legimus: *Confilium fuerat lemmata capitum tollere --- mutatio haec mihi neceffaria videbatur*.

(5) *Aquilonis*, ait Plinius (*e*), *fitum, ventorumque reliquorum nos diximus fecundo volumine*; item *at nos priore libro imbres, & flatus cavendos frugum caufsâ, fructufque praemonebamus* (*f*) ---- *reperiuntur in nidis Aquilarum, ficut in decimo volumine diximus* (*g*) --- *maximam hujus loci partem ftercorationis obtinet ratio, de quâ & priori diximus volumine* (*h*) --- *Inventores auri, ficut metallorum ferè omnium feptimo volumine diximus* (*i*) &c. Vel calami igitur, vel memoriae lapfu legitur apud Nicolaum Heinfium (*k*) *Plinius libro primo naturalis hiftoriae cap.* XXVII. cum provocet ad fecundum magni operis volumen.

(6) Praeter hos confule reliqua auctorum teftimonia, quae libro quarto proferuntur, & multa alia exempla videre eft apud Plinium, quae nimii ne fimus, lectori relinquimus; qui & Salmafium rogare poteft in prolegomenis ad Solinum.

[a] *Origin. lib. XII. 2. 6. &c.* [b] *De ration. tempor.* [c] *Vide fol. 48. & 53.* [d] *Comment. in Plin. lib. II. pag. 384.*
[e] *Lib. XVII. 4.* [f] *Lib. XIX. initio.* [g] *Lib. XXXVI. 22.* [h] *Lib. XVII. 23.*
[i] *Lib. XXXIII. 3.* [k] *Adverfar. lib. III. cap. XVII. pag. 541.*

in cusis exemplaribus inveniuntur, quod eâ ratione contigit, ut interpretes, & typographi, codicis, quem prae manibus habebant, fidem secuti, amanuensium improbae opinioni accedentes, tam diversas capitum sectiones, & titulos triginta sex voluminibus inoculaverint, quantùm unus ab alio exscriptor distabat. Hanc perpetuam sanè capitum pugnam videre est in Caesareo Vindobonensi, in Regiis Taurinensibus, Escorialensibus, Toletano, inque Ambrosianis codicibus, & maximè in chartaceâ Plinii historiâ, quam Lucae apud V. P. Franciscum Mariam Florentinum conspexi; ubi si capitum divisio esset amplectenda, rectiùs quàm in caeteris exemplaribus materies distribuitur. Verùm nullas capitum sectiones ab auctore appositas, praeter continuam rerum seriem, evincit celeberrimus membranaceus Codex eâdem in urbe asservatus, qui *Canonicorum*, ut ajunt, in Divi Martini Ecclesiâ degentium bibliothecam exornat. Hic Magno Karolo imperante exscriptus (1); ideoque quasi ad millesimum annum accedens, ex multorum operum collectione componitur. Visuntur ibi quaedam ex Plinii XVIII. libro successivâ progressione mutuata, cui titulum amanuensis praeposuit: *De divisione temporum*. Per ea incipit verba. *Autumnus a fidiculae occasu ad aequinoctium*, quae in editis exemplaribus tricesimo primo hujus voluminis capite assignantur. Suppositiae partitionis ne vestigium quidem in Lucensi codice apparet, nullâque aliâ additâ sectione ad supremam decimioctavi libri coronidem incorruptâ serie pervenitur. Patet igitur, caeteras divisiones a sciolis (uti priores) in naturalem historiam inductas, cum edita ante Harduinum exemplaria in quatuor adhuc partes hocce volumen discindant, quodve typographi trigintaquinque capitibus absolverunt. Hujusmodi comprobant, quàm rectè Salmasius non uno loco, & praesertim in prolegomenis ad Solini polyhistora suum proferat judicium, ubi *exemplum*, ait, *hujus rei praebet historia Plinii, quae in antiquissimis, & melioris notae codicibus singulos libros continenter scriptos, nec ullâ capitum, aut titulorum interruptione dissociatos, aut dissectos profert. Nec secus contextam historiam oportuit, ut inscriptio eam nuncupat. Etenim varias quidem res historia, & multiplices tractatus comprehendit, sed omnes ita invicem connexos, & narrationis serie copulatos, ut nullum pateat interstitium, & transitu fallente non aliâ, quàm librorum distinctione censeatur.*

His, ut puto, satis superque comprobatis, facili negocio diversa affirmantibus occurremus. Neque enim innumerorum auctorum dicta nos urgent, qui resecanda omnino capita in Plinii voluminibus receperunt. Plerique enim pecudum more, non quò eundum, sed quò itur, caeteros eis priores subsecuti vix mentem Capitum contrarietatibus apposuerunt. Leo Allatius, qui magnum inter eruditos sui temporis occupavit subsellium, nostrae quidem opinioni refragatur; sed dicta infirmis argumentationibus vallavit, dum Capitum sectionibus favens: *hanc*, ait (a), *Plinii fuisse mentem a nullo alio praeterquam ab ipso Plinio testimonium sumam: ipse siquidem, qui libros operis in capite subdivisit, & compendio capitum argumenta complexus est, capiti illam tantum summam praefixit* „ De generibus chartarum, & quomodo „ chartae fiant, & de chartarum probatione, & vitiis, & glutino earum (2) „ ad-

ANNOTATIONES.

(1) Laudatum exemplar diligenter inspexi apud humanissimum, doctissimumque virum Dominicum Mansium e Congregatione Matris Dei mense Septembri anni 1752. illo siquidem ex Dominorum facultate utebatur Mansius, qui etiam de insigni codice commentariolum vulgavit. Notandum hoc loco imperitum amanuensem excerptis a naturali historiâ titulum fecisse. *De Divisione temporum Pleni Secundi*: quâ epigraphe tum in lemmatis additione, tum in Plinii nomine peccavit.

(2) Paullus Galeardus vir optimus, & clarissimus (per quem ego toties profeci) amanuensium inscitiam culpabat quidem in capitum sectionibus: verùm aliam in naturalis historiae voluminibus amplectendam conjiciebat (*b*): Subinde post vulgatam hujusmodi opinionem argumentis nostris adhaesit.

[a] *Animadvers. num. LVII. pag.* 125. [b] *Vide Antonii Sambucae collect. de antiq. Cenoman. sed. pag.* 88.

ditque ſtatim Allatius *capitis titulum non ab aliis, ſed ab ipſo Plinio concinnatum comprobat liber proximus, quem ille operi praepoſuit Praef. ad Titum Veſpaſianum* „ Quid „ſingulis contineatur libris huic epiſtolae ſubjunxi.„ Bonâ eruditiſſimi viri pace, dum Plinius, quid ſingulis contineretur libris praefationi addit, libros ipſos in capita ſectos fuiſſe minimè affirmavit. Quare rerum indicem, & auctorum ſyllabum ſubjeciſſe (quod ab Harduino negatur) omnibus praefationem recipientibus conſtare debet; in capita verò hujuſmodi ſummarium diſtinxiſſe, neque in hâc ſecundâ primi voluminis parte credendum eſt: eâ potiſſimum ex cauſsâ, quòd naturalis hiſtoriae volumina nullis interjectis ſectionibus voluit ſeparare; idque ex connexâ verborum dictione, fluenteque rerum texturâ facilè dignoſci poteſt. Jure igitur, meritoque ad tollendam incongruam capitum ſciſſuram Salmaſius exſcriptorum commenta e naturalis hiſtoriae corpore expungens, Plinium materiarum indicem ſingulis libris comprehenſarum univerſo operi praepoſuiſſe, & epiſtolae ſubjunctum totis artubus contendebat. Inde lector omnia ſubinde tractata facilè inveniens: alterius, & incompoſitae texturae minimè indigebat (1). Hoc ſanè pacto rerum, & auctorum indicem Plinius operi praepoſuit; itemque veroſimile videtur (quod alibi conjecimus) auctorem imprimendorum librorum uſu deſtitutum ingentis operis folia numeralibus quibuſdam notis ſignaſſe, ad quas provocans Titus, de rerum veritate, de nominibus ſcriptorum, atque teſtimoniis poſſet judicare, & omnia in naturalis hiſtoriae libris deſcripta invenire. Argumentum fulciet Vaticanus codex arabico numero 1953. diſtinctus, & caeteris Pontificiae bibliothecae vetuſtior, ubi rerum capita nullis diſtincta Arithmeticae notis, ſed ipſis unicè voluminum foliis accommodantur (2). Hinc licet ſuſpicari tantam capitum, & ſectionum differentiam effluxiſſe, eo quia amanuenſes, qui naturalem hiſtoriam exſcripſere, hanc diviſionem ſuorum exemplarium ſecutâ habitudine interpolaverunt, & ſubinde in ipſo operis corpore, prout libuit, inocularunt (3). Id etiam videntur indigitare diverſi omnino codices, & ipſae etiam primigeniae editiones. Exemplo ſit Romana, quae anno CIƆCCCCLXX. prodiit, ubi abſque numero capita, ſive ſectiones in tabulâ praefationem ſubſequente intuemur. In ipſo demum opere nullis ſectionibus volumina diſtinguuntur; in alterâ verò, quam iidem typographi anno CIƆCCCCLXXIII. recudere, numerabilibus notis hujuſmodi imaginaria capita diſtinguere maluerunt.

Hucuſque dicta ſatis ſuperque Calcagnini, Zeigleri, Salmaſii, Laetii, & Harduini argumentationem firmant, ut a naturalis hiſtoriae corpore malè ingeſta capita ſummoveamus. Vt illa demum unà cum praefatione ad primum operis librum con-

ANNOTATIONES.

(1) Ad hoc, inquit Salmaſius *facti illi indices rerum conditoribus, ut cognitionem lecturis perſtruerent, quo ſcirent quid in eo libro quaeri deberet, quid inveniri poſſet, atque hoc ipſum deſiderantibus ſtatim ad manum eſſet, ut ipſe Plinius teſtatur. Nec propterea putandum ſingulis locis inſcriptos eoſdem titulos, quos in ſummam collectos veſtibulum operis oſtendebat. Immo vel ob id in limine praefixi omnes, quia in totâ voluminis texturâ nulli forent. Haec veluti* σύνοψις *erat, quae uno obtutu certiorem faceret lectorem de omnibus rebus, quae tractarentur in uno quoque volumine.*

(2) In primigeniâ editione anni 1469. Capita exhibentur, quae ſubinde in aliis impreſſionibus, uti typographis libuit, appoſita. Indicio ſit Stoërianum exemplar anno 1601. cuſum. Naturalis hiſtoria in tria volumina diſtribuitur, & cuique librorum tituli accommodantur: nempe *ſummatim haec inſunt libris ſingulis*. Primo tomo uſque ad XII. librum. Secundo Tomo uſque ad XXVII. exempli cauſsâ: *XII. libro Plantae odoratorum pag.* 3. XIII. *Plantae Arborum peregrinarum pag.* 17. & ſic de caeteris.

(3) Neſcio, an in totâ naturali hiſtoriâ contra auctoris mentem pugnantes capitum ſectiones inductas fuiſſe, meliùs oſtendatur, quàm ex viceſimo ſeptimo libro, ubi Plinius de Pantherâ loquens in fruſta conciditur tali pacto: *At illas ſtatim liberari morte, excrementorum hominum guſtu, demonſtratum. Quod certè caſu repertum quis dubitet? Et quoties fiat etiam nunc, ut novum naſci, quoniam feris ratio, & uſus in ſe tradi non poſſit.*

Quod omnium creaturarum conditor ſit Deus. Cap. III.

Hic ergo caſus, hic eſt ille, qui plurima in vita invenit, Deus &c. Inſititium capitis titulum refragante Plinii ſententiâ inductum omnes intelligent; nam ſcribentis verba Atheis faventia caſu omnia, & naturae attribuunt. Legendum enim „ *quoniam feris ratio, & uſus in ſe tradi non poſſit. Hic ergo caſus, hic eſt ille, qui plurima in vitâ invenit, Deus:* &c. Quâ igitur ratione optimum lemma, ſed oppoſitum auctori, non ab antiquis tantùm typographis, ſed a Manutio, & Dalecampio recipitur?

ſtituendum recipiantur, contra Harduinum ſcriptum animadverto, quòd ubi allata foetura auctori adimeretur, naturalem hiſtoriam triginta ſex voluminibus coërcitam haberemus, quando ex Plinii Caecilii teſtimonio triginta ſeptem fuiſſe comprehenſam innoteſcit [a]. Sed hujuſmodi parum fortaſſis Harduino negocii feciſſent, cum ille affirmaverit quidem, praefationem, auctorum, & rerum indicem ad Plinium non ſpectare; ſed eorum loco alia extitiſſe minimè negavit, quae ab auctore exarata primum volumen conſtituebant, quaeve ſaevo temporis morſu poſtea interciderunt. His mihi apud Colurnum objectis reddidi, nihil a praefatione, rerum, auctorumque indice diverſum primo naturalis hiſtoriae libro ineſſe potuiſſe, cum allata tanquam prodromus, ad reliquum operis inſerviant, & primi libri vice fungantur [b]. Quiſnam unquam negare poteſt hoc ipſiſſimum Plinii prooemium ab Aullo Gellio in Noctium Atticarum praefatione imitari? Graecorum librorum titulos a Plinio allatos, & naturalis hiſtoriae inſcriptionem eâ ratione profert, ut non aliam praeter memoratam ad Titum epiſtolam ob oculos habeat. Miror hujuſmodi Croſio, Fabricio, & Marchioni Maffejo minimè ſuccurriſſe, cum non ſolùm caeteris longè meliora, ſed Harduino indiſſolubilia evadant. Cuncta ſuo loco reddam [c], & Salmaſii verba in praeſens lectoribus ſufficiant. *Colorem hunc*, inquit [d], *e Plinio mutuatus eſt Agellius* (1), *qui in praefatione ſuâ ad Veſpaſianum* (2), *Graecos eo nomine obſtrigillat, quod in titulis conquirendis feſtivioribus miram curam ponerent*. Praefationem igitur, & connexa primum volumen conſtituiſſe, & ſubſequenti naturae hiſtoriam coepiſſe vel pueris conſtabit; atque hunc librum fuiſſe ordine ſecundum, ut notavimus, ipſemet Plinius teſtatum reliquit: *Aquilonis ſitum, Ventorumque reliquorum nos diximus ſecundo volumine* [e]. Item de Lunae aſpectu ad ruſticas operationes differens: *neque*, ait [f], *facilior eſt obſervatio, ac jam dicta a nobis ſecundo volumine*. Nullam igitur in Plinio librorum luxationem invenimus, cum omnia eodem numero, & loco, quo ab antiquis allata, appareant in naturali hiſtoriâ, quae veriùs trigintaſex, quàm trigintaſeptem voluminibus comprehenditur (3). Nihilo tamen minus primum ab operis corpore reſecare non debemus, cum iſtud reliquis veluti fax illuceſcat. Hinc Chriſtophorus Landinus trigintaſex libros naturalis hiſtoriae Plinium ſcripſiſſe teſtatus [g], praefationem, auctorum, & rerum ſyllabum inventori nequaquam ademit. Libenter igitur ab Harduini advocato ſcirem, quâ ratione de primâ naturalis hiſtoriae parte dubitari poſſit? quia id Harduino excidit? leve admodum, imò nullum argumentum. Hâc de cauſsâ doctiſſimo Jacobo Facciolato (nunquam ſinè honoris praefatione nominando) pluribus epiſtolis ad eum datis fortiter obſtiti, cum in criticis obſervationibus ad magnum Petri Daneſii *Dictionarium*, Praefationem eruditos Plinio abjudicare affirmaverit [h]. Harduini novam opinionem nemo, quòd ſciam, ſecutus eſt. Et ſanè cum in omnibus omnino codicibus, qui temporum injurias effuge-

 runt,

ANNOTATIONES.

(1) Salmaſius in eorum opinione fuit, qui *Agellium* pro *Aullo Gellio* dicere maluerunt. Vir antiquarius, & de Romanorum appellationibus peritus ſcire utique poterat, *Aullum* praenomen, *Gellium* nomen eſſe gentilicium. Neque enim hic auctor praenomine carere debet. Diſputationis locum fecit exſcriptorum negligentia, cum in aliquibus pennâ exaratis codicibus occurrat *Agellius*, quando reddendum erat *A. Gellius*: & tunc per A. *Aullus*, ſive *Aulus* emergit. In optimis exemplaribus invenitur AV. GELLIVS, unde dubitandi anſa de medio tollitur. Praeter ea, quae de Cornelii Celſi praenomine adnotavimus libro II. conſule Prouſtium (*Prouſt*) in praefatione ad Aul. Gellii Noctes Atticas. Calculum igitur reducere poſſunt ii omnes, qui etiam noſtro aevo improbandam methodum ſequuntur, quos inter Bellogradus paullo ante memoratus.

(2) Intellige Titum Veſpaſianum filium, atque hunc denotat Salmaſius; docti hominis ſcribendi rationem minimè ſequar, cum Veſpaſiani unico cognomine, ab auctoribus Titi, ac Domitiani pater reddatur.

(3) Plinius ipſe in praefatione ad Titum naturalem hiſtoriam XXXVI. Voluminibus incluſiſſe teſtatur.

[a] *Maffei Veron. Illuſtr. Par. I. lib. I.* [b] *Vide Leodegar. a Quercu Racemat. pag. 36.* [c] *Vide lib. VIII.*
[d] *Prolegom. in Solin.* [e] *Lib. XVII. 4.* [f] *Lib. XVIII. 22.* [g] *In praefat. ad Ferdinand. Regem Neapolis.*
[h] *Pag. 153. in voce* Conterraneus *numero CCLXXXIII.*

runt, haec Plinii praefatio appareat (1), quânam ratione operis initium auctori abjudicabimus? Styli manifestam disparitatem, & frequentem cum operis corpore pugnam sententiarum nemo praeter Harduinum invenit. Ego certè Plinianum prooemium (sublatis Librariorum mendis) inter aurei seculi reliquias reponendum censeo; itemque libenter scirem, quonam tempore tam grandis in naturali historiâ immutatio contigerit; num iis fortasse, quibus viri, a caeteris uti doctiores culti, omnia Graecorum, & pleraque Latinorum scriptorum nomina ignorabant? Quis enim saequiori aevo miranda apophthegmata aptè, & conclusè ingerere, & tantâ varietate a Romanis, & externis scriptoribus poterat desumere? Hinc praepositum operi auctorum indicem etiam post Harduini cavillos ab omnibus receptum invenimus, quos inter a sapientissimo Morgagno Patavini Lycaei phosphoro [a]. Fatemur in hoc multos amanuensium errores cubare. Verùm cum id omnibus constaret, nunquam de adulterinâ operis inversione dubitarunt. Nemo in evolvendis Plinianis codicibus Salmasio toties laudato diligentior extitit, & primum quoque hunc librum sibi emendandum proposuisse innuit: *aliquando*, inquit, *avebam eum*, *qui totius operis primus est*, *atque indicem continet*, *quid singulis libris caeteris contineatur ostendentem restituere multis partibus mutilum*, *mendosumque*. Hujusmodi sanè probant indicem ipsum ad Plinium spectare, quamvis ab exscriptoribus truncum, & deformatum, quodve magis est, praefationem, & reliqua per Salmasium inspecta, qui universam Germaniam, Daniam, & Sueciam peragravit. Hinc est, quòd Plinianam praefationem nemo (ubi Harduinum excipimus) suppostititium pannum judicavit ex iis omnibus, qui vetustiorum codicum praesidio naturalis historiae illustrandae provinciam suscepere. Neque ab iis distat illustris Pincianus, qui Divae Mariae Toletanae exemplari praesertim usus, restitutiones a secundo Plinii libro exorditur, cum id sibi agendum unicè proposuerit. Pluribus enim locis ad Plinii praefationem provocavit; utque aliquo utamur exemplo, illa sufficiant, ubi pro Democriti *chirocineta*, in Toletano codice *birocmeta* legi adnotavit: addens [b] *notâ illâ Graecorum in inscribendis libris felicitate*, quae prooemii verba attingunt: *Inscriptionis apud Graecos mira felicitas*. Verùm neque doctissimi viri calculo indigemus, cum in celebratis membranis integra Plinii praefatio appareat, atque exemplar juxta Pinciani calculum IX. seculo descriptum tantis ignorantiae temporibus neminem adeò doctum esse potuisse ostendit, ut ea naturali historiae praefigeret, quae nemo nostrâ etiam aetate supplere intentaret (2). Gallorum, Germanorum, Hispanorumque exemplarium auctoritatibus subscribunt Italici codices, & praesertim Riccardianus, qui mille circiter ab hinc annis descriptus, primo quamvis folio destitutus, ultimam praefationis partem, & auctorum syllabum comprehendit. Quare cum praefationis stylum, & frequentem sententiarum pugnam in secundâ editione unicè agnoverit Harduinus, sese irridendum praebuit, dum hujusmodi in primâ naturalis historiae recensione neque leviter attingit. Nos styli, & verborum convenientiam cum reliquo operis suis locis ostendemus.

Postrema Harduini anchora videtur, quòd cum Pomponiae itidem, ac Pliniae gen-

ANNOTATIONES.

(1) Nos praefationem omnibus praefixam exemplaribus ostendemus Lib. X. illamque recipiunt Barbarus, Gelenius, Erasmus, Dalecampius, Salmasius, Laetius, Nicolaus Heinsius (c), aliique permulti, qui ad optimas membranas provocarunt.

(2) Johannes Pacius a Castro Plinium ad antiquissima exemplaria conferens, quum Toletanum inter alia volutavit: Praefationis, & rerum in eâ extantium, cum reliquo corpore optimam connexionem agnovit (d).

[a] *Epistol. in Cornel. Cels. pag. VIII.* [b] *Ad librum Plin. XXIV. 17.* [c] *Vide Nicol. Heins. Advers. lib. I. Cap. XVII. pag. 180.*
[d] *Vide annotat. autograph. in Biblioth. Escorial.*

gentis patriam fuiſſe Romam affirmet, praefationem de medio tollere hâc ratione intentaverit, cum inibi Catullus Plinii *conterraneus* appelletur. Novitate igitur vocabuli inſiſtens, & Plinio, qui ſe Romanum undique profitetur adhaerens, maluit illum clariſſimae Terrarum urbis alumnum facere, quàm Veronenſibus adſcribere, tum magis quòd villam in Campaniâ poſſediſſe affirmavit (1). Antequam Harduini objectis reſpondeamus, ferventem inconſtantis ingenii aciem juvat perſtringere, cum paucis ab hinc foliis *Conterranei* vocabuli novitate oblitus, auctorum patriam, & ſcripta inquirens, qui vel in elencho, vel in naturali hiſtoriâ appellantur, haec ſcribat [a]: PHILOSTEPHANVS, *Callimabi Cyrenaei conterraneus*, & *σύγχρονος ſive aequalis, & eidem familiaris fuit, ut auctor eſt Athenaeus lib.* VIII. Quis enim aequo animo ſuſtinebit, ut ea adoptet, quae paullo ante repudiaverat? Vt miſſa haec faciamus, ubinam eruit Pliniae, & Pomponiae gentis eandem patriam fuiſſe Romam? Pomponium verò, & Plinium ſororum filios unde novit, & quânam ratione utriuſque matres *Secundas* fuiſſe appellatas comprobabit? Patriam Pomponiae gentis Romam Harduino proculdubio concedendum, cum mancâ Veronenſes argumentatione Pomponium Secundum ſibi adſcripſerint, eo quia a Plinio vates, civiſque clariſſimus appelletur. Vbi enim hujuſmodi verba non ad civitatem juris, ſed ad Plinianae patriae originem eſſent referenda: eodem ſaltem argumento, quo Veronenſes utuntur, Pomponium municipes mei ſibi vindicarent: ſed non exinde quòd Romanum ſe Plinius ubique profitetur, illi veram & originis patriam adimemus; multoque minùs concedendum eſt Harduino, quòd Plinius ex Pomponii materterâ natus, hanc ob cauſſam conſobrini vitam poſteris demandaverit. Levem admodum primam Harduinianae argumentationis partem allati Croſius, Fabricius, & Maffejus ritè judicarunt. Neque enim aliunde Romani immenſae potentiae incrementa deduxere, quàm quòd devictis itidem, ac dediticiis populis jus civitatis ab urbis exordio ad extrema uſque tempora communicarunt. Id moris pulchrè attingit Guiniſius, dum Julios Albâ, Coruncanios Camerio, Portios Tuſculo, caeteroſque Etruriâ, Lucaniâ, omnique paſſim Italiâ virorum apices in civitatem accitos, non in Senatum modò, ſed etiam in nomen coaluiſſe Romanum adnotavit [b]. Imò Quirites rerum domini non Italos tantùm, ſed caeteras Gentes (quae a Graecis Barbarae appellarentur) Romanas fieri voluerunt: in hoc longè Athenienſibus, & Lacedemoniis ſapientiores, qui ex eo praecipuè in ſervitutem redacti ſunt, quia tam difficulter peregrinis jus civitatis communicabant [c]. Hinc eſt quòd Cicero Arpinas: *omnibus*, inquit [d], *municipibus duas cenſeo eſſe patrias, unam naturae, alteram civitatis, ut ille Cato cum eſſet Tuſculi natus in Populi Romani civitatem ſuſceptus eſt; itaque cum ortu Tuſculanus eſſet, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris* (2). Nonne Romam veluti communem patriam dici poſſe eleganter innuit L. Seneca [e]; illamque communem noſtram patriam vocat Juriſconſultus, atque ex illo Dionyſius Gothofredus (3)? Allatus Cicero Ro-

ANNOTATIONES.

(1) Deteriorem Comenſium cauſſam hoc loco facit Harduinus, cum ſilentio involutos municipes meos Veronenſibus poſthabuerit: illi tamen non ſubiit avunculum Plinium non unicam villam, ſed praedia in Comenſi, & quidem permulta poſſediſſe, uti ex adoptivi filii epiſtolis conſtat.

(2) Moris fuit, ante, & poſt Plinii aetatem, ut etiam extra Italiam nati non unâ, ſed pluribus civitatibus donarentur, quod de Archiâ Poëtà teſtatur Cicero, & de C. Calpurnio Aſclepiade lapis ab Ezechiele Sphanemio (f), & ab aliis allatus.

(3) Eleganter hunc Romanorum morem perſequitur Onuphrius Alfanus, dum Clementem XIII. in ſolemni Quiritorum coetu pro concione laudavit anno 1758. Urbem Romam communem omnium patriam fuiſſe nemo ignorat (g), tum

[a] *Tom. I. fol. 65. col. I.* [b] *Allocut. VII. pag. 262.* [c] *Vide Hippol. a Collibus. Increment. Vrbium Cap. XVI.*
[d] *Lib. II. de legib.* [e] *In Conſol. ad Helviam.* [f] *Orbis Roman. Exercit. I.* [g] *Vide Alciat. Diſpunct. lib. II. cap. 22. fol. 230.*

Romam patriam suam ubique appellat, & de Terrentio Varrone sermonem in Academicis ingerens, illum *aetatem patriae*, nempe Romae aperuisse affirmabat. Omnia igitur, quae Harduino magni ponderis, aliis nullius visa sunt, ut Plinii originem ad Romanos referrent. Raphael Regius Matthaei Rufi, Johannis Calpurnii, & Becichemi objectis occurrens: *Plinium*, inquit [a], *Novocomensem esse, & Romanum se ferè profiteri, citra ullam tuemur contradictionem*. Hanc methodum ante Regium adnotaverat Christophorus Landinus (1), & Regio posterior Caesar Caesarianus celebratissimi nominis Architectus, a quo primùm Vitruvius italicâ interpretatione, & annotationibus donatus lucem vidit (2). Caesarianus majora etiam praecavisse ostendit, cum Plinium Novocomensem agnoscat, quidquid (juxta illum) Romanus in libro de aquaeductibus a Frontino praedicetur [b]. Legimus apud Alciatum [c]: *nam & Plinius Romanum se dicit, qui tamen procul dubio vel Veronensis, aut certè ex Novocomo Insuber fuit* (3). Dictorum rationem habemus apud Laurentium Pignorium scriptorem accuratissimum, ubi hujusmodi occurrunt [d]: *Sanè ut ait auctor quidam eruditissimus, qui urbem incolebant, majestati Romanae hoc deferebant, ut aliam patriam non profiterentur, & haec ait idem scriptor ratio, cur apud Cornelium Nepotem, Sallustium, Livium, Plinium nulla patriae mentio, cum ille Circumpadanus, alter Patavinus, Veronensis alter, sive Novocomensis*. Quòd si de plerisque allatis scriptoribus diversam originis patriam habuisse novit Harduinus, de Plinio autem ignoravit: hujusmodi illum non latuissent, ubi meliori fide Suetonii verba naturalis historiae codicibus inscripta retulisset, & servatâ in latino chronico temporum luxatione patriam Novumcomum seniori Plinio reliquisset, quam redolent tot tantaque apud illum invenienda, ubi Comensium originem minutissimè inquirit [e], & fontis miraculum recenset [f], qui ab illo adhuc Plinianus dicitur. Vnicus inter antiquos, quorum extent memoriae, Orobiorum, & Licinofori, oppidi intra Comum, & Bergomum positi, meminit. Vnicus Eupilii lacus Lambrum emittentis notitiam ingessit [g]: quem ab urbe Como XII. mille passus distantem ipsissima montium juga a Lario separant (4). Vnicus piscium clavorum caligarium effigie in La-

ANNOTATIONES.

tum mage illorum, qui honoribus acceptis, & firmato in Vrbe domicilio clarebant, quamvis aliunde originem deduxissent; cum identidem sequioribus temporibus praeter Romam & aliae civitates communis Patria fuerint nuncupatae (h).

(1) Landini verba sunt hujusmodi: *& dare opera che Plinio di Latino diventi Thoscano, e di Romano Fiorentino.*

(2) Caesar Ciseranus, qui juxta aevi sui morem latinè *Caesarianus* dici maluit, Vitruvium Benedicto Jovio auxiliante, italicâ manu aemulari, & commentariis illustrare aggressus, operi supremam manum minimè imposuit. Legimus enim apud Jovium (i). *Cum ad aures meas non semel perlatum fuerit, te mihi vitio vertere, quòd in opere Vitruviano perficiendo, quod tu superioribus diebus imperfectum reliquisti, non nihil opis contulerim &c.* Hanc ob rem Augustinus Gallus, qui editionem curaverat, & Gothardus Ponticus, qui librum impresserat Comi anno 1521. pactam Caesariano mercedem cum diferrent; ille in tantam animi aegritudinem incidit, ut occursus hominum vitans miserrimo fato obiierit. Hinc est quòd Caesarianum uti bruta assolent periisse, in Bramantis vitâ scripsit Vasarius. Laudatur Caesarianus a Secundo Lancellotto (k). A Kirchero in Phonurgiâ, & Fabricio (l). De Caesariano habes Morigiam, a quo italicè *Cisarino* (m), pejusque a Paitono *Caesario* (n) appellatur; a Pellegrino Orlando *Cesariani* (o). Erat *Ciserano*. De illustri hoc Geometrâ, Architecto, & Pictore plura communicavi Saxio (p), atque Argelato (q), & proferam in annotationibus ad Benedicti Jovii epistolas. Johannes Marchio Polenus aureae aetatis viris quibuscumque comparandus Caesarianum in suo Vitruvii prodromo eximiè celebravit. Poleni judicium, & gravissimam auctoritatem in omnibus, hâc autem in scientiâ extra aleam positam quis ignorat? Non igitur fidendum Bernardino Baldo, qui Caesarianum parum doctum affirmavit. Memoratam Comensem editionem minimè ignoravit Polenus; unde corrigendi sunt Picinellus in Athenaeo, & omnes, qui diversa de satis rarâ impressione vulgarunt. Johannes Svvartus, & Petrus ab Hontio, qui Hulsianae Bibliothecae syllabum passim corruperunt, hanc Vitruvii impressionem Mediolani prodiisse perperam affirmant (r).

(3) Insubrum nomen hoc loco, & praesertim ex Turrianorum, & Vicecomitum principatu ad vicinas Mediolano urbes prolatum est. Caeterum Plinio naturalem historiam condente Comenses ab Insubribus separabantur (s).

(4) Eupilis in vallis Ascinae exitu jacet, quem Lamber interfluit. A Monte Nessium incumbente (quique hodie ab aediculâ Divo Primo sacrâ, summoque in vertice positâ nomen invenit) Larius, & Eupilis, imò penè omnis Cisalpina

[a] *In Apologiâ Venet. edita* 1508. [b] *Vid. allat. Vitruvii aemulat. lib. VIII. fol.* 136. [c] *Histor. Mediol. lib. II.*
[d] *Symbolic. Epistol. XLIV. pag.* 289. *&* 190. [e] *Lib. III.* 17. [f] *Lib. II.* 103. [g] *Lib. III.* 19. [h] *Vid. Ludovicum Gomesium Tom. I. de actionib. fol.* 143. [i] *Epist. LXXX. MSSt.* [k] Disinganno *XV. Par. II. pag.* 302.
[l] *Bib. Lat. lib. I.* 15. [m] *Lib. V.* [n] *Vid. opuscul. Calogerà Tom. XXXV. pag.* 513. [o] Abecedario Pittorico *pag.* 109.
[p] *Vide Epistol. ad Card. Quir. pag.* 55. [q] *Bibliot. Script. Med. Tom. I. pag.* 255. [r] *Vid. Tom. I. pag.* 130. [s] *Vid. Lib. X.* 19.

Lario, & Verbano (1) circa Vergiliarum ortum apparentium rariſſimam hiſtoriam (a): Vnicus in Comenſi lapides cavari, tornarique in vaſa coquendis cibis utilia retulit, & quod notandum, id ſe *ſcire* (2) affirmavit (b). Vnicus Larium amoenum arbuſto agrum, ad quem Ciconeae non permeant, uti nec octavum circa lapidem examina Graeculorum &c. (c). Vnicus in Comenſi ferraria metalla deſiderari poſteris tradidit (d). Quae porrò Veronenſibus, nobiſque communia ſunt, nempe exactiſſimam Tranſpadanae Italiae notitiam, quam caeteri Romanorum, Graecorumque Geographi minimè aſſecuti ſunt, & quae ſcire Plinius retulit, illum hujus Provinciae alumnum ſatis oſtendunt. Ex tot igitur tantiſque eruitur, atque infra manifeſtè conſtabit, non ideo Plinium Tranſpadanis eripiendum, quia ſeſe Romanum ubique praedicaverit. Quae demum profert Harduinus, ut Plinium, Pomponiumque conſobrinos tamquam ſororum filios ſomniaret: humani ingenii imbecillitatem ſatis oſtendunt, cum vir antiquitatis, & omnigenae eruditionis conſcius, ſeſe intolerandi erroris reum fecerit, ut ſupra adnotavimus, ubi Veronenſium antiquiores *Secundi* cognomen gentilicium judicantes Plinium ad *Secundorum* familiam pertinuiſſe affirmarunt, quod quàm falſum ſit, omnes norunt, & ſingulari volumine comprobavimus (e); unde hâc praeſertim de cauſsâ minùs rectè Scipio Maffejus tradidit obſervatu dignas Panthei, Becichemi, & Avogarii (3) ſententias, quibus Plinium ex illuſtri Secundorum progenie lucem vidiſſe teſtantur (f). Hujuſmodi non aliâ indigent obſervatione, niſi ut falſos omnino aſſeramus eos omnes, quibus excidit, Plinium aliquâ ratione *Secundorum* familiam contigiſſe. Quamvis enim hanc Harduinus extitiſſe innuat, & quam alii Plinio agnationis, ipſe cognationis originem attribuat; nihilo ſecius tamen multiplici argumentatione falſa omnia oſtenduntur. Monuimus ſuperiore libro Plinium honeſto quamvis loco natum, ita tamen ut illius pater Equeſtris ordinis confinia minimè exceſſerit, cum ipſemet Plinius Equeſtribus muneribus functus ſit. E contrario Pomponii fratres Conſulari, & Principi familiâ orti, quique ſupremâ Romanae Reipublicae dignitate illuſtres evaſerunt (4), matrem e Conſulari, vel Senatoriâ familiâ habuiſſe liquet affirmare; cujus ſororem non Plinio alicui, ſed pari facultatibus, ac dignitate viro traditam, credendum eſt. Vnde enim Harduinus accepit, eâ ratione Pomponii Secundi vitam a Plinio exaratam, quia Pomponius matre Secundâ, & Plinii matertera natus erat; cum ex adoptivi filii verbis oſtenderim, hoc non conſobrini, ſed *memoriae amici, quaſi debitum munus* exſolviſſe? Iterum, ubi *Secundae* cognomen Pomponii, Pliniique matres geſſiſſent, ex hoc ipſo cerneretur, quòd ſororio vinculo ſeſe invicem minimè contingebant. Numquam enim *Secundi*, aut *Secundae* cognomen a duobus ſive fratribus, ſive ſororibus geſtatum invenies (5). Nullo igitur ſanguinis

nexu

ANNOTATIONES.

na Gallia conſpicitur. Vallis Aſcina, & Eupilis lacus (in quorum finibus multae Pliniorum memoriae inventae) ab utroque Larii cornu, quaſi expanſâ forcipe concluduntur. Non uno loco Eupilis a Plinio memoratur, ut nono volumine in emendationibus oſtendemus.

(1) Italicâ voce dicitur *Pigo*, & fuſiùs haec in operis corpore retractabimus.

(2) Quando Plinius utitur hâc voce, *ſcimus*, ea refert, quae ſibi certè, & de viſu conſtabant.

(3) Petrum Donatum Avogarium edidiſſe libellum de viris illuſtribus Veronenſibus aſſerit Palermus (g). De illo non uno loco Maffejus in Veronâ illuſtratâ. Videtur tamen quòd *Advogarium* ſeſe inſcriberet. Conſule eruditiſs. Johan. Comitem Mazzuchellium (h), ubi illum circa annum 1490. floruiſſe oſtendit.

(4) Inſignes ex Pomponiâ gente nummos habemus, atque inter alios profert Joſeph Maria Suareſius (i).

(5) Secundo libro illorum errorem oſtendimus, qui dum Plinium ad *Secundorum* familiam ſpectare contendebant, Laelios, Aquilios, Laetibios, Sollios, Valerios proferunt; quorum nonnullos (uti in pleriſque gentibus contingebat) *Secundi* cognomine recenſitos invenerunt. Cum igitur *Secundi* cognomen ordinis ſit, ut ſecundus ab alio fratre ſecernatur; Q. Pomponium Conſulem anno V. Cond. 793. Chriſti 41. Lucii Pomponii Secundi fratrem, & ipſum *Se-*

cun-

(a) *Lib. IX.* 18. (b) *Lib. XXXVI.* 22. (c) *Lib. X.* 19. (d) *Lib. XXXIV.* 5. (e) *Lib. II.* (f) *Vid. Veron. Illuſtr. Par. I. lib. I. col.* 14. (g) *Pag.* 106. (h) *Tom. I. Par. II. pag.* 1272. (i) *De Nummis antiq. pag.* 31.

nexu Pomponius, Pliniusque jungebantur. Veronenses porrò, qui Plinium sibi adscribunt, eo quia hunc *Civem clarissimum* Plinius vocitavit, invalidâ usi sunt argumentatione, ut secundo volumine comprobatur. Neque meliori jure pro patriâ pugnavit Scipio Maffejus, cum olim in naturali historiâ *vatem*, *concivemque clarissimum* scriptum fuisse conjecit [a]. Haec enim restitutio contra omnia omnino, seu calamo, seu typis exarata exemplaria induceretur (1): quodque magis est Plinianae officeret lenitati. Suffragantibus sibi invicem omnibus codicibus, nunquam lectionem immutandam reor, nisi manifestâ adeò ex causâ, quae a nemine possit reprobari; vereorque nimis Maffejo convenire, quae Dalecampio Scaliger objecit, *quia quod multi solent hoc, illudve non arridet, statim immutat, ac saepe in deterius* [b]. Maximam demum in *concivis* dictione haberem difficultatem, quàm a scribentis aureâ puritate abesse teneo; quidquid a Maffejo pro latinâ venditetur, eo quia in semifracto lapide occurrere credit, cujus tamen antiquitatem ex tot tantisque lacunis nemo valet arguere (2). Iis addendum, me vehementer dubitare, an notati in Veronensium monumento characteres unicam dictionem conficiant; ideoque ad CONCIVIVM vocabulum minimè detorquendi. Vtcumque tamen CONCIVIVM legeretur, ignoti Lapicidae testimonium quisnam Varronis, Ciceronis, Livii, Sallustii, caeterorumque omnium Plinii, ac superiori aetate viventium auctoritatibus praetulerit, ut contra ipsius, & idonei cujusvis scriptoris usum in naturali historiâ inoculetur? Hinc est, quòd in optimis antiquorum elogiis eidem patriae addicti *Cives*, non *Concives* appellantur, ut ex inscriptionum thesauris colligitur: hinc, quòd civica corona ob *Cives* servatos; hinc leges, & adagia, quòd meliùs sit *Civem* servare, quàm hostem occidere a Plinio celebrata [c]: hinc salutem *Civis* Romanorum vetustiores in precio esse noluerunt [d]. Dictorum probationem a Plinio Caecilio petere possumus, qui domestico impulsus exemplo toties avunculi discipulus, atque imitator assurgere gestiebat. Hic enim cum illustris viri mortem describeret, qui pluribus functus consulatibus summum privati hominis fastigium impleverat „ *Post aliquos annos*, ait [e], *insigne*, *atque etiam memorabile Populi Romani oculis spectaculum exhibuit publicum funus Verginii* (3) *Rufi maximi*, *& clarissimi civis*. „ Duo hoc loco veniunt notanda, quorum primum sit eâdem voce civis clarissimi avunculum, & sororis filium uti, unde Pomponium, Verginiumque Romanos cives indigitarent; quamque urbem eandem sibi esse patriam intendentes, minùs latino *Concivis* vocabulo nusquam usi sunt. Adde maximum, & clarissimum civem Verginium appellari, quem tamen Mediolanensem fuisse constat [f]. Hunc Plinius Caecilius adhuc Romanum civitatis jure profitetur, cum origine ex municipio Comensibus finitimo satum eâdem epistolâ affirmaret (4). Ex iis enim patet clarissimi civis vocabulum ad Romanam unicè civitatem utrumque Plinium adaptasse (5): quod ipsemet Verginius Mediolanensis egit, cum tumulo sic jussit inscribere:

Hic situs est Rufus, qui pulso Vindice, quondam
Imperium asseruit, non sibi, sed Patriae [g].

Ex

ANNOTATIONES.

cundum fuisse cognominatum minimè credimus, quamvis a plerisque tali appellatione donetur. Constat enim utrosque fratres in unum conflatos, & praenomina non uno loco vitiari.

(1) Naturalis historiae editiones penè omnes, & quamplurimos codices manu exaratos contulimus, ubi ne indicium quidem imaginatae a Maffejo lectionis apparet.

(2) Libro XV. allatum a Maffejo elogium ad trutinam revocamus.

(3) Aldinus Codex, & Medicaeus habent *Virginii*; reliqui *Verginii*. Consule hoc loco Cortium, & Longolium pag. 93.

(4) De Verginio Rufo pleniùs agitur in Plinii Caecilii vitâ.

(5) Mille locis sese Plinius Caecilius Romanum profitetur, & quidem quasi inde originem deduxisset, ut ritè Maffe-

jus

[a] *Veron. Illustr. Part. II. lib. I. col. 13.* [b] *Scaligerian. Vid. Fabric. allat. Bibl. Latin.* [c] *Lib. XVI. 12.*

[d] *Plin. citat. loc.* [e] *Lib. II. 1.* [f] *Vide Catanae. ad allat. Plin. Caec. epist. Alciat., M. Anton. Litta, Picinelli, Jo. Bonanom., Leandr. Albert., Argelat. Bibl. Script. Mediol. &c.* [g] *Plin. Caecil. lib. VI. 10.*

Ex allatis Maffej ſententiae oppoſitis iterum conſtabit, quàm vana ſit Harduini opinio, quando eâ receptâ Verginius unicè Romanus agnoſceretur, utpote qui in exarato ſibimetipſi elogio talis apparet. Si demum Alſienſis Villa (ubi tumulus) in Etruriâ extabat (1): majori ratione ex Thuſcis poſſeſſionibus Verginius, quàm ex Campanis ceraſis ſenior Plinius, Principi Italorum civitati eſſet adſcribendus. Sed haec ultima quoque oſcitanter in naturali hiſtoriâ obſervavit Harduinus. Vnde enim illi certò conſtitit, Plinio villam in Campaniâ fuiſſe, ex eo quòd duracena ceraſa a Campanis *Pliniana* appellarentur? Ceraſos quidem in Italiâ ante Mithridaticam L. Luculli victoriam non fuiſſe, atque ab illo anno V. C. IↃCLXXX. primùm advectas tradit Plinius (2); indeque annis C. & XX. (quod in V. Cond. IↃCCC. incidit) in Britanniam uſque perveniſſe affirmavit. Hinc varia ceraſorum genera enumerans *Aproniana*, inquit [a], *maximè rubent, nigerrima ſunt ut, Actia* (3), *Caeciliana verò & rotunda, Julianis gratus ſapor: ſed penè tantùm ſub arbore ſuâ, adeò teneris, ut geſtatum non tolerent. Principatus duracenis, quae Pliniana Campania appellat.* Ex allatis huc uſque verbis mihi certè liquidò non patet, villam a Plinio in Campaniâ fuiſſe poſſeſſam. Primò, quia non ab ipſo Plinio, ſed ab aliis etiam hujuſmodi poma cognomen accipere potuerunt. Secundò, quòd ubi certam ab ipſo nomenclaturam accepiſſent, origo inde potiùs manare videretur, quòd a Viro naturalium opum, & totius agricolationis ſtudioſiſſimo, hujuſmodi ceraſa in Campaniâ fuerint advecta, quàm quòd apud illos villam, ſeu praedia poſſideret. Campaniam ſiquidem incoluiſſe ſcimus, cum Miſenenſis claſſis praefectum ageret, & a primâ juventute beatiſſimam provinciam luſtraſſe credendum eſt, cum maritimae militiae, neque ad breve tempus nomen dederit. Illum in Campaniâ etiam anno V. Cond. IↃCCCXVIII. fuiſſe ſupra conjecimus [b]. Noviſſimae opinionis ſpecimen a Palermo Harduinum detorſiſſe ſuſpicor, cum Veronenſis Juriſconſultus collegerit, quòd Plinia familia apud Campanos aliquando exiſtens ceraſis nomen indiderit [c]. Hâc in re parum ſanè prudenter agit Palermus, cum in provinciâ Latio finitimâ Pliniam gentem ante naturalis hiſtoriae ſcriptoris tempora extitiſſe fateatur. Cum Palermum tutari nobis minimè ſpectet, dixiſſe ſufficiat, illum leviſſimâ uti argumentatione: neque enim Beatus Rhenanus, cum Pliniana ceraſa Campanis nota recenſeret [d], de Pliniâ familiâ iis agris tribuendâ cogitavit; multoque minùs Miſenenſis claſſis praefectum unicè Romanum agnovit. Quòd verò villam ultra Lirim habuerit, omnino ignoramus, imò contrarium potiùs eruitur. Plinius Caecilius avunculi ex adoptione filius, atque haeres, qui tantùm ſuis ſeceſſibus delectabatur (4), nullam in Cam-

ANNOTATIONES.

jus contra Harduinum adnotavit. Allatis addere poſſumus: *Si quando urbs noſtra liberalibus ſtudiis floruit, nunc maximè floret* [e]. *Deſciveramus a lege parentum* [f]. *Permulta in urbe noſtrâ, juxtàque urbem non oculis modò, ſed ne auribus quidem novimus* [g].

(1) Alſienſem villam in Etruriâ fuiſſe ex comparatis Tullii, Valerii Maximi, Plinii avunculi, aliorumque auctoritatibus collegit Joh. Maria Catanaeus. Contra Mediolanenſium plerique illam patrio in agro conſtituunt, quâ de re in Plinii Caecilii vitâ diſceptandum.

(2) Corrigendus ex hoc Plinii teſtimonio videtur Artopaeus, qui Lucullum aliquot annis poſt, Mithridatico adhuc bello implicitum deſcribit, quando illum in Italiâ reducem anno V. Cond. 680. Plinius teſtatur. E contrario Artopaeus anno V. Cond. 681. Lucullum victo Tigrane ad Antiochum Regem ſalutandum profeciſſe, indeque Mithridaticum bellum geſſiſſe teſtatur [h].

(3) *Lutatia* reſtituit Harduinus: in editis legitur *ut actia*; dubito quòd etiam in ſequentibus *Caeciliana verò & rotunda*, ubi Harduino adhaereas, aliqua veniant corrigenda. Allatus Harduinus *Junianis* quoque pro *Julianis* legit.

(4) Villas ſuas, & praedia Plinius Caecilius minutiſſimè, & eleganter deſcribit, ubi de Campanis neque verbum invenies. Laurentinum commemorat [i], in quo nihil, praeter tectum, & hortum, poſſidebat [k], Thuſcorum villam, & ingentia praedia [l], Tuſculanum [m], multas circa Larium poſſeſſiones [n], & villas [o], ad quas ultimas, ut-

[a] *Lib. XV. 25.* [b] *Vide pag. 153.* [c] *Lib. III. pag. 172.* [d] *Rer. Germ. lib. II. fol. 116.* [e] *Lib. I. 10.* [f] *Lib. III. 2.* [g] *Lib. VIII. 20.* [h] *Tabul. VIII. pag. 137.* [i] *Lib. I. 9. & 22., Lib. II. 18., Lib. V. 2.* [k] *Lib. IV. 6.* [l] *Lib. III. 4. Lib. IV. 1. 6. Lib. V. 6. & 18. Lib. IX. 15. Lib. X. 8. &c.* [m] *Lib. IV. 13.* [n] *Lib. VII. 11. & 15.* [o] *Lib. IX. 7.*

paniâ ſibi villam fuiſſe deſcribit, cum ad eam provinciam valetudinis cauſsâ illius uxor Calpurnia (1) divertiſſet (a). De ipſo etiam epiſtolarum auctore, cum bis apud Campanos moraretur, bis in alienâ domo habitaſſe compertum habemus (b); quae omnia ſatis indicant, nullam ſibi in Campaniâ villam ab avunculo fuiſſe relictam. Neque enim licet imaginari, quòd aliquod inde profectum diſtrahere potuerit, ideoque nullus de Campanâ villâ utpote venditâ ſermo in epiſtolis occurrat. Hujus ſanè indolis Caecilius non fuit, & quamvis munificus, & liberalis, a commeſſationibus, & luxu (2) maximè abhorruit; atque novis acquiſitionibus, & augendae rei familiaris ſtudio ubique intentus apparet (c). Praeterquamquod conſtat, bona omnia, quae in illum ex paternâ, maternâque ſucceſſione pervenerunt, aliarum ſucceſſionum vinculo fuiſſe adſtricta; idque eo magis notandum videtur, quòd nunquam filios habuiſſe diſcamus. Hinc eſt, quòd graviſſimâ, imò neceſſariâ tantùm ex cauſsâ illum agros, & praedia proſcripſiſſe intuemur (3). Quorum teſtimonio eſſe poſſunt Corelliae vendita in Comenſi, non ex aliâ ratione, niſi quia feminae primariae deſideriis obtemperandum duxit: Corelliam ſiquidem ſummâ reverentiâ diligebat, utpote Corellii Rufi ſororem, & matri ſuae familiariſſimam. *Haec*, ait (d), *indicavit mibi*, *cupere ſe aliquid circa Larium noſtrum poſſidere. Ego illi ex praediis meis quod vellet*, *& quanti vellet obtuli*, *exceptis paternis*, *maternisque; his enim cedere ne Corelliae quidem poſſum. Igitur cum obveniſſet mibi haereditas*, *in quâ praedia iſta*, *ſcripſi venalia futura*.

Cur allatis modò verbis ſpeculationis ſuae aciem non direxit Harduinus? potiori enim ratione Novocomenſibus, quàm Romanis ſenior Plinius attribuendus videtur, cum illum ingentes in Comenſi poſſeſſiones habuiſſe conſtet (4), quae ſubinde in ſororis filium pervenerunt. Quid enim aliud ſunt praedia materna, quae ne Corelliae quidem cedere poterat Caecilius, quàm agri, poſſeſſioneſque permultae ab avunculi haereditate in illum profectae? Vbinam haec omnia extabant, in Campaniâ, an in Comenſi? Si igitur hujuſmodi Rufo, Becichemo, Palermo, aliiſque objecta, nondum diluta ſunt, ex eo quia nihil in Veronenſi ſeniorem Plinium poſſediſſe, nihilque ex eo in juniorem circa Atheſim perveniſſe colligitur: cauſſatius profectò Harduinum urgebunt, cum vero minus conſentaneum appareat, Plinium (ut ipſi placuit) origine Romanum, ſororem Comenſi viro nuptam, ſeu proprio, ſeu genitorum placito voluiſſe; atque etiam tot, tantaſque poſſeſſiones in extremâ Italiae parte habuiſſe. Quae ſcribit Plinius Caecilius, meâ quidem ſententiâ, oſtendunt, avunculum ſuum in Comenſi agros, itemque villas poſſediſſe; quas illi apud Campanos ſpectaſſe Pliniana ceraſa ab Harduino allata mi-

ANNOTATIONES.

utpote adeò diſſitas, cum ipſi urbanis officiis diſtento: divertere perraro liceret, Laurentinum reliquis viciniùs, ſubinde Etruſcam ruſticationem amavit, quam cum latiſſimè Apollinari deſcriberet „ *Habes*, inquit (e), *cauſſas*, *cur ego* „ *Thuſcos meos Tuſculanis*, *Tiburtinis*, *Praeneſtiniſque meis praeponam* „ quibus ſanè verbis cum nihil de Campanis addat, nihil in eâ regione poſſediſſe colligimus. Sermonem enim tunc habuit de praediis ſuis omnibus, quae haud ita ab urbe Româ diſtabant.

(1) Apparet, quòd Calpurnia exilis fuerit, & exucca: ait enim maritus (f) — *ut oculis meis crederem quid viribus*, *quid corpuſculo pares*. Tunc Calpurniam in avi ſui paterni Calpurnii Fabati Camilianenſi villâ (quam in Campaniâ poſſidebat) degiſſe conjicio; nam inibi Fabatum villam vetuſtate vexatam, ſed ut precioſiora aut integra, aut leviter laeſa manerent, habuiſſe certò ſcimus (g). Haec verò de utroque Plinio minimè conſtant; imò quae ad Pontium ſcribit epiſtolarum auctor ſuadent nihil ipſi in Campaniâ bonorum, villarumque adfuiſſe (h).

(2) Homo frugi ubique apparet, & praeſertim libr. I. 15. & lib. II. 6.

(3) In fundis, qui Plinio Caecilio obvenerant, ei quincunx tantùm ſpectabat, viceſima porrò aliis cohaeredibus.

(4) Johannes Antonius Panthaeus illuſtranda Plinii Caecilii verba diſſimulare non potuit (i), cum aperta adeò ſint, atque in Larii lacus litore plures habuerit villas, ſed illum *duae praeſertim*, *ut maximè* delectabant, *ita* exercebant (k). Alibi queritur, quòd praedia materna illum parum commodè tractent (l). Polycarpus Palermus hujuſmodi cavillis potiùs, quàm rationibus occurrit (m).

[a] *Lib. VI. 4.* [b] *Lib. VI. 14. & 28.* [c] *Lib. I. 21. Lib. III. 19.* [d] *Lib. 7. 11.* [e] *Lib. V. 6.*
[f] *Lib. VI. 4.* [g] *Lib. VI. 30. Lib. VII. 3.* [h] *Vide lib. V. 6.* [i] *De laud. Veron.* [k] *Lib. IX. 7.*
[l] *Lib. II. 15.* [m] *Lib. III. 3. pag. 231. & ſeq.*

minimè evincunt. Et sanè illustres, & indigenae Campani, qui nobilissimam provinciam scriptis illustrarunt, & de ipsis Plinianis cerasis sermonem ingerunt [a], nunquam ad invertendam avunculi Plinii patriam cogitarunt. Fortassis non omnino vana protulerim, ubi laudatis cerasis potiùs a Plinio nomen, atque auctoritatem datam affirmarem, tanquam e Comensi territorio in Campaniam adductis. Optima enim cerasa, & Campanis longè praeferenda nostris in finibus gignuntur, & praesertim duracena, quae in hanc usque diem Pliniana appellantur. Palma datur iis, quae in meo Casati rure, & praesertim in Thebaidis colle [1] nascuntur. Haec enim gustu suavissima, minimo nucleo, solidâ, odoratâque carne constantia magnitudinem ovi columbini exaequant. Sed minora haec, & similia ad Plinii patriam ostendendam judicamus; valida tamen satis, ut ab Harduino recedendum sit, qui hâc etiam ex caussâ Plinium Romanis attribuit, quòd duracena cerasa apud Campanos Pliniana appellarentur.

Absolutis argumentis, quae Harduini opinionem in tradendâ Plinii patriâ; suoque auctori abrogandâ praefatione convellunt: reliqua propositi ad secundam primi voluminis partem exequemur. Monuimus hanc ex rerum, historiarum, & auctorum omnium notitiâ constare: titulum praesefert. *C. Plinii Secundi Historiarum Mundi elenchos librorum omnium triginta septem liber unus, qui primus.*

I. *Praefatio operis ad T. Vespasianum Caesarem, item auctorum nomina, ex quibus desumpsit ea, quae persequitur libris sex & triginta* [2], *capita rerum singularium attingens* . . . . *Libros* [3]

II. *De Mundo, Elementis, & Sideribus*, &c. . . . *Mundum* [4]

Hâc ratione tertium, & reliqua indicat volumina usque ad ultimum; lectoremque methodo brevissimâ, ac simplici instruit de librorum distributione, & quaenam in ipsis tractanda susceperit; mox ad ipsos accedit libros, & praecipuas res suo quoque loco ostendit: nempe

Libro II. continentur de Mundo, & caelestibus, & terrestribus, & aeriis.

An Mundus sit unus?

De formâ ejus.

De motu, &c.

Expositâ rerum secundo volumine tractatarum synopsi, librum claudit ex omnium collectione:

Summa, Res, & Historiae, & Observationes - - - - - CCCCXVII.

Summam consequuntur eorum nomina, a quibus accepit; & primo loco, Latinos, secundo Externos (quorum melior pars ad Graecos pertinet) pulcherrimo ordine recensuit, exempli gratiâ

Ex auctoribus

M. Varone, Sulpicio Gallo, T. Caesare Imperat., Q. Tuberone, Tullio Tirone, &c.

Externis

Platone, Hipparcho, Timaeo, Sosigene, Petosiri, Necepso, Pythagoricis, Posidonio, &c.

ANNOTATIONES.

(1) In Brecciae paroeciâ secundo circiter ab urbe Como lapide, eo in colle, quem indigenae appellant *il Ronco della Tebaide*.

(2) Animadvertendum satis explicare integrum opus XXXVII. libris: quae verò ad naturalem historiam spectant XXXVI. comprehendi.

(3) Hocce vocabulo exorditur epistola ad Titum.

(4) Ita incipit secundum volumen.

(a) *Vide Camilli Peregrini Campaniam Felicem &c.*

Eo pacto, quo ſecundum volumen, ſic & reliquos libros appoſito indice legentibus oſtendit. Ex breviter annotatis multa percipient eruditi; & primò quidem hiſtoriarum Mundi elenchon occaſionem amanuenſibus praebuiſſe, ut naturalis hiſtoriae titulum inverterent, neque omnino extra chorum, cum *Mundum, & hoc, quod nomine alio caelum appellamus*, omnia complecti, quae ad naturalem hiſtoriam pertinent, ipſe auctor teſtetur [a]. Secundo loco venit titulus ex antiquis exemplaribus deductus; quem Harduinus reſecatis librorum primis indicibus in hanc formam expoſuit:

C. Plinii hiſtoriarum Mundi elenchos.

Libro II. continentur de Mundo & Elementis.

I. *An finitus mundus, & an unus.*

II. *De forma ejus.*

III. *De motu. Cur Mundus dicatur*, &c.

Neque hâc ſolâ amputatione contentus addidit [b]. *Index iſte in nullo exemplari manuſcripto eſt integer: & qui locupletiſſimus ex iis repertus eſt, a nobis nihilominus augendus multis locis fuit, id quod italico charactere fecimus. Ex eo autem indicio apparet, jure non videri eſſe hunc Plinii, hoceſt, ſcriptoris perquam accurati fetum.* Quòd integer in nullis calamo exaratis codicibus appareat, non mihi ſanè perſuadet Harduinus, cum oppoſitum proximè oſtendam; imò penè omnes ea habent, quae noviſſimus Latinus interpres indoctorum typographorum ſecutus errorem inconſultus reſecavit. Barbarum audiamus, qui CCLXXI. ab hinc annis: *In omnibus*, inquit, *vetuſtis exemplaribus continuo poſt praefationem verba haec leguntur* „ C. Plinii Secundi „ hiſtoriarum Mundi elenchos librorum omnium triginta ſeptem liber unus, qui „ primus „ *Eſt autem elenchos graecè idem fere quod* σύλλαβις. „ Veriſſima Barbarum protuliſſe, plura a nobis inſpecta teſtantur exemplaria. Vaticanum 1950., & Ambroſianum II. titulum a Barbaro allatum exhibent, niſi quia loco *qui primus* habent *quaſi primus*. Id effluxit ex falsâ contractae notae *q* interpretatione. Per *q* enim pronomen *qui* in vetuſtis libris exprimitur [c], in alias ſubinde voces ex amanuenſibus detortus. Hoc igitur, nempe ſuo, loco elenchus incipiet; notandumque ab exſcriptorum ignorantiâ in pluribus codicibus aſſutum inveniri illius elogii extremis verbis, quod Suetonium de Plinio vulgaſſe comprobamus, ut videre eſt in Vaticanis 1951. 1953. 1954. 1955., & Paſſionaeo. In aliis aliâ ratione, ut in Toletano, Vaticano 1952., Carbonarino, tanquam primi libri vicem praeſtet: ſed ubique reliquis praeponuntur *de Mundo, & Elementis*, unde initium fecit Harduinus. Tanta porrò, quae in digerendis ſectionibus occurrit varietas, & ipſa oſtendit, quòd nullam voluminum in capita diviſionem auctor receperat: nam cuncta non intermiſſo ordine, & filo in libros rediguntur. Quae verò praecipuè tractaſſet, non in operis corpore, ſed hoc indicavit loco, & pagellarum numerum Tito potiùs adnotaſſe, ut quaerenda noſſet, haud incongruè ſuſpicamur. Hujus reſtitutio magni evadet laboris; neque tantùm ex collatis invicem vetuſtis exemplaribus; ſed ex attentâ ipſorum voluminum lectione petenda, ut inde oppidorum, gentium, clarorum fluminum, montium, inſularum, rerum, hiſtoriarum, obſervationum ſumma emergat.

[a] *Lib. II. initio* [b] *Tom. I. pag. 9.* [c] *Vide notas Tironis, & Senec. Tabul. I. ad calcem Tom. II. Theſaur. Gruter.*

FINIS. LIBRI. SEXTI

DISQVISITIONVM PLINIANARVM

LIBER SEPTIMVS

Nonnulli Naturalis Historiae cavillatores refelluntur.

QVâ fide, dignitate, & scientiâ Plinius naturalem historiam digesserit praetexta operi, & singulis etiam libris accommodata scriptorum nomina: pingue, ac floridum dicendi genus [a], quod cum ipsâ naturâ contendere videtur: eruditionis thesaurus, quem admirando sapientiae ordine promens a supremis caeli regionibus ad infima terrae viscera lectorem deducit, omnibus sanae mentis utique contestantur. Nihilo tamen minus illius labores plerisque sciolis, vel partium studiosis displicuisse animadverto, quidquid in Plinio nihil culpandum censeam, neque fabulosis adscribendum, quod ipse vidisse, vel scire affirmaverit [1]. Quae superiore libro in geminâ attigimus annotatione [2] sufficere ubique deberent, cum eruditorum consensu Plinium aetate nostrâ ab inepti alicujus Aristarchi vindicatum calumniis minimè ignoremus. Molestissimae sectioni fortasse parcendum erat, nisi indoctus quidam cucullatus (dum proderem haec) Plinium mendacis argueret, quando ipse totius expers eruditionis, nec de grammatices tricis, & apinis judicium ferre possit. Ne hujus igitur orationes verae laudis ignaras sinam praeterfluere: alios in Plinium fuisse iniquos ostendam, ne cum (in praesens ignota) aliquando resciverit, iterum in naturalem historiam excandescat. Quare nonnullis obiter occurrendum, ut inde appareat, quàm modicis viribus cum Romanorum doctissimo luctentur. Aliquorum igitur, qui nugas garriunt, objecta solvere contendam, cum omnibus facere satis impossibile evadat. Initium ab Aullo Gellio desumam, qui antiquorum primus in Plinium invectus est, quamvis illius pluribus locis cum honoris dignitate meminerit; & praesertim ubi sapientissimum aetatis suae fuisse existimatum fatetur. Quâ autem ex causâ Plinium arguat, audiamus. *Librum*, ait [b], *esse Democriti nobilissimi philosophorum de vî & naturâ Chamaeleontis*, *eumque se legisse Plinius Secundus in naturalis historiae libro XXVIII.*, *multaque vana*, *atque intoleranda auribus*, *deinde quasi a Democrito scripta tradit*, *ex quibus pauca haec inviti meminimus*, *quibus pertaesum est*. *Accipitrem avium rapidissimum a Chamaeleonte humi reptante*, *si eum forte supervolet*, *detrahi*, *& cadere vî quâdam in terram*, *caeterisque*

ANNOTATIONES.

(1) Multorum fabulas Plinium retulisse nil mirum. Id enim operis institutio poscebat: ad auctores tamen legentem relegavit, eosque de dubiis rogari voluit. Hàc ratione ridendas multorum superstitiones, & infinita Magorum placita amputavit.

(2) Consule, quae adversus Hillum, & Bellogradum viros Clariss. occurrunt pag. 196. & seq.

(a) *Vide Macrob. Satur. V. 1. pag. 251.* (b) *Lib. X. 12. pag. 277.*

risque avibus laniandum sese sponte suâ objicere, ac dedere. Item aliud ultra humanam fidem; caput, & collum Chamaeleontis, si uratur ligno, quod appellatur robur (1), *imbres & tonitrua de repente fieri, idque ipsum usuvenire, si jecur ejusdem animalis in summis tegulis uratur. Item aliud, quod hercule an ponerem dubitavi, ita est deridiculae vanitatis; nisi iccirco planè posui, quòd oportuit nos dicere, quid de istiusmodi admirationum fallaci illecebrâ sentiremus, quâ pleraque capiuntur. -- ingenia maximè solertia, eaque potissimum, quae discendi cupidiora sunt. Sed redeo ad Plinium. Sinistrum pedem ait Chamaeleontis furno* (2) *ex igne calefacto torreri cum herbâ, quae appellatur eodem nomine Chamaeleon, & utrumque macerari unguento, colligique in modum pastilli, atque in vas mitti ligneum, & eum, qui id vas ferat, etiamsi is in medio palam versetur, a nullo videri posse. His portentis, atque praestigiis a Plinio Secundo scriptis, non dignum esse Democriti cognomen puto, vel illud quale est, quod idem Plinius in decimo libro Democritum scripsisse adseverat, aves quasdam esse certis vocabulis, & earum avium confuso sanguine gigni serpentem: eum si quis ederit, linguas avium, & colloquia interpretaturum. Multa enim videntur ab hominibus male solertibus hujusmodi commenta in Democriti nomen data nobilitatis, auctoritatisque ejus perfugio utentibus*. Si molestum fuit Gellio Plinium accusare, & deinde vana, & auribus intoleranda illum affirmasse asseruit, quasi veros Democriti foetus a suppositittiis minimè distingueret: piget & nobis vanissimas Gellii objurgationes ostendere, quod tamen breviter agendum est. Protervo sanè argumento libri sui sectionem (ubi titulus ad auctorem spectet) incipere ausus est. *De portentis fabularum, quae Plinius Secundus indignissimè in Democritum Philosophum confert*. Bonâ tamen Gellii pace, quisnam unquam sibi persuadere potest Plinium auctorem oculatissimum apocrypha pro genuinis Democriti voluminibus accepisse, qui hujusmodi tam scrupulosâ curâ, atque ad curiositatem usque investigavit? *In promisso*, ait (a), *herbarum mirabilium occurrit aliqua dicere, & de magicis. Quae enim mirabiliores sunt, primi eas in nostro orbe celebravere Pythagoras, atque Democritus consectati Magos*. Inde cum de Pythagorae libro ab aliquibus dubitaretur, an ad ipsum esset referendum: *nec me fallit* (statim subdidit) *hoc volumen ejus a quibusdam Cleemporo Medico adscribi: Pythagorae pertinax fama, antiquitasque vindicant; & id ipsum auctoritatem voluminibus affert, si quis alius curae suae opus, illo viro dignum judicavit: quod fecisse Cleemporum cum alia suo & nomine ederet, quis credat? Democriti certè chirocmeta* (3) *esse constat. At in his ille post Pythagoram Magorum studiosissimus quantò portentosiora tradit?* Sufficiat hoc loco plura a Democrito vulgata perstringere, ut illum tot ineptias de Chamaeleonte scripsisse non dubitemus, qui magicis artibus obtorpens, detestabili vanitate portentosum caeteroquin ingenium conspurcavit. Aglaophotine Deos a Magis evocari, Achemenidone noxios per cruciatus omnia per varias Numinum imaginationes confiteri. Adamantide Leones cum hiatu laxo resupinari The-

ANNOTATIONES.

(1) In id praecipuè curam intendisse Gellius videtur, ut ipsissima quidem a Plinio allata, sed non iisdem vocibus, imò diversâ quandoque verborum texturâ subjiceret; quâ in re, ut alibi facit, optimas lectiones deterioribus velavit. Neque enim de iis, quae diversâ ratione proferuntur, vitilitigo, sed aliqua attingam, quae Plinianae officiunt narrationi: Quis enim laudet: *si uratur ligno, quod appellatur robur*, quasi arborem a Seris; atque ab ultimâ Trapobane petendam exhiberet? *Caput ejus, & guttur*, inquit Plinius (b), *si roboreis lignis accendantur, imbrium, & tonitruum concursus facere Democritus narrat, item jecur in tegulis ustum. Reliqua ad veneficia spectantia, tanquam falsa existimantes, omittimus, propter quae in risu coarguentium.*

(2) Hoc loco inepta apud Gellium legit Proustius, sive Typographus *ferro ex igni*, ab ejus scripturâ igitur, ut alibi passim, recedendum, quod Ambrosianorum codicum auctoritate egimus Plinio etiam suffragante, apud quem *sinistrum verò pedem torreri in furno cum herbâ, quae aequè chamaeleon vocetur*.

(3) Gelenius legit *chirocinita*, idque ex diversâ graeci pronunciatione, quae aliquibus *Eta*, plerisque *Ita* latinè sonat. Dalecampius *chirocineta*, inquit, *libri nomen, ideo sic dicti, quod assiduè manibus tractari debeat*. Pintianus ex Toletano codice non *chirocinita*, sed *hirocmeta* adnotavit, *quasi sacros labores dixeris notâ illâ Graecorum in inscribendis operibus felicitate*. Cum Romanâ Plinii editione 1470., & Vitruvio suffragante lege *Chirocmeta* (c).

[a] *Lib. XXIV. 17.* [b] *Lib. XXVIII. 8.* [c] *Vide Harduin. Tom. II. pag. 551.*

Therionarcâ feras torpescere: Ophiusâ terrorem, minasque serpentium obversari: Thalasseglene homines lymphari: Theangelidâ Magos divinare: Gelotophyllidâ ridendi finem non fieri (1). Hestiatoridâ primatum apud Reges obtineri, Hermosiadis compositione (2) liberos pulcros, bonosque generari.

Cur igitur hoc loco mordacem pugillaris sui aciem non direxit Gellius, & Chirocmeta quoque Democrito abstulit? Cur Plinium in Germanis Democriti recensendis operibus oscitantiae arguit, cum diligens adeò fuerit, ut Chamaeleonem ab illo dignum peculiari volumine existimatum, ut per singula membra desacratum affirmaverit (3)? Certè Plinius insignis Graecorum hostis addit, *non sinè magnâ voluptate nostrâ cognitis, proditisque mendaciis graecae vanitatis*, qui alibi (a) has ipsas Democriti vanitates elegantissimâ oratione persequitur (4): *Nam quae*, ait, *apud eundem Democritum invenitur compositio medicamenti, quo pulcri, bonique, & fortunati gignuntur liberi, cur nunquam Persarum Regi tales dedit?* Nunquid & hujusmodi falsò objecta Democrito Gellius affirmabit; nunquid ipse, qui magis a Graeco Philosopho, quàm Plinius distavit (5) autographis, aut venerando aliquo exemplari Democriti usus est, ubi de Chamaeleone libellus minimè inveniretur? Plinio igitur opposita Gellianis commentis scribenti potiùs accedendum erit, cum XX. millia rerum dignarum in naturali historiâ complexus, exactissimam habuisse bibliothecam ostendat; Gellius e contrario literis ad occasum tendentibus Antonino Pio Imperante claruerit. Debitam Abderitae Philosopho laudem Plinius minimè eripuit, qui toties illius cum ingenti honoris praefatione meminit (b); & praesertim ubi utilis Astronomiae parentem Graecis illuxisse tradit, ideoque primum fuisse, qui *intellexit, ostenditque cum Terris Caeli societatem* (c). Sed cum noto Pythagorae exemplo peragratis Persidis, Arabiae, Aethiopiaeque Magis istorum vanissimis nugis

ANNOTATIONES.

(1) Gelotophylliden in deliciis a Democrito habitam (ut jocosa seriis jungamus) credendum est: utpote qui ad omnes Fortunae, & inopinatos eventus in risum solvebatur, unde Gelasini cognomen invenit. Risus enim γέλως a Graecis appellatur. De harum herbarum nomine consule Dalecampium, & Harduinum, ubi fortasse adhuc aliqua emendanda sunt.

(2) Quâ ratione praepararentur idem Plinius ex Democriti sententiâ refert, atque alibi attingit.

(3) Maximopere demiror, Antonium Vallisnerium, cum & ipse librum de Chamaeleone vulgaret, multa in Plinium congessisse, ut Democrito faveret. Verùm stupor decrescit, cum Vallisnerium Pliniano operi ubique infensum invenerim, & naturalem historiam vix salutasse, & obsoletâ Dalecampii impressione fretum animadverto. Hoc etiam volumine haud satis diligenter usus, illius editionem decennio praeoccupavit (*d*). Ibi postquam Plinium jucundissimum irrisorio calamo, & mirandarum rerum ubique cupidum vocavit, sectionem patrio eloquio in hanc speciem absolvit. *Vehementer tamen ego suspicor, quòd ubi invicem comparemus falsa a Plinio vulgata, tum de ipso Chamaeleone, de tot aliis animalibus, & de quamplurimis naturae miraculis, an magis Romanus graecas, an Graecus romanas vanitates aequo jure valeret deridere. Quin etiam summopere dubito, quòd perperam vero Democrito hujusmodi assuantur; quòdque fortè ejusdem nominis alius graecus scriptor extiterit, atque uti compertum indubitatè habemus multos fuisse Hippocrates, quorum opera omnia Coo civi tributa fuere, pari ratione multos extitisse Democritos*. Ast, Dii boni, unde nam alios claruisse Democritos praeter Abderitam novit Vallisnerius? Democritus nescio quis, non tamen Abderita inter *Chemicos* recensetur adnotante Georgio Agricolâ. Vti Ars priscis ignota Scriptoribus, ita & hujus opera. Vide Boerhaavium.

(4) Quantâ sententiarum majestate, & aureo verborum flumine Graecos, & Democritum praesertim urgeat hoc loco Plinius, ostendere non gravabor, siquidem Asclepiadem medicum iis addictissimum insectabatur „ *Super omnia*, ait, *adjuvere eum magicae vanitates in tantum evectae, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. Aethiopide herbâ amnes, & stagna siccari conjectu, tactu clausa omnia aperiri. Achaemenide conjectâ in aciem hostium trepidare agmina, ac terga vertere. Latacen dari solitam a Persarum Rege legatis, ut quocumque venissent, omnium rerum copiâ abundarent, ac multa similia. Vbinam istae fuere, cum Cimbri Theutonique terribili Marte ulularent? aut cum Lucullus tot Reges Magorum paucis legionibus sterneret? Curve Romani duces primam semper in bellis rationem commerciorum habuere? Cur hercule Caesaris miles in Pharsaliâ famem sensit, si abundantia omnis contingere unius herbae felicitate poterat? Non satiùs fuit Aemilianum Scipionem Carthaginis portas herbâ patefacere, quàm machinis claustra per tot annos quatere? Siccentur Aethiopide Pontinae paludes, tantumque agri suburbanae reddatur Italiae*.

(5) Floruit Democritus annis 456. ante Christi nativitatem juxta Lengleti in tabulis temporum supputationem. Ab illo Plinius senior collocatur anno Christi 74. Gellius anno 141. Hic ultra tamen vixit, quamvis a multis de vero mortis tempore disputetur. Juxta Proustium (*Proust*) Hadriano imperante florere coepit, scripsitque anno Christi 143. & morte interceptus Noctes Atticas ultra vicesimum librum producere non potuit; quo verò tempore obierit, allatus Gellii enarrator incertum profitetur (*e*). Ricciolius (*f*), & Joh. Albertus Fabricius (*g*), illum primâ M. Antonini imperantis statione finisse credunt. Iis omnibus refragatur Camillus Silvestrius ad Apostolum Zenum scribens; unde eruitur: Gellium post Hadriani mortem (quae contigit anno Christi 138.) editis operibus claruisse, *ut nec imperium Antonini praecedat, nec post M. Aurelii mortem longè protrahatur* (*h*). Gellius Romae natus Graecis praeter modum addictus a Gaspare Scioppio in infimâ, ferreâque aetate reponitur, cui refragatur Franciscus Vavassorius (*i*).

[a] *Lib. XXVI. 4.* [b] *Lib. XVIII. 35. Lib. XX. 14.* [c] *Lib. XVIII. 28.* [d] *§. 31. pag. 400.* [e] *Vid. de A. Gell. nomine & vitâ.* [f] *Chronol. Reformat.* [g] *Bib. lat. lib. III. 1.* [h] *Vid. Opuscul. Calogerian. Tom. VI. pag. 245.* [i] *De Ludicrâ dict.*

nugis adhaesisset; eo processit, quòd *dictu etiam incredibilia affirmaret* [a]: ut antiquitas attonita redderetur. Magorum volumina Democritum illustrasse, & Dardani signanter in ejus usque sepulcro petita constat; itemque suos ex eorum disciplinâ commentarios edidisse anno circiter ab V. Cond. CCC., quo tempore Hippocrates in medicinae praeceptis clarissimus habebatur [b]. Vt autem quae de Chamaeleone diximus, extremâ ejus parte absolvamus; id desumptis a naturali historiâ verbis agendum, cum iis Plinius Democraticam irrisionem concludat; Graeco siquidem philosopho exciderat [c] „ *caudâ flumina, & aquarum impetus sisti, serpentes soporari: eâdem, medicatâ cedro, & myrrhâ, illigatâque gemino ramo palmae percussam aquam discuti, utque intus sint omnia, appareant; utinamque eo ramo contactus esset Democritus, quoniam ita loquacitates immodicas promisit inhiberi: palamque est, virum aliàs sagacem, & vitae utilissimum nimio juvandi mortales studio prolapsum.* „ Ex dictis facili negocio patet, quàm ineptè Gellius subdititiam velit desumptam ex Democrito narrationem in decimo naturalis historiae libro inveniendam, ubi Plinius hunc philosophum scripsisse refert serpentem ex confuso avium sanguine produci, de quo si quis edat, linguas, & avium colloquia interpretari. Non ne videt Gellius haec omnia ex ipsissimis Magiae praeceptis deduci? Quis enim ignorat Pythagoram, Empedoclem, Democritum, ipsumque etiam Platonem ad hanc discendam exiliis potiùs, quàm peregrinationibus navigasse; *Et hanc*, ut ait idem Plinius [d], *praedicavere, hanc in arcanis habuere.* Addiderunt Magiae Metempsychosim, unde hominum animas in brutorum corporibus traductas somniarent, ut etiam a Poëtis hâc de re festiviter arguerentur [e]. Nonne celebris ille Apollonius Tyanensis (1), qui fatiscentem Pythagorae sectam relevavit [f], se avium omnium voces intelligere venditabat [g]? notissima sunt, quae de asino collapso, & laetantibus passeribus adducuntur, eo quia bestia milium effudisset [h]? Quid mirum igitur, si iis proxima Pythagoricae philosophiae, & Magiae antistes Democritus affirmavit: unde non Plinio, sed Gellio Plinium arguenti nota sit inurenda, quod ipse etiam Jacobus Proustius Noctium Atticarum enarrator minimè reticuit; dum *mirum*, ait [i], *quid hic Gellio bilem moverit adversus Plinium, qui libro* XXVIII. *Cap.* VIII. *haec afficta esse Democrito, & iis in rebus mendacia graecae vanitatis se magnâ voluptate cognovisse tradit, & ut falsissima refellit.* Hinc est, quòd ineptae hujusmodi Gellianae sugillationes a doctis omnibus contemnuntur, cum apertè constet, ex invidiâ magis, quàm aliâ impellente ratione illum Plinii voluminibus detrahere voluisse. Simplicem, & concinnum naturalis historiae titulum, tanquam longè quaesitum, aut anxiè excogitatum criminatur; Latinosque hâc in re nullo delectu; imò perperam Graecis copulavit, quando ipse festiviores inscriptiones rejiciens ad Noctes Atticas provocabat. Sufficiet pro cunctis Salmasius, cujus verba afferre minimè gravabor: „ *Agellius* (2) *nullo judicio Latinos una cum Graecis in eâdem culpâ involvit, quasi hoc vitio pariter laborarint, & tamen omnia quae ibi ex Latinis refert titulorum nomina, nullam redolent concinnitatem, aut argutam ineptiam.* Antiquarum lectionum *libri,*

aut

ANNOTATIONES.

(1) Apollonium a patriâ Tianeum, vel Tyaneum plerique dicunt. Noltenius Tyanensem appellandum ritè contendit. Apollonium Philostratus maximè celebravit. Ephesii ut Deum coluerunt. Vopiscus, Lampridius, & Hierocles incredibilia de illo tradunt, quae Tertullianus praestigiis: nos fabulis, vel illusionibus attribuemus. In Hieroclem scripsit Eusebius Caesariensis; cum illo mitiùs egerunt Divus Hieronymus, & Apollinaris Sidonius, quâ de re alibi.

(2) Salmasius, aliique Noctium Atticarum scriptorem ex Agelliâ gente fuisse (falsò tamen) crediderunt. Vide quae superiore libro exposuimus.

[a] *Lib. XXV. 2.* [b] *Lib. XXX. 1.* [c] *Lib. XXVIII. 8.* [d] *Lib. XXX. initio.* [e] *Vid. Horat. lib. 1. Od. 28.*
[f] *Philostrat. in Appollon. vitâ.* [g] *Vid Lil. Greg. Girald. Tom. II. Bened. Jov. in epist. MSS. ad Leufort. Sanctum.*
[h] *Vid. Natal. Comit. Mythol. lib. IV.* [i] *Ad Gellii lib. XX. 16. pag. 277.*

aut Epiſtolarum Moralium, *aut* Epiſtolicarum Quaeſtionum, *aut* Naturalis Hiſtoriae, *quid habent quaeſo te in titulo, quod jure poſſis ſuggillare tanquam operoſius exquiſitum, vel facetis nugis illis comparandum, quas Graeci in faciendis indicibus conſectabantur? Nec ipſe quidem ille titulus, quem Agellius probavit, ut ſimpliciſſimum, videri poteſt illis, quos modo percenſuimus, ſimpliciter*. Noctes Atticas *inſcripſit. Non tam rectus eſt, quàm* Epiſtolicarum Quaeſtionum, *ubi quaeſtiones per epiſtolas explicantur, nec quàm* Moralium Epiſtolarum, *ubi de moribus epiſtolae tractant, nec denique quàm* Antiquarum Lectionum, *quando hoc ipſum agitur, ut lectiones antiquae recenſeantur, atque explanentur. Immo, quod ego maximè miror, inter inſcriptionum feſtivitates retulit* Hiſtoriae Naturalis, *qui titulus eſt Pliniani operis, quo nihil ſimplicius, & inaffectatius fingi potuit; & ab illo auctore inditus eſt, a quo praecipuè damnatas legerat, atque deriſas hujuſmodi omnes titulorum ambitioſas facetias.* „ Huc uſque Salmaſius, qui certè non omni ex parte Plinii fautor evaſit (1), cujuſve ſtylum ex datâ nominis, & loci occaſione minimè praeteream, cum toties in naturalem hiſtoriam debacchetur, quando exemplariorum convenientia nimii hominis conjecturas impediebat, vel ubi aliquid diſcrepantiae ſuis in codicibus adnotaſſet: ut cum illa de Phoenice unicè ſcripta affirmat, quae aliis etiam avibus Plinius adaptavit (2).

Ne tamen materiarum congruentia nos ſenſim ab antiquiore ad recentiſſimos Plinii ſuggillatores deducat; de illis ſufficiat in annotationibus aliqua attingere, cum ſepoſito paullulum Salmaſio locus poſcat, ut Nicolaum Leonicenum perſtringamus.

Primus enim, quòd ſciam, hic fuit, qui ſingulari opere in Plinium ſcribere au-

ANNOTATIONES.

(1) In celebratis ad Solinum exercitationibus ſaepe arguit Plinium: meminitque ſui de Plinio judicii, quòd Divioni edidit anno *1668.*, nec mihi adhuc videre contigit.

(2) Haud multum ſanè a Gellii methodo abeſt Salmaſius ad illud Plinii (*a*): *Cinnamomum, & caſias fabuloſè narravit antiquitas, princepſque Herodotus avium nidis, & privatim Phoenicis, in quo ſitu Liber Pater educatus eſſet ex inviis rupibus, arboribuſque decuti, carnis, quam ipſae inferrent pondere, aut plumbatis ſagittis.* Addit Salmaſius (*b*) „ Cinnamum avium nidis decuti, & privatim Phoenicis nunquam ſcripſit Herodotus, nec quiſquam opinor veterum: „ cinnamis nidum ſtruere Poenicem tradiderunt plerique. Herodotus ex myrrhâ concinnare ſcribit. Plinius caſiae, „ thuriſque ſurculis. Phoenix avis eſt una in orbe terrarum, nec quicquam tam fabuloſum narravit vetuſtas, ut „ nido Phoenicis cinnamum plumbatis ſagittis decuti dixerit Adde quod nec cinnamo privatim nidum conſtrui „ quiſquam ſcripſit, ſed myrrhâ, thure, cinnamo, nardo, ed aliis odoribus. Memoriâ igitur lapſus eſt Plinius, „ vel his verbis Herodotus Ορνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορεῖν ταῦτα τὰ κάρφεα τὰ ἡμεῖς ἀπὸ φοινικῶν μαθόντες κιννάμωμον καλέομεν. „ An aliud agens, & cogitans φοίνικας ibi pro ave acceperit neſcio. An Phoenicem pro Cinnamomo ave, memnonico errore poſuit, nam cinnamomum avem eſſe, quae privatim cinnamis nidum aedificet, atque inde plumbatis „ ſagittis decuti docet antiquitas. Ariſtoteles lib. IX. cap. XIII. & ex eo Antigonus Cariſtius - - - Meminit & hujus avis Plinius, & Cinnamologum vocat. Nec dubium nobis eſt, quin Phoenicem heîc pro illa ave verbis Herodoti inductus poſuerit, nam in ſcriptis ejus codicibus ita legitur: *ex inviis rupibus, arboribuſque decuti carnis,* „ *quam ipſe inferret, pondere, aut plumbatis ſagittis.* Vt de Phoenice intelligatur, nec ambigo; quin ita ſcripſerit. „ Quod de Cinnamomo ave narrant antiqui, hoc ille de Phoenice, magna, & ſtupenda prorſus hallucinatione, & „ ablepſia. „
Petam ego a Salmaſio an omnia, quae Herodotus vulgavit ad nos uſque perveniſſe certò ſciat: unde cum aliqua in Muſarum voluminibus minimè inveniantur, pronunciandum ſit falſos eſſe, qui XV. ante eum ſeculis ſcribentes, ea tradunt, quae ignota poſteris evaſerunt. Secundò Plinius ad Herodotum provocat, tanquam illius ſententiae principem, & caeteris illuſtriorem, qui fabuloſa de cinnamomo, & caſiâ vulgaverant; quâ de re ſufficeret pleroſque (Salmaſio, mihique ignotos) de Phoenice, Herodotum de aliis avibus, & caſiâ ea ſcripſiſſe, quae commenticia eſſe, tertium illius librum (*c*) conſulentibus innoteſcet. Vltimò cum in vetuſtis, ac recentioribus codicibus legamus, *carnis, quam ipſae inferrent pondere*: cum verba Barbarus, Gelenius, Eraſmus, Caeſarius, Pintianus, Dalecampius, atque Harduinus in membranis agnoverint; piaculum mihi videtur a vulgatâ ſcripturâ recedere, unde ſingulari numero, & de Phoenice unicè Plinium loqui ſtatuamus. Fateor Salmaſium alibi optimas reſtitutiones indigitaſſe, quas eo pluris faciendas cenſeo, cum membranacei codicis nomen, unde petita erant, ſubjecit. Hoc verò loco anonymi exemplaris auctoritas caeterorum texturam minimè infringet, cum non unius avis (quamvis de Phoenice praeſertim) in extruendis nidis fabuletur antiquitas. De Phoenice porrò talia praedicari teſtatur Statius in Phileti Epicedio (*d*):

--- Phariaeque exempta volucri
Cinnama, &c. & Avienus in orbis deſcriptione --- *internis etiam procul undique ab oris*
Ales amica Deo largum congeſſit amomum.

Salmaſius, cum Papinianam ſententiam torquere non poſſet, illam inter mirandas collocavit: Avienum contra haud rectè Graecum Dionyſium interpretari, eo quia in autographo Ὄρνιθες, nempe *aves* legamus. Sed quidnam obſtat, ut Phoenix denotetur, quando id placuit vertenti, & aliis antiquioribus receptum minimè ignoramus. Neſcio, cur Harduinus nihil de Salmaſii lectione, & conjecturis ad XII. Plinii librum attulerit (*e*).

[a] *Lib. XII. 19.* [b] *Tom. I. cap. XXX. pag. 283. ad Solin.* [c] *Vid. Herodot. Thaliam.* [d] *Sylvar. lib. II. 6. verſ. 87.*
[e] *Vid. Tom. I. pag. 668. & ſeq.*

ſus ſit; & cum a multis eam ob cauſſam argueretur, ut jam vulgata defenderet, naturalis hiſtoriae auctorem haud ſatis graecae linguae poteſtatem attigiſſe affirmans, hoc unicè argumento liti finem imponere geſtiebat: *quanto*, inquit [a], *ſimplicius fuerit fateri, Plinium non magnam habuiſſe graecarum literarum cognitionem*, *atque eo defectu omnia illa*, *quae ſibi objecimus in ſuis ſcriptis errata reliquiſſe*, *quae morte praereptus non potuit emendare*. Neſcio, quânam aliâ de cauſsâ Leonicenus Plinium ex graeci idiomatis modicâ arguat ſcientiâ, niſi ut omnibus comprobaret, quòd contradicendi libidine impulſus, ſibimetipſi refragabatur, cum alibi illum graecè utique doctum agnoverit [b]. Majora poſtmodum ſibi licere conjecit, quia Politianus, & Barbarus (qui non hiſtoriae naturalis auctorem, ſed Leonicenum hallucinari monuerant) jam ſuperiori ſeculo defunctis annumerabantur. Quis enim ſibi perſuadere poteſt Plinium graecâ ſupellectili minimè, ut decebat, inſtructum ad tantum opus digerendum acceſſiſſe, cum penè omnia ex graecis fontibus ad Aſtronomiam, Terrarum Orbis deſcriptionem, hominis, animaliumque indolem, plantarum, herbarumque genera, ad agriculturae, medicinae, architectonices, picturae, gemmarumque notiones depromat? Num credendum eſt, res a Graecis petitas Tito (qui graecè quoque condebat poëmata) dicaſſe, ubi tanta ad humani ingenii ornatum ſpectantia, malè digererentur? Longè enim familiarius Romanis tum erat graecum idioma, quàm inpraeſentiarum nobis latinae evaſerint literae, cum eôdem unicè eloquio, unde conſtabant volumina, ad eorum captum uterentur (1). Hinc eſt quòd Barbara, & Punica, non Graeca a Romanis in patriam linguam converſa intelligimus; quâ de cauſsâ nobiles omnes ab ineunte aetate graecis literis aſſueſcebant; illaſque per ſummos viros diſcentes, eo tempore proferebant, quo Graeci omnes graecè loquebantur (2). Nos verò & graecam, & latinam linguam jam demortuas, librorum tantùm ope, ut ut licet, ſcriptitamus. Quid porrò Leonicenus commentitur errores in Plinio inveniri, quos auctor morte praereptus non valuit emendare? Si vix graecam linguam, eo judice, callebat: fortaſſis menda poterat corrigere, in quibus vitium minimè agnoviſſet. Praeterquamquod eò uſque proceſſit Leonicenus, ut naturalem hiſtoriam opus caſſum, atque illocabile quaſi innuat, & ſecundis curis a Plinio repurgandum conjecerit, cum illam auctor Tito graecis, latiniſque literis erudititiſſimo Principi dicatam publicâ luce donaſſet. Longiùs argumenti aciem proculdubio intendebat Leonicenus, ubi celebratum Riccardiorum exemplar ad illius manus perveniſſet: cum poſt auctoris mortem editum opus affirmet amanuenſis (3). Hâc receptâ ſententiâ injurius Plinio Conſuli evadet, qui graecè doctiſſimus (4) non modò avunculi ſui ineptias minimè publicaſſet, verùm etiam naturalem hiſtoriam tantis laudibus non extuliſſet. Quantò prudentiùs agebat Leonicenus, ubi medicas Plinio manus adhibens varias lectiones, & depravatas voces genuinâ emendatione Plinio reddidiſſet? Quis enim ignorat egregium opus non auctoris, ſed exſcribentium culpâ fuiſſe conſpurcatum? Nemo adeò illiteratus eſt, qui naturalem hiſtoriam jam

ANNOTATIONES.

(1) Romani Graecorum libros, Plinii & ſuperioribus ſeculis, eodem eloquio, quo ſcripti erant, avidiſſimè pertractabant. Oppoſitum noſtris accidit diebus, quibus plerique Gallicis, Italiciſque verſionibus contenti, genuinas priſcorum foeturas neque primoribus labiis attingentes, Graecis, Latiniſque literis valedicunt.

(2) Graecia olim ſapientiae, nunc ignaviae ſedes, poſt tantas Barbarorum incurſiones; & praeſertim poſtquam Turcarum imperio opprimitur, vix primigenii eloquii ſervat indicia: tantùm enim a veteri idiomate diſtant populares, quantùm Itali a Romano ſermone defecerunt.

(3) Conſule harum Diſquiſitionum librum V. pag. 176.

(4) Quantas Graecorum ſententias congerat, atque illuſtret Plinius Caecilius omnibus patet, qui vivente avunculo iis in literis adeò profecit, ut XIV. annis natus Graecam Tragoediam compoſuerit.

(a) *Lib. III. fol. 27.* (b) *Conſule epiſtol. Angeli Politiani ad Leonicen. & Leoniceni ad Politian.*

jam a IV. Aerae vulgaris feculo horridiori vefte indutam non fciverit, uti ex prolatis Symmachi verbis fuo loco oftendimus (1). Impuro igitur huic fonti praecipua difcrepantiae origo erat tribuenda, ubi graeca vel depravata, vel minùs rectè apud Plinium inveniret Leonicenus (2).

Haec paullulum differenda exiftimo, ut Gellio, ac Leoniceno (viro caeteroquin docto, & probo) hominem audaciffimum, & effreni linguae petulantiâ intolerandum Claudium nempe Verderium jungamus. Hic quamvis XVI. Chriftiano feculo ad finem vergente notus haberetur, cum & ipfe Democraticas aves in fcenam adduxerit, hoc loco praefens occurrit. Miramur eruditi hujus juvenis maledictum adeò fuiffe ingenium, ut cum alieni nominis obtrectatione famam fibi acquirendam duxerit: in id aciem intendat, ut venerandae antiquitatis auctores penè omnes infectaretur. Vbi illorum tantùm errores, & in clariffimis humani ingenii imbecillitatem quoque inveniri oftendiffet: fortaffis a nemine arguebatur; & rem pofteris utilem navabat. Id enim ego frequenter ufurpare, & adagii loco affumere decrevi: *bonum effe librum, in quo pauci errores inveniuntur*. Vbi enim codices divinâ afflante fapientiâ fcriptos excipiamus, quifnam ab omni labe evadet immunis: tum magis ubi *encyclopaediam*, ut Graeci ajunt, complectatur? Hominis eft errare, fed inverecundâ fuperbiâ cavillis, imò calumniis doctiffimos mortuos accufare, id unicè ad Verderium fpectavit: ut hanc ob rem, quas aliis adaptat, cenfiones invenerit, & auctoribus non modò impofuiffe (a), & multa fine ullo delectu congeffiffe innotefcat (b). Hinc ab omnibus ob effrenem petulantiam, & praefertim a Scioppio (c), Bailletto (d), & Morhofio (3) exagitatur. Sed jam circulatoris hujus verba ad trutinam revocanda. Sic enim garrit (e): *Plinius, qui fafcicul ariam facere infimulatur, cuncta olfacere, nibil deguftare, omnia glutire, nibil decoquere a fe ipfo diffidet, cum enim libr. bift. fuae 5. cap. 29. Cadmum profaicam orationem primum inveniffe, cum antea verfibus omnia fcribi folerent, & lib. 6. cap. 56. non Cadmum, fed Pherecydem ait: & qui tam bonus cenfetur latinitatis auctor notas meas effugere non valuit. Quamquam enim non ita latinè loquor* (*ego* fungor vice cotis — *ait ergo Plinius* ingens turba prunorum verficolorum (4) nigra, candida, hordacea appellata a comitatu frugis ejus, eodem colore, *quam rectè turbam prunorum dixerit, aut non potius*

ANNOTATIONES.

(1) Libro IV. pag. 121. Apud Johannem Albertum Fabricium (*f*) allata Symmachi verba paullulum diverfa, & epiftolae ordinem quoque immutatum invenies. Nos Jureto adhaefimus, qui egregio commentario Symmachi epiftolas illuftravit.

(2) Erafmus Roterodamus politioris literaturae apud Germanos phofphorus: *quo magis*, inquit (*g*), *probata eft artificum modeftia, hoc magis deteftanda eft quorumdam temeritas, ne dicam impietas, qui Plinianum opus, omnibus omnium fculptorum, & pictorum operibus anteponendum, fic vel defcribendo, vel excudendo corruperunt, ut devotis animis in tam eximii fcriptoris exitium confpiraffe videri queant*. Erafmo convenit Beatus Rhenanus vir modeftiâ, & eruditione clariffimus, cum in gravem hujufmodi querclam elabitur (*b*). *At hoc loco factum non eft, ut nullum ferme volumen a mendis incolume fit fervatum. Quin immò quafi ftipendio conducti fuiffe videntur, qui deditâ operâ libros depravarent, tantâ libidine quidam in adulterandis bonorum auctorum fcriptis graffati funt; id quod cum ubique fit obvium, in nullius tamen monimentis magis cernere licet, quàm C. Plinii Secundi, illis inquam quibus apud latinos nibil vel illuftrius extat, vel utilius --- falvo Plinio bonam partem antiquiffimorum auctorum falvam effe neceffe eft*. Budaeus Gallicanae fapientiae lumen, cum aliqua parum convenientia apud Plinium inveniret, ex corruptis naturalis hiftoriae locis fibi multum negocii fatebatur: nec pueriles difcrepantias in rerum omnium capace ingenio extantes praedicabat (*i*). Poft hos (qui cum Leoniceno vixerunt) ad omne veritatis confinium affirmarunt Morhofius (*k*), & Chevillerius (*l*) inter omnes auctores neminem inveniri, qui inverfus magis fuerit, ac depravatus, quàm Plinius, five naturalis hiftoriae calamo exaratos codices, five typis conceffa exemplaria volutemus.

(3) Aliquod ingenii, feu potiùs eruditionis fpeciem Verderio adfuiffe haud inficiar: Omnia tamen naturae, feu praecocis ftudii ornamenta offufcavit, ut aetatis fuae prodigium haberetur. Hinc eft, quòd eleganter Morhofius: *ubi*, ait (*m*), *cenfuram fuam exercet, manifeftam hominis phrenefin facilè deprehendas. Vel ex ipsâ libelli fronte non falsâ metopofcopiâ conjeceris hominis dementiam, qui triginta circiter foliis tam vaftum argumentum exhibere voluit. Si non aliunde, vel ex eo colliges infaniam, quòd ipfi parenti fuo viro docto in laudes filii fui tam prolixo non parcat — ingratus, & maledicus filius*.

(4) *Verficolorum* nefcio quonam fretus exemplari legat Verderius. In omnibus occurrit *verficolor*.

(a) *Vide Joh. Rodium in vitâ Cornel. Celfi fol. LIV.* (b) *Joh. Bapt. Morgagn. epift. in Cornel. Celf. pag. X.* (c) *Catulli carmin. caftigat.* (d) *Judicium Doctor. fub initio, & alibi.* (e) *Cenf. pag. 84. & feq.* (f) *Bibl. Latin. Tom. I.* (g) *In epift. ad Stanifl. Turzum.* (h) *In epift. ad Joh. Lafcum,* (i) *De Affe lib. III. fol. LXXVI.* (k) *Polybiftor. Tom. I. lib. IV. 15. pag. 890.*
(l) Origine del' imprimerie de Paris Par. II. cap. 6. pag. 190. (m) *Polybift. literar. Tom. I. lib. I. cap. 16.*

tumulum, aut acervum dicere debuerit, quisque viderit, cum turba animantium propria sit. Nescio, quomodo non erubuerit ex Democrito aves quasdam esse referre, quarum ex confuso sanguine nascatur serpens, quem si quis ederit, linguas, seu avium inter se colloquia interpretaturum. Rem ridiculam, dignamve, quae Plinii fragmentis inserta sit, quasi verò aves ex suo garritu, animi, quo carent, sensa valeant exprimere, quasi verò inter se confabulentur. Vrsos in Africâ gigni, contra quod Herodotus, & Solinus tradiderunt, inficiatur. Affinitate dictionum quoad Plantarum cognitionem persaepe fallitur. Prassum, sive porrum a prassio, quod idem est atque marrubium, non distinguens. Alias herbas pro aliis pingit, folium herbae Britannicae adscribens Betonicae, sed nec eo tantum loco. Teramon, & Ateramon, cum duo sint genera leguminum coctile scilicet, & incoctile. Si omnes Plinii lapsus enumerare instituerem, majus volumen conscripturum me profiteri audeo eo, quod in eum Nicolaus Leonicenus edidit. Errorum enim est Plinius immensum oceanum, qui cum dum ago, mihi cum Lernaeâ Hydrâ res est, cui quot obtrunco capita, totidem suppullulant. Calumniae initium a Cornelio Agrippâ desumpsit Verderius. Cynicus enim ille Germanus Plinio objecerat, plurima in naturali historiâ ab antiquis desumpta, non benè admodum cocta attulisse. Verderius tamen, ut aciem ultra intenderet, omnia confundit, ut neque libros, neque suppofititias Plinianae historiae sectiones ritè ostendat. Plinius libro V. capite (ut additur) undetricesimo, cum de Mileto loqueretur: *nec fraudanda*, ait [a], *cive Cadmo, qui primus prosaicam* (1) *orationem condere instituit.* Ne verbum quidem eo loco invenies, unde carminibus scribi olim omnia solere testetur. Id libro VII. (non VI. ut innuit Verderius) aliquâ ratione attingitur: sed tantâ rerum cognitione, verborumque pondere auctor incedit, ut supra de Cadmo dicta novissimè prolatis jungere debeamus. *Versum heroicum*, ait [b], *Pythio oraculo debemus. De Poëmatum origine magna quaestio est. Ante Trojanum bellum probantur fuisse. Prosaicam orationem condere Pherecydes Syrius instituit, Cyri Regis aetate. Historiam Cadmus Milesius.* Cavillandi igitur potiùs libididine, quàm veritatis amore impulsus criterium urget Verderius, dissimulato Hermolai Barbari nomine, qui hujusmodi jamdiu adnotaverat, & libro V. apud Plinium legit *prosaicam*, lib. VII. *prosam orationem.* Allata tamen, quae aliquam difficultatem facere videntur, longè ante nos dissolvit Harduinus, cum hanc laudem Cadmo tributam [c], modò Pherecydi datam agnoscat: *Illud*, ait [d], *nimirum est, quod cum antea ingenii doctrinaeque monumenta nonnisi carmine proderent, primus Cadmus Milesius, jam Halyattis tempore, historiam, resque gestas prosa conscripserit. At postea Croesi, Cyrique temporibus primus in philosophicis rebus idem Pherecydes praestitit: quem Laërtius in ejus vita primum fuisse ait, qui de natura, & Diis scripserit. Strabo lib. I. pag.* 18. *tres istos solutâ oratione primos scripsisse ait, Cadmum, Pherecydem, Hacateum.* Cadmus igitur, cum literas, & nova vocabula ex Phoeniciâ suâ hospes in Graeciam transtulit [e]: historiam fabulis olim conspurcatam, & res gestas carminibus demandatas primus prosaicâ oratione conscripsit. Pherecydes verò vana de Diis, de rerum caussis, & philosophiâ primus solutâ oratione vulgavit (2).

Quis demum Verderii non dico audaciam, sed amentiam eo usque pervenisse credet, ut Plinium latinitatis auctorem nobilissimum damnare ausus sit, idque quânam ex causâ? quia turbam prunorum diversas hujus arboris species ingeniosissi-

ANNOTATIONES.

(1) Ita veteres codices; alii cum Harduino *prosam*.

(2) Vbi relatis mentem apposuisset Salmasius, fortasse a rigidâ percebat censurâ Plinium arguens, quòd *iisdem verbis eandem rem diversis locis, diversis auctoribus attribuit in eodem opere* (f).

[a] *Vide Plin. Hard. Tom. I. sect. XXI. pag.* 278. [b] *Lib. VII.* 56. *pag. Hard.* 417. [c] *Lib. V. sect. XXXI. apud Hard.*
[d] *Ad Plinii lib. VII. Vide Tom. I. pag.* 417. [e] *Tacit. lib. XI. Annal.* [f] *Allato Tomo pag.* 590.

fiſſimè nominavit. Quonam Verderius uſus ſit exemplari prorſus ignoro. Quod ſcio, Plinii verba parum exactè ſubjecit: lego enim apud naturalis hiſtoriae ſcriptorem [a]: *Ingens poſtea turba prunorum: verſicolor, nigra, candida, hordearia appellata, a comitatu frugis ejus. Alia eodem colore ſeriora, majoraque, aſinina cognominata a vilitate*. Caveat igitur Verderius, ne ſibi ipſi ſeriorum prunorum cognomen vindicet, cum Plinium incongruâ voce uſum affirmat. Num imberbis hic cenſor ignorare potuit, quòd ille idem Nicolaus Leonicenus in Plinium invectus aperto fatetur ore, cum aliquid graecae eruditionis noſtro vellet detrahere: nihilo tamen minus multo majora Romanarum literarum ornamenta reliquiſſe: *quibus*, inquit [b], *omnes alios latinae linguae auctores adeò ſuperexceſſit, ut ſi Muſae linguâ Romanâ loqui voluiſſent, non puto Plautinâ, ut quidam ſentiunt, ſed magis Plinianâ fuiſſent locutae* (1). Elegantiſſimè Plinius prunorum, uti vulnerum turbam dixit, ut multitudinem, & varias indigitaret qualitates; idque jam a Lexicographis adnotatum [c], inepto commentario inurere voluit Verderius. Neque ſanè eandem vim, atque elegantiam ſaperet *acervus*, ſeu *cumulus prunorum*, prout turbae vocabulum eo loco adjectum: ut enim in turbâ confuſionem ex diverſâ perſonarum qualitate, indole, & ſtudiis oriri intelligimus: ita Plinius tot tantoſque unius arboris fructus attingens ad ineffabilem naturae varietatem reſpexit. Egregiâ igitur translatione turbam prunorum dixit, ut *turbâ gemmarum potamus* [d], & *turba vulnerum* [e] apud illum occurrit. Sic Lucanus [f] *turbam ſcelerum*. Cicero [g], *qui iſtam turbam voluminum effecerit*, & Plinius Caecilius ad Mamilianum [h]: *Quereris de turbâ Caſtrenſium negociorum*: quo in loco ad rem Buchnerus (2).

Vt ad circulatorem Verderium accedamus, hic turbam animantium propriam appellat: rectiùs animalium ſcripſiſſet, cum animata dici poſſint quaecumque motu cientur interiore, adeòque & ſuam arboribus animam attribuunt, quae L. Seneca elaboratâ oratione perſequitur (3). Plinio demum naturae interpreti quis ferre poterit, ut in novum Ariſtarchum aſſurgat juvenis, quaſi Verderianae ferulae manum tendere, & inſulſi grammatici ſermonibus vapulare cogatur Romanorum doctiſſimus? Plinius igitur iterum arguendus erit, quòd Chamaeplatanos coactae brevitatis, abortus arborum appellet, atque hoc etiam in genere Pumilionum infelicitatem inveniri affirmet [i]? Non hercules: ſed omnis in Verderium concidat objurgatio: cujus labores, non cenſionis, ſed abortus unicè titulum promerentur (4). Caeteroquin illius limae ſubderetur Moderatus Columella, qui vocem ad aves tranſtulit, & bruta animalia [k]. Quis enim ignorat Pumiliones humillimae ſtaturae homines dici, quales cum Gruibus bella gerere Homerus ſcriptitavit? Poſt Columellam Italos, & Gallos omnes exagitet, qui agricolationis praecepta tradentes,

coa-

ANNOTATIONES.

(1) Leoniceni, doctorumque omnium calculis corruent Cruſii adnotata, ubi inter virtutes, ac vitia Plinium avunculum collocavit, illique ſororis filium praetulit [l].

(2) „ *Turbam negotiorum* pro multitudine, paulo audentius quidem, non contra uſum & rationem latine loquen-
„ tium tamen dixit, ut volunt nonnulli mali latinitatis cenſores, qui *turbam* nonniſi de hominibus dici putarunt,
„ eaque de re, Latinitatis violatae dicam, ſcripſerunt alteri Plinio, quod *turbam prunorum* dixiſſet: neſcii Cicero-
„ nem *novorum voluminum turbam* de Caris (lege *claris*) Oratoribus: *atomorum turbam* 1. Tuſculana dixiſſe. Sic *tur-*
„ *ba vocum* apud Gellium Lib. IX. cap. XV. & *turba verborum* Lib. I. cap. XV. *Turbam capitum* Maro Aeneid.
„ VIII. *Turbam ſcelerum* Lucanus Lib. IV. *Turbam ſeculorum* Priapejorum Poeta; *Turbam rerum* Statius Lib. II.
„ Silv. II. *Turba malorum* Seneca Medea V. DCLXXIX. „ Addit Longolius Ita & *turba malorum* apud Lucan. lib. IX. vs. 405. quod male cepit Scholiaſtes. Dubito quòd malè & ipſe a typographo habeatur in Buchneri referendis verbis *latinitatis violatae dicam* &c.

(3) Conſule Naturalium quaeſtionum lib. VI. num. XV. *Non eſſe terram ſinè ſpiritu palam eſt*, &c.

(4) Elegantiſſimè Plinius ſibi detrahentes *abortus facere jam decem annis* innuit in operis praefatione.

[a] *Lib. XV.* 13. [b] *Vide Leonicen. Oper. lib. III. fol.* 25. [c] *In verbo* Turba. [d] *Vide Frider. Saxium de Murrin. pag.* 15.
[e] *Lib. XI.* 10. [f] *Lib. IV. verſ.* 251. [g] *In Bruto* 32. [h] *Lib. IX.* 25. *pag.* 676. [i] *Lib. XII.* 2.
[k] *Lib. VIII.* 2. [l] *Probabil. Critic. cap. XVI. pag.* 128.

coactas arte, & jussas parere arbores *nanas* dixerunt. Fortassis errasse Columellam somniabit, cum apum nominat *populos* [a]; itemque Virgilium, qui Equos gentium vocabulo quoque distinxit [b]? iterumque nuper laudatus Romanorum vatum princeps, cum de piscibus sermonem haberet, cecinit [c].

—— circum gens humida Ponti
Exultans

Eâdem igitur ratione Plinium arguit Verderius, quâ Asinius Pollio (1) Sallustium reprehendit, quòd maris transitum, transmissumque navibus factum *transgressum* appellavit: quando pluribus exemplis *appetitas hujusmodi translationes, habitasque esse pro honestamentis orationis*, Gellius apertissimè testatur [d]. Desinere profectò ab iis Verderium decebat, suisquemet vocabulis prospicere, & quidem censionis initio, ubi nostrum *fascicularium* ignoto classicis, ni fallor, auctoribus vocabulo fecisse somniavit. Ferdinandus Pintianus vir ex reliquiis aurei seculi, Plinium rerum copiâ, & doctrinâ caeteris latinis scriptoribus praehabendum, atque illi magnâ ex parte, quòd latinè loquamur nos debere, ante Verderii deliramenta affirmavit. Latini sermonis elegantiam quis enim in naturali historiâ cum Harduino (2) minimè suspiciet?

Vt Africam Vrsorum feracem contra Plinii dicta ostenderet Verderius Herodoti, & Solini nititur auctoritate. Sed Dii, Deaeque! quibusnam auxiliatoribus in harenam descendit. Herodotus, qui annis antea quingentis suas edidit fabulas, quàm Plinius naturalem vulgaret historiam (3), tanti erit, ut illi potiùs accedendum sit? Inter plura Herodoti mendacia, quaedam sufficiat in naturali historiâ confossa (4) attingere; & post haec quisnam veriora de Vrsis illum, quàm Plinium scripsisse affirmabit. Haud ignoro, quòd Solinus (Plinii quamvis simia) hâc in re maluit Herodoto potiùs, aliisque adstipulari, qui Vrsos in Africâ gigni tradiderunt; videoque Strabonis auctoritati [e] Johannem Jonstonum accessisse, eo quia Mauros Leonum, Pardalium, & Vrsorum pellibus indui affirmaverit [f]. Verùm quibusnam pellibus Africanos (Vrsorum praesertim) nostrâ aetate utentes usquam ex itinerariis novimus? Ardentibus Solis radiis usti vestem septentrioni congruam respuunt; Vrsosque frigidioribus, non calidis provinciis innutriri, compertum est. Africam Plinius incoluit; ideoque ipsi potiùs, quàm caeteris in diversa abeuntibus credendum est. Praeterquamquod, cum historiam in Annalibus relatam perpenderet, tam perspicuè loquitur, ut rem cunctis notissimam narrare videatur. *Annalibus*, ait [g], *notatum est M. Pisone, & M. Messalâ Coss. ad XIV. Kalendas Octob. Domitium Aenobarbum Aedilem eundem Vrsos Numidicos centum, & totidem venatores Aethiopas in Circo dedisse. Miror, adjectum Numidicos fuisse, cum in Africâ Vrsos non gigni constet.* Quare Vrsos in Africâ (saltem Romanis notâ) non generari jam tum credebam, quando id unicâ Plinii auctoritate resciveram. Pro Plinio stans Lipsius, Numidicos Vrsos loco Leonum dictos conatur ostendere; idque ex Domitii nummo in ejus Aedilitatis honorem cuso, ubi Venator cum Leone apparet. Hujusmodi argumentum plumbeum, & nugato-

ANNOTATIONES.

(1) Fuit Asinius Pollio vir caeteroquin doctissimus, ut sequenti volumine ostendemus; sed aliquando nimius, & iniquus clarissimorum ingeniorum accusator.
(2) Vide allata libro VI. pag. 197. & 198.
(3) Teste Plinio Herodotus suam condidit historiam anno Vrbis Romae 310. (*h*)
(4) Praeter allata paullo ante de cinnamomo, & casiâ: hanc circa paludes unguibus propugnare dirum Vespertilionum genus, & aligeros serpentes pronunciavit (*i*).

[a] *Lib. IX. 13.* [b] *Georg. III.* [c] *Georg. IV.* [d] *Lib. X. 26.* [e] *Geograph. lib. ultim.* [f] *Histor. natur. de Quadruped. Cap. V. pag. 86.* [g] *Lib. VIII. 36.* [h] *Lib. XII. 4.* [i] *Vide Plin. Lib. XII. 19.*

torium, atque etiam ridiculum Salmasius pronunciat, eo quia minimè repugnet, tam Leones, quàm Vrsos in *editione* (1) suâ Domitium dedisse (a): Plinium verò de Leonibus id omittere, quia ad rem minimè faciebat. Quòd Plinius annalium auctoritatem infringens meros Vrsos intelligat, nequidem dubito; adeòque hâc in parte inutilis Lipsii evadet conjectura. Neque enim naturalis historiae auctor Vrsos Numidicos pro Leonibus relatos judicavit; nec in re tam gravi faciunt Virgilii, Juvenalis, & Martialis exempla, apud quos Lybistidos, Lybicos, Numidas Vrsos legimus, & loco Leonum positos conjiciunt eruditi (2). Verùm cum in nummis Venator, & Leo cernatur; & Venatores Aethiopes centum fuerint: cur falsum de Numidicis Vrsis testimonium minimè dicemus? Cogitur enim fateri Salmasius haud obvios fuisse Vrsos Numidicos, unde ex tantâ raritate vel hic nummus, vel alter Vrsum quoque Numidicum in Domitii honorem praeseferre debuisset? Quâ igitur ratione desideratur? nullâ aliâ profectò, nisi quia Vrsos Populo Romano Aenobarbus unquam exhibuit, qui in calidioribus Africae provinciis minimè inveniuntur; & sanè in Lybicarum ferarum numero Vrsos nequidquam recenseri ostendit Julii Capitolini locus in Gordianis, ubi de Seniore loquitur; atque de illius aedilitate haec scripta reliquit: *Feras Lybicas unâ die centum exhibuit, Vrsos unâ die mille.* Sed neque hujus, & cujusvis antiquorum testimonio indigemus, quando plures Hispanos, qui Africam incoluerunt, consului; & praesertim anno CIↃIↃCCLX. apud Alodium Longobardicae Legionis Duces, qui paucis ante mensibus ab Orano in Hispaniam remeaverant. Cuncti unâ voce reddiderunt, se nunquam in Africâ Vrsos vidisse: quando aliarum ferarum genera Leones, Tigrides, Pardos, &c. ubique conspexere. Vltimò Plinium, quò ad plantarum historiam affinitate dictionum persaepe falli asserit, cum *prassum, sive porrum a prassio, quod idem est atque marrubium* non distinguat. Accusator neque Plinium satis legisse, neque herbas agnoscere, neque illarum nomenclaturam, atque orthographiam tenere ostendit. Quod *porrum* Latini, & *prason* (3) Graeci appellant, egregiè Plinius describit, ejus genera, & medicinas latissimè attingens: *Et de porro*, inquit (b), *in hâc cognatione dici conveniat, praesertim cum sectivo nuper auctoritatem dederit Princeps Nero vocis gratiâ.* Medicinas etiam non uno loco tractavit (c). Quâ igitur, quaeso, ratione porrum cum marrubio conflat? *Marrubium*, ait (d), *plerique inter primas herbas commendavere, quod Graeci prasion* (4) *vocant, alii linostrophon* *non-*

ANNOTATIONES.

(1) *Editionem* pro edilitate usurpat Salmasius, voce Plinio, & melioribus linguae latinae auctoribus ignoratâ. Hanc Vopiscus in Carino primus, ni fallor, adoptavit.

(2) Harduinus ad allata Plinii verba (e) „ Ita (inquit) rursus ipse testatur cap. 58. & est sane verissimum: Tota Lybia ne in Atlante quidem, ubi nix, frigusque perpetuum, nulli gignuntur Vrsi, quamquam gigni veteres permulti scriptis prodiderunt, ut Virgilius, qui libro V. Aeneidos versu 37. Alcesten dicit fuisse horridum *in jaculis, & pelle Lybistidis ursae*, ex commutatione vocis λιγυκοὶ in λιβυκοὶ fortè natus error; de ursis Lybicis, sive Numidicis, cum revera Lygici, sive Lygustici essent. Vrsos vero Domitii Aenobarbi Numidicos, meros fuisse leones viri docti asseverant, inter quos Lipsius, Vossiusque. Romani scilicet priscae illius, ac simplicis antiquitatis elephantos boves Lucas vocarunt, camelopardalim ovem feram, ut superius ipse Plinius animadvertit sect. 6. & 27. Pantheras, mures Africanos. Apud Comicum vatem in Poenulo act. 5. sc. 2. vers. 51. Sic & Leones Vrsos Numidicos. „ Quidquid igitur sit de immaginariâ γ in β commutatione, nil mirum esse debet, si Virgilio adhaerentes Satyricus, & Epigrammatarius Poëta veterum morem secuti sunt, qui etiam Struthiocamelum *Passerem marinum* vocitabant. Quòd ubi unicè de Vrsis Numidicis ii omnes fuissent locuti: adhuc potior Plinii auctoris gravissimi, quàm Vatum erit sententia, tum magis quòd naturae historici testimonium ipsissimâ facti veritate comprobetur.

(3) Non *prassum*, sed *prasum* latinis elementis reddere oportet: porrum enim a Graecis πράσον vocatur, a πράω caliditatis ratione. quâ etiam differt a marrubio siccam magis, quàm calidam virtutem exerente (f). In aliquibus tamen eandem vim habent juxta Celsum, qui ad veterem sedandam tussim *porri, vel marrubii succum* assumendum testatur (g). Diversas porri species, & figuras habes apud laudatum Joh. Baptistam Morandum (h): cui stirpium historiam condenti nonnihil opis attulimus. Graecorum πράσον appellationem fecit Prasino colori, cujus *synonimiae* respondet porraceus.

[a] *Tom. I. exercitat. fol.* 220. [b] *Lib. XIX.* 5. *in vetustior. edition. In recentior. Gelen. Manut. Dalecamp. Harduin. XIX.* 6.
[c] *Lib. XX. 6. Lib. XXVIII.* 6. [d] *Lib. XX.* 22. [e] *Ad Plin. lib. VIII. pag.* 451. [f] *Vide citat. Morand. pag.* 45.
[g] *Lib. IV.* 4. [h] *Consule pag.* 135. *& tabul. LXV.* 1. 2. 3.

nonnulli philopeda, aut philocares, notius quàm ut indicandum ſit. Huc uſque pernicioſum Verderio urgetur criterium, cum de Marrubio principe; quod Album vocant officinae [a], ſermo incidat; illudque a porro omnino diverſum appareat. Nunc ad aliam ſpeciem procedendum, quâ in re Plinium decipi colligunt plerique legentes [b]: *Balloten alio nomine porrum nigrum Graeci vocant, herbam fruticoſam, anguloſis caulibus nigris, hirſutis foliis veſtientibus, majoribus quam porri, & nigrioribus graveolentibus*. Vbi huic adhaereat ſcripturae Verderius ſuo etiam acinace vulnerabitur, cum tantam Plinius inter ballotem, atque hortenſes porros XIX. volumine deſcriptos, conſtituat differentiam. Verùm auctorem vulgaſſe, *Ballotem alio nomine melampraſion Graeci vocant --- foliis -- majoribus quàm Marrubii*, ex Palmarii, Gelenii, Manutii, & Dalecampii codicibus, ſive ex variâ eorum ſcripturâ oſtendemus. Et ſanè cuinam perſuadet Verderius Plinium marrubium cum porro confundere, quando ipſiſſimo loco ubi marrubium a Graecis inter principes herbas laudatum legimus, addiderit, *Caſtor marrubii duo genera tradit: nigrum, & quod magis probat, candidum*.

Vettonicam, cujus vires & nomina in adagium abierunt (1) quonam pacto naturalis hiſtoriae ſcriptor cum Britannicâ poterat conflare, cum non unicè herbae poteſtates, ſed nominis originem eruditâ indagine peſequatur? *Vettones*, ait [c], *in Hiſpaniâ eam, quae Vettonica dicitur in Galliâ, in Italiâ autem Serratula, a Graecis Ceſtros, aut Pſychotrophion, ante cunctas laudatiſſima*. Nonne eodem libro, & paullo ante Britannicam herbam ita deſcribit, ut illam cum Germaniam incoleret, ſaepius vidiſſe credendum ſit [d]? *Britannica non nervis modò & oris malis ſalutaris, ſed contra anginas quoque, & contra ſerpentes. Folia habet oblonga nigra* (2) *--- ſuccus ejus exprimitur & ex radice. Florem vibones vocant --- Friſii quà caſtra erant noſtris demonſtravere illam, mirorque nominis cauſſam: niſi fortè confini oceano Britanniae veluti propinquae dicavere*.

Quae poſtremò Verderius de coctibili, incoctibilique affert legumine, atque ab exſcriptoribus jam vulnerata iterum corrumpit: oſtendunt juvenem ex annotatis per Leonicenum, Barbarum, & Ruellium vix profeciſſe, dum eorum accuſationes neglecto arguentium nomine redintegravit. Naturalis hiſtoriae verba poſt Paullum Manutium [e], Dalecampium [f], alioſque in hanc ſpeciem exhibet Harduinus [g]. *Circa Philippos ateramnon nominant in pingui ſolo herbam, qua faba necatur: teramnon qua in macro, cum udam quidam ventus afflaverit*. Monſtra lectionum antea in

ANNOTATIONES.

(4) Legimus apud Dioſcoridem πράσιον — Ῥωμαῖος μαῤῥούβιουμ. Conſule Salmaſium (h), & Harduinum (i). Minùs rectè *praſſium* a multis appellatur, quos inter ab Anguillariâ (k). Praſſium a Geofredo (*Geofroy*), ſive praſium dicitur, ſequente, ut puto, ſeplaſiarios; qui in officinis literam *s* geminant, ut Fuchſius adnotavit (l). Videtur nominibus etiam ex unguentariorum tabernâ proficiſcentibus Ciceronianum illud adaptari (m). *Nec verò quicquam ingenuum poteſt habere officina*.

(1) *Vettonicam* rectiùs cum Plinio hanc herbam, quàm cum Verderio *Betonicam* appellabo. Mirae ejus virtutes ſexcentis locis in naturali hiſtoriâ celebrantur. Bernius argutè de more:

Non ha tante virtù ne prati l' erba
Bettonica, quanto ha queſto animale (n).

Alterum etiam apud nos viget adagium, quo ad rem notiſſimam indicandam utimur: *E più conoſciuta della Bettonica*. Vnde igitur affirmandum, herbam pueris agnitam Plinium ignoraſſe? Videbimus illum ab Humelbergio accuſari, quaſi Antonii Muſae libellum de Vettonicâ tacitus compilaverit: quà in re licèt falsò arguatur: inde vel Tyrones intelligent exactam Plinio Vettonicae herbae notitiam conſtitiſſe.

(2) Britannicae herbae deſcriptionem oportet membranis iterum conferre, uti & erudito opuſculo Abrahami Muntingii (o), cujus libellus ad manus non eſt. In omiſſis praeſertim vocabulis, a recentioribus ſatis differunt impreſſa decimoquinto ſeculo exemplaria. Quod contra Verderium tamen ſufficit, eſt ab hortenſi Vettonicâ toto caelo juxta Plinium Britannicam diſtare. Notat Harduinus colligere laudatum Muntingium ſatis idoneis argumentis Hydrolapatum nigrum eſſe, quam priſci Britannicam appellarunt (p).

[a] *Morand. Hiſtor. Botan. Diſtr. XIV. pag.* 45. §. Vires, & uſus. [b] *Lib. XXVII.* 8. *Harduin. pag.* 427. [c] *Lib. XXV.* 8. *Dalecamp. princip. edition. pag.* 630. *Harduin. pag.* 372. [d] *Lib. XXV.* 3. [e] *Lib. XVIII.* 17. *col.* 474. [f] *Allato loco pag.* 456. [g] *Tom. II. pag.* 121. [h] *Tom. I. pag.* 72. [i] *Ad Plin. lib. XX. pag.* 214. *num.* 1. [k] *Vid. allat. Morand. pag.* 45. [l] *Hiſtor. Stirp. cap. CCXXIV. pag.* 589. [m] *Officior. lib. I.* [n] Rime *I.* 69. [o] *De verâ herbâ Britannicâ.* [p] *Tom. II. pag.* 361.

in Plinii exemplaribus cubantia sanare curaverat Hermolaus, fassus tamen suspicioni adesse locum, quòd aliqua adhuc desiderentur ad eliciendam genuinae orationis texturam; ut ego firmiter teneo. Post Barbarum (1) (qui primus sententiae discordiam inter Plinium, ac Theophrastum adnotaverat) Ruellius in Latinum scriptorem invectus tela Verderio, ejusque aequali Dalecampio (2) suppeditavit, inde & Salmasio: quos ultimos eleganter perstringit Harduinus (3). Ex iis omnibus utique constare potest, Plinium reconditos Graeci idiomatis fontes attingentem ab ineptis accusatoribus immunem evadere. Verùm difficultas in eo sistit, ut ab auctore relata, non ab aliis multum post temporis ingesta, accuratè inspiciamus. Haud ignoro nonnullis diversa placuisse, Pliniumque in afferendis Graecorum sententiis persaepe errantem affirmare. Yvo Villomarus, seu Joseph Scaliger sub personatâ appellatione desiderans latere: *Neque verò*, ait [a], *novum est Plinium in reddendo Aristotele, aut Theophrasto offendere, cum hoc sexcentis locis commiserit; quod utique non Plinii inscitiae attribuendum, sed eorum negligentiae, qui excerpta ab auctoribus malâ fide descripta ad eum deferebant, ut in ordinem ab eo digererentur. Ita enim opus suum eruditissimum composuit Vir ille nunquam satis laudatus. Quare errores in Plinio notamus, qui non sunt Plinii, sed amanuensium* (4). Huc usque Scaliger, qui dum Plinium videtur laudare, illum oscitantiae, imò inscitiae reum effingit; & primò libenter scirem undenam Scaligero, & Dalecampio constiterit, hanc Plinio fuisse methodum, ut ab aliis excerpta in ordinem redigeret. Ego contrarium invenio [b]: *Liber legebatur, adnotabat, excerpebatque: nihil unquam legit, quod non excerperet*. Haec per se ipsum non per alios agebat. Notario demum itineris comiti dictantem, non ab illo congesta accipientem mirati sumus (5). Quâ igitur ratione in reddendo Aristotele, ac Theophrasto toties erravit? quia, dicunt, paullulum

ANNOTATIONES.

(1) Quamvis Barbarus caeteris Plinianis interpretibus illuxerit, nullam ab Harduino recordationis laudem invenit: Ediderant typographi: *Circa Philippos autem antranium nominant in pingui solo herbam, qua Faba necatur. Era non numquam in macro cum udam quidam ventus afflaverit.* „ Scribendum, *ait Hermolaus*, ex Theophrasto: *Circa Philippos Ateramnum nominant in pingui solo herbam: qua Faba necatur. Teramnum qua in macro cum udam quidam ventus afflaverit.* Caeterum Theophrastus Ateramnum, & Teramnum pro coctibili, & incoctibili faba, non pro herbis fabam necantibus videtur accepisse; idque duobus locis, quem sensum Theodorus quoque noster secutus est: vereor ne quid etiam in ipso verborum Plinii contextu desit. Etenim Theophrastus non hoc dicit. Teramnum vocari in solo macro cum udam quidam ventus afflaverit; sed hoc nonnumquam Teramnum in Ateramnum transire cum vapore, atque halitu terrae madidam indigena quidam ventus afflaverit. „

(2) Dalecampius τεράμονα, inquit, & ἀτεράμονα *legumina dicuntur, praesertim faba & lens Theophr. cap. 13. & 14. lib. 4. Caus. coquibilia, & coctu difficilia, qualis & faba circa Philippos, unde Plinius, aut ejus libertus authorum Graecorum exscriptor ex iis duabus vocibus herbarum nomina tam pueriliter, ac ridicule somniaverit, cogitare non possum.*

(3) *Hoc loco*, inquit, *Plinium supinae negligentiae Dalecampius arguit, eumque secutus Salamasius, in eo libro quem sic inscripsit*, Praefatio ad Plinium. *Ruellius utrique praeivit —— Censent enim ii descriptum, ac perperam acceptum ab eo hunc Theophrasti locum.* - Μαρτυρεῖ καὶ τὸ περὶ Φιλίππους συμβαῖνον περὶ τοὺς κυάμους. ἐκεῖ γὰρ σφόδρα ψυχρὸν πνεῦμα. καὶ ἀτεράμονές τινες γίνονται. Testatur & istud, quòd apud Philippos evenit fabis: ventus enim eo loco vehementer frigidus est: ideoque fabae incoctiles nonnullae efficiuntur. *Id quod Plutarchus quoque narrat —— Itaque cum fabas ii dicant alias esse coctiles, alias incoctiles, sive quae coqui nisi admodum aegre non possent:* (τεράμονας, & ἀτεράμονας *Graeci vocant:*) *ex his duabus vocibus herbarum duo nomina, vel Plinium, vel libertum, ejus qui graeca volumina scriberet, pueriliter somniasse pronunciant. At longe ex alio fonte haec hausisse Plinium, quam ex Theophrasto, duo praeter alia apertissime produnt: Primum est, macri pinguisque soli discrimen, cujus apud eum scriptorem vestigium nullum extat. Alterum quod teramnon ex indiviso pariter, & ateramnon ex vitio dicatur esse: cum fabas coctiles, sive* τεράμονας *ille palam in pretio ponat, nec sane immerito*: „ Iis adde, quòd in ipsis Plinianis dictionibus aliquid differentiae a Theophrasti fabis incoctilibus apparet, unde alter de leguminibus, alter de herbis loquatur. Consule Alex. Benedictum in Praef. ad Plinium.

(4) Joseph Querus Florae Hispanicae auctor, nescio quâ de causâ, nonnulla ex Scaligero adoptaverit, ut proximo anno hujusmodi patrio idiomate vulgaret [c]: *No puedo apartarme del parezer de Joseph Scaligero, Varon tan insigne; el qual no sin gran reflexion juzga, que à esta obra immensa de Plinio le faltò la ultima mano para su correccion, por haver su autor perecido en el incendio del Besubio, mandando la Classe de Misseno Conrado; y con todo esto nos debemos juzgar que la historia de Plinio fuesse completa, y acabada, la qual havia dedicado a Vespasiano.* „ Qui pro Misenensi Classe, Classem *Misseni Conradi*; pro Tito *Vespasianum*, & longè etiam deteriora omnino conflat; an possit judicium de Plinio afferre: videant Populares sui.

(5) Haec eruditè persequitur Anonymus quidam Neapolitanus in elaborato italico opere, cui titulum fecit: *Indirizzo per la lettura Greca*. Falsò tamen, & contra Anonymi mentem in rerum indice legimus [d]: *Plinio il maggiore anche in viaggio dettava a più Notari*. Qui ad latus in itinere aderat Notarius, amanuensium turbam Plinii verba excipientium minimè importat.

[a] *In loc. controv. Rober. Titii Cap. III. pag. 10.* [b] *Plin. Caec. lib. III. & harum Disquisit. lib. IV. pag. 111.*
[c] Flora Española *pag. 99.* [d] *Vide pag. 591. & 236.*

diverſa in naturali hiſtoriâ, quàm in allatis Graecis ſcriptoribus inveniuntur; a quibus tamen verba deſumere Plinius teſtatur. Fatemur errores quamplurimos (non quidem Plinii Libertis) ſed poſterioribus tribuendos amanuenſibus in naturali hiſtoriâ irrepſiſſe: horum multos ſuſtulere interpretes, ſed non pauciores adhuç in pulcherrimo opere cubantes indolemus. Non tamen ubique Latini exſcriptores culpandi, cum Theophraſti, & Ariſtotelis amanuenſes quoque erraſſe non ignoremus. Vbi enim fortiſſima ratio in contrarium non urgeat; & collatis invicem exemplaribus, & ipsâ verborum docente texturâ naturalis hiſtoriae dictiones integras agnoſcamus: harum ope depravatas Ariſtotelis, & Theophraſti voces genuinae lectioni reſtituendas judicarem. Quos enim melioribus Theophraſti, atque Ariſtotelis codicibus uſos dicemus: Plinium, an Leonicenum, Verderium, Scaligerum, qui tribus ultimis hiſce ſeculis claruerunt; ideoque tot annis Plinio recentiores graeca exemplaria barbaris temporibus exarata lectitarunt. Neque unum Graecorum folium Veſpaſianis imperantibus deſcriptum inveniri exiſtimo. Aliquid tantùm ſpei ex erutis, ſive apud Herculanium eruendis reſtat, quae certè vitilitigatores minimè attigerunt. Quare ſi *Vir ille nunquam ſatis laudatus* longè melioribus codicibus uſus eſt, cur Plinio recentiorum quoque Graecorum amanuenſium errores imputabimus? Temperare mihi non poſſum, quin Johannis Baptiſtae Morgagni Anatomicorum Principis ſententiam referam, cum optimè ad rem noſtram faciat: parem enim ipſe tuetur cauſſam, ut Cornelium Celſum e Verderii calumniis ſubduceret, quibus a Latino Medico Hippocratem infelici niſu reddi dictitabat. *Quid vero*, inquit [a], *de iis dicemus, quae multa ex Verderio ſine ullâ animadverſione proponuntur. In aliquo Celſus Hippocratis verbo latinè reddendo, aliquid interdum humani paſſus ſit; num propterea continuo pronunciandum erat, Hippocratem, & graeca penè omnia parum feliciter vertiſſe? At non erat potius animadvertendum, quanto ille, quàm nos Hippocratis aetati propior fuit, tanto fidelioribus, atque integrioribus Hippocratis exemplaribus uſum eſſe, ut niſi quid aliud omnino obſtet, non ex noſtris exemplaribus Celſi verſionem, ſed ex Celſi verſione noſtra emendare exemplaria iis praeſertim in locis deceat, qui aliter in aliis antiquioribus codicibus ſcripti ſunt: quod me quidem cum Hippocratem publicè interpretarer, aliquando, & fortaſſe non incommodè facientem annis ſuperioribus audiviſti.* Hujuſmodi, quae jure meritoque de Celſo praedicantur, potiori ex cauſsâ Plinio convenient (1), qui Tito Caeſari opus ſuum dicans, non Libertorum ope (ut L. Senecae accidiſſe ſcio (2)) ſed propriis oculis aliena volumina perpendiſſe teſtatur. *Scito enim conferentem* ME *auctores, deprehendiſſe adjuratiſſimis, & proximis veteres tranſcriptos ad verbum, neque nominatos*; atque infra: *quidquid ſingulis contineretur libris huic epiſtolae ſubjunxi*, SVMMAQVE CVRA NE LEGENDOS EOS HABERES OPERAM DEDI. Haec igitur de ſe Plinius teſtatur, qui etiam exemplariorum diſcrepantias adnotavit (3): reliqua ex foecundis Scaligeri illuſionibus procedunt, quaſi ex Sybillae oraculis didiciſſet, virum diligentiſſimum ad indoctos provocaſſe, qui res malâ fide deſcriptas ad eum deferrent, & ſic vir ille *nunquam ſatis laudatus* opus ſuum eruditiſſimum concinnaret? Sed quaenam monſtra ſunt hujuſmodi Scaligeriana. Intelligebatne, guſtabatque Plinius, quae ad illum defe-

ANNOTATIONES.

(1) Vnà cum Celſo inter Romanos Plinium excellere ritè affirmat Magnus Boerhaavius (*b*).
(2) Conſule, quae paullo infra afferemus Fabii Quintiliani verba.
(3) Qui omnia ſinè delectu a Plinio congeſta dicunt: cur ad ea non reſpiciunt, ubi tanta illius apparet diligentia? *In quibuſdam*, ait (*c*), *exemplaribus diverſi numeri reperiuntur -- --* (*d*) *niſi exemplarium vitium eſt*; atque alibi paſſim codicum diſcrepantiam non omittit.

[a] *In epiſt. ad Joh. Bapt. Vulpium fol. X.* [b] *Orat. I. pag. 11.* [c] *Lib. VI. 17.* [d] *Citat. Lib. VI. 29.*

deferebantur, vel fortasse Graecos tantùm auctores eo tempore suscepit delibare, quo naturalem prodebat historiam? Quaenam sapientia, qui delectus in similibus bonâ fide exscribendis apparuisset? Hujusmodi Scaligero objecta Petrum Bargaeum utique afficient, qui Plinium Ammiano Marcellino praehabendum minimè ignorans, in plerisque Auctori personato convenit. *In multis tamen*, ait [a], *vel eorum culpa, quorum opera in admirabili illo opere conficiendo utebatur, vel scribendi festinatione, & rerum multitudine, quas memoriae prodendas susceperat, obrutus, atque ipsemet a se ipso abductus, a compluribus in tradenda rerum veritate parum considerate versatus esse existimatur, usque adeo, ut vulgo etiam Plinius quodam peculiari cognomine mendax appelletur.* Quorsum Bargaei accusatio tendat, accipite: quia verba, *inscripti ambo rerum naturae interpretationem Aegyptiorum opere philosophiae continent* (1), haud satis intelligebat. Verùm cum animadvertisset *locum Plinii, cum ex veterum codicum collatione, tum ex ipsa verborum inter se constructione corruptum esse:* cur Plinium recentiorum amanuensium vice culpavit? Si Plinii opus admirabile profitetur, quâ ratione illius auctor peculiari cognomine *Mendax* appellabitur (2)? non sanè omnia, quae ex Graecis Plinius desumpsit; & praesertim ex Aristotele, & Teophrasto ad nos pervenerunt: exemplo esse possunt Aristotelis L. rerum naturalium volumina, quorum tanta interciderunt (3).

Quod ad praesentem quaestionem propiùs attinet ubi nobis de certâ Plinii interpretatione constet: illum graeca omnia optimè patrio idiomate reddidisse compertum habemus. Infinita naturalis historiae exempla possem adducere: nonnulla unicè proferam, quae nunc in praesto sunt: Omnia, quae in operis exordio graecis vocibus retulit, & latinâ donavit significatione, nemo reprobare ausus fuit. Haec, si lubet, sequenti volumine consulantur. Aliqua, & quidem pauca in annotationibus subjiciam (4). Cum igitur reconditam graeci idiomatis cognitionem Plinius ubique ostendat, nescio cur tot locis clarissimum auctorem arguat Salmasius (5); quo sanè in re herbariâ naturalis historiae scriptor diligentior apparet, cum labo-

ANNOTATIONES.

(1) De iis agemus in restitutionibus ad Obeliscorum historiam libro IX.

(2) Queri verba extra chorum posita iterum occurrunt, cum abrogare fidem iis videatur, quae Plinius ab aliis accepit: ut interim ea laudaret, quae nunquam vulgavit. Legimus enim in memorato Florae Hispanicae opere, cum de Algae viribus ageret (*b*). „ En quanto à sus virtudes dice Garidell, que ha conocido rusticos, los quales se servian de esta planta, y la aplicaban en las partes contusas, ocasionadas de golpes, ò caìdas; lo que yà nos fuè „ enseñado por Plinio, el qual, no solamente le da la virtud para resolver las contusiones, sino tambien (lo que „ es mas de admirar, si es verdad) para consolidar las fracturas de los huessos. Estas son sus palabras. *Tengo la „ experiencia de haver curado con ella â un Podador, que cayò de un arbol bien alto, al qual se le quebraron todos los „ huessos, rodeandole, y embolviendole con esta especie de alga cabelluda todo el cuerpo* -- -- No ignoro que el testimo„ nio de Plinio no siempre haze plena prueba entre los sabios; pero se debe azer distincion, quando habla por ocu„ lar y propria experiencia, à quando dice por agena relacion. Era Varon muy honrado y veraz: por lo que no es ve„ risimil, ni creible, el que quisiesse assegurar assi una falsedad. „ Gravissima semper erit apud omnes Magni Plinii auctoritas: non tamen in iis, quae ad Plinium Valerianum ferreae aetatis scriptorem pertinent, unde materiam Querus (primigenium fontem ignorans) desumit. De Plinio Valeriano sufficiant, quae libro tertio congessimus.

(3) Consule Harduinum ad allatum Plinii librum Tom. I. pag. 441. num. 13.

(4) Eodem libro I., ubi rerum hortensium cultum innuit, ad Caesennium respiciens, qui Romanus cum esset κηπουρικά scripsit: de rebus hortensibus tractasse optimè ostendebat.

Hipponensem proximum ab oppido, quod Hipponem dilutum vocant, Diarrhytum a Graecis dictum propter aquarum irrigua (*c*). Hujus lectionis rationem suo loco invenies.

Pariuntque ova irrita, ex quibus nihil gignitur, quae hypenemia Graeci vocant (*d*) Ὑπηνέμια quasi *subventanea*.

Mirum, ubi cum Sole circumagi uvam, quae ob id streptos vocatur (*e*). A στρέφω nempe *verto*, profluit: στρεπτὸς *flexibilis*.

Fecit idem & cocos Magiriscia appellatos (*f*). Μαγειρίσκια deducitur a Μάγειρος, *Cocus*.

Hic catagrapha invenit, idest obliquas imagines (*h*): Per se satis explicantur.

Metrodorus Scepsius, cui cognomen a Romani nominis odio inditum est (*g*), nempe Μισορωμαῖοι. *Misoromaei*.

Olympiae autem arte, mirabili modo, in porticu, quam oppidani heptaphonon appellant, quoniam septies eadem vox reddatur (*i*).

(5) *De Plinio*, inquit Salmasius (*k*), *satis dictum a nobis in eâ praeexercitatione, quâ sententiam de scriptis ejus tulimus, & varios errores patefecimus, quibus in exemplum instruantur homines ad Pliniani operis lectionem accessuri, quid in illâ probandum sit, quid damnandum, ac quousque procedendum sit in auctoris illius admiratione. Vbi etiam occasione sumptâ neotericorum peccata in re herbariâ plura ostendimus ex vocabulorum* ὁμωνυμία *nata, quo in genere Plinius pene infinita peccavit.*

[a] *De Aedificiis Vrbis Romae.* [b] *Tom. II. pag.* 220. [c] *Lib. V.* 4. [d] *Lib. X.* 58. [e] *Lib. XIV.* 3. [f] *Lib. XXXIII.* 11. [g] *Lib. XXXV.* 8. [h] *Lib. XXXIV.* 7. [i] *Lib. XXXVI.* 15. [k] *Prolegom. ad Solin. Tom. I. Exercitat. Plin.*

rum ſuorum texturam elegantiſſimâ oratione explicaverit (1); & herbarum praecipuas propriis oculis apud Antonium Caſtorem medicum celeberrimum contemplaretur. Jure igitur meritoque hujus familiaritate ad exactiſſimam ſtirpium cognitionem perveniſſe Petrus Quiqueranus Senecenſis Epiſcopus (2) affirmavit: addere poterat, quòd cum Mithridatis volumina legeret Plinius; atque hunc maximum illâ aetate Regum, omnium ante ſe genitorum diligentiſſimum vitae laudaverit: iniquo omnino judicio malè digeſtam in naturali hiſtoriâ herbarum appellationem affirmarunt pauci quidam neoterici, cum auctor Principis illius libros conſuleret, quo nemo magis, primigenias idiomatum etymologias calluit (3)? Quare cum latina hujuſmodi, & graeca Plinius habuerit exemplaria, per ſummam injuriam illum ab herbarum *omonomiâ* deceptum clamitat Salmaſius: quando Ariſtotelis, & Theophraſti volumina cum Mithridatis commentario in latinam linguam converſo valuit contuliſſe; niſi & doctiſſimum Pompej libertum in iis vertendis pariter deceptum audeant pronunciare. Tantis noſter ſuffultus praeſidiis hortum Antonii Caſtoris intrabat (4); ibique ſapientum notiones cum ipſis ſtirpibus conferebat: ut quatuordecim poſt ſecula Leoniceni, aliorumque calumniis ſubinde opprimeretur. Non id patienter tulerunt multi, ut vidimus, Leoniceno aequales; ac poſt Leoniceni obitum Franciſcus Maſſarius, vir in naturae arcanis indagandis diligentiſſimus affirmavit (a). *Ergo qui ſaepius ad viſendas herbas, & earum loca ſe contulerit, earum cognitionem maximè conſequetur, ut Plinius a Leoniceni calumniâ tunc liberatus appareat.* Quamvis & illud etiam non praetermittemus Leonicenum inſaniae ſuae poenituiſſe, cum falſiſſimis cavillis ſeſe de-

ANNOTATIONES.

(1) *Praeter hos*, ait Plinius (b), *Graeci auctores Medicinae prodidere --- --- Cratevas, Dionyſius, Metrodorus ratione blandiſſimâ, ſed quâ penè aliud, quam rei difficultas intelligatur. Pinxere namque effigies herbarum, atque ita ſubſcripſere effectus. Verùm & pictura fallax eſt, & coloribus tam numeroſis praeſertim in aemulatione naturae multum degenerat tranſcribentium ſors varia. Praeterea parum eſt ſingulas earum aetates pingi, cum quadripartitis varietatibus anni faciem mutent. Quare caeteri ſermone eas tradidere: aliqui ne effigie quidem indicatâ, & nudis plerumque nominibus defuncti, quoniam ſatis videbatur poteſtates, vimque demonſtrare quaerere volentibus. Nec eſt difficile cognitu. Nobis certè, exceptis admodum paucis, reliquas contigit contemplari ſcientiâ Antonii Caſtoris, cui ſumma auctoritas erat in eâ arte noſtro aevo, viſendo hortulo ejus, in quo plurimas alebat, centeſimum aetatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, nec ne aetate quidem, memoriâ, aut vigore concuſſis, nec aliud mirata magis antiquitas reperietur.* Hâc ipſiſſimâ de cauſâ ſequenti volumine Herophili rationem improbavit, cui in ſcholis auditioni occupato *ſedere gratiùs erat, quàm ire per ſolitudines, & quaerere herbas alias aliis diebus anni.* Hanc noſtri ſententiam opportunè ſubjecit Ciſtercienſis Monachus Antonius Rodrigueſius in epiſtolâ ad Querum (c): *Yà el gran* PLINIO, *ſe quejaba de que ſe anteponia la quietud de eſtudiar, y enſeñar ſentados en la eſcuela al utiliſſimo trabajo de leer en las plantas por los montes.* Velim hujuſmodi meliorem de naturali hiſtoriâ opinionem docto Bellogrado inducerent.

(2) *Pierre de Quinqueran, Evêque de Senéz en Provence*; qui minùs rectè a Quero appellatur *Pedro Quiqueran, Obiſpo Saniciense* (d).

(3) *Illum ſolum mortalium viginti duabus linguis locutum certum eſt, nec de ſubjectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo LVI. annis, quibus regnavit. Is ergo in reliquâ ingenii magnitudine, medicinae peculiariter curioſus, & ab hominibus ſubjectis, qui fuere pars magna Terrarum, ſingula exquirens, ſcrinium commentationum harum, & exemplaria, effectuſque in arcanis ſuis reliquit. Pompejus autem omni regiâ praedâ potitus, transferre ea ſermone noſtro Libertum ſuum Laeneum grammaticae artis doctiſſimum juſſit, vitaeque ita profecit non minùs, quàm Reipublicae victoria illa* (e).

(4) Cum herbas penè omnes apud Antonium Caſtorem contemplaretur: cur iterum Querus (f). *A la verdad no ſé quanto progreſſo tuvo en la materia herbaria por el frequente paſséo en los jardines de Antonio Caſtor, aunque no ignoro, que en ſus eſcritos, como de ellos conſta, no hizo mencion de coſa alguna de los referidos jardines.* Nonne haec opponuntur iis, quae ipſemet Querus paullo poſt ex laudato Plinii loco ſubjecit (g)? Plinius non viridaria, ſed hortulum Antonii Caſtoris inviſens ad ſummam illam herbarum cognitionem pervenit, quae ejus in voluminibus effulget. Hinc Johannes Harduinus adeò a Quero celebratus (h): *In animantium*, ait (i), *deinde natura explicanda, quantum eſt auctorum veterum ac recentium, qui ſint in eo argumento verſati, adſcivimus. In re herbaria, non eos modo qui de ea commentati ſunt, ſed & eam, quae hic maxime, ac prope ſola dominatur, αὐτοψίαν: quod & Plinius in ſuo opere concinnando feciſſe gloriatur. Paucae ſunt enim ex herbis iis, quas Plinius attigit, quae non fuerint a nobis in Horto Regio animadverſae diligenter, tum maxime cum ſingulari cura is coleretur, totidem fere herbarum genera reapſe exhiberet, quot in indice typis edito anno* MDCLXV. *continentur. Sunt ſingulae, inquam, ibi praeſertim, aliiſque in hortulis, a nobis exploratae, omnibuſque fere notis cum Pliniana delineatione deprehenſae.* „ Notas has Harduino congruentes Plinius in hortulo Caſtoris perpendebat.

(a) *Ad IX. Plin. lib. Cap. XLI. pag.* 103. (b) *Lib. XXV.* 2. (c) Flora Eſpañola *Tom. I.* (d) *Citat. Tom. pag.* 45.
(e) *Lib. XXV.* 2. (f) *Pag.* 81. (g) *Pag.* 97. (h) *Tom. I. pag.* 218. (i) *In Praefat. ad Lector.*

deridendum praebuerit, ut laudatus Quiqueranus adnotavit [1]. Certè Jacobus Milichius, maximus ille Mathematicus (cujus in II. Plinii librum elegantes extant commentarii, ubi tanta graeci idiomatis fulget ſcientia) Plinium utriuſque linguae peritiſſimum juſto elogio celebravit [2]. Haec igitur, ubi attentius perpendiſſent Scaliger, Salmaſius, & praeſertim Sebaſtianus Schefferus [a], Plinium rei herbariae adeò imperitum minimè judicaſſet; cum multa, quae auctori objicit, partim amanuenſium, partim ipſius Schefferi errores ſint. Vbi enim Plinium proculdubio reſpiciant: videat Schefferus, ne ipſi Politiani adaptetur ſententia, quâ Leonicenum hiſce verbis perſtringit [b]. *Quod autem quoque Plinium redarguis noſtrum, quaſi ciſthon pro hederâ acceperit, in hoc ego ut liberè agam, & amicè, longè a te diſſentio.* Inſigni igitur dementiâ captum fuiſſe Verderium iterum affirmabo, cum illum herbarum, arborumque nominibus patrio ſermone reddendis hallucinari contendat, per quem potiſſimùm latinas plantarum appellationes nos habere laudatus Milichius teſtatur. [c] Ab ignorationis igitur, & oſcitantiae culpâ Plinium ubique vindicandum cenſeo; niſi certiſſimo nobis conſtet, illum in vertendâ aliquorum ſententiâ deceptum fuiſſe [3]. Addendum, quòd non ſemper ipſiſſima auctorum loca, ſed orationis ſuccum depromit a verboſâ methodo omnino alienus [d]. Haec Rolandus Mareſius in aureis epiſtolis ſummopere celebravit [4]. Morhofius ob id in multis Plinii fidem laborare conjecit [e]; ſed quâ de cauſsâ ſimilia protulerit, omnibus conſtat: Germanos ſiquidem locorum communium ſcriptores a Mareſii cenſurâ ſubducere intendebat; ibique Plinium naturalem hiſtoriam continuo filo deducentem minimè diffitetur. Sed ut non omnia omnibus placent, ita quae cunctis admiranda videri poſſunt, ad Baconis Verulamii palatum minùs feciſſe intueor. Hic Plinii elogium conflans extremâ clauſulâ magnum opus, iniquo ſuggillat judicio. *Itaque*, ait [f], *natura omnia regit. Subordinantur autem illa tria, curſus naturae, expatiatio* [5] *naturae, & ars, ſive additus rebus homo, quod etiam C. Plinius magna ex parte fecit, qui hiſtoriam naturalem ſolus pro dignitate complexus eſt, ſed complexam minimè ut decuit, ſed indignis modis tractavit.* Hic igitur, cujus ordinem & ſapientiam in divino opere digerendo admiramur, juxta Verulamium propoſitam ſibi metam pro dignitate amplectitur ſimul, & indignâ ratione perſtringit. Cunctis, qui in Plinium invecti ſunt, occurrere, neque operis precium, neque inſtituti eſt. Quis enim infinitis

ac-

ANNOTATIONES.

(1) *Deprehendere eſt*, inquit (*g*), *quorundam Medicorum procacitatem, quorum nomina prae contemptu non dico, qui tabifico livore pertacti C. Plinii majeſtatem ſugillare aggreſſi (libet enim viri manibus de mortalium Rep. benemeriti paucula haec verba dare) Dioſcoridis authoritatem veluti Pythagorici ſuum* αὐτὸς ἔφη *nudè oſtendunt, ut interim non ignotum docto aeſtimatori ſit, unum ex eorum numero praeſtantiſſimum Leonicenum arguente Nemeſi Deâ ſub fine libri ſui teſtatum lites ille ſuas furore animi (quod facilè fidem facit) ſe ſuſcepiſſe.*

(2) *Sententias*, ait (*h*), *Graecorum ſcriptorum mirâ proprietate, atque elegantiâ ſaepe ad verbum latinè reddit. Interdum brevitas reddit obſcuram orationem, cum ſubtiliſſimas demonſtrationes paucis verbis, veluti punctis deſignat tantùm, nec praetexit -- & pleraque per ſe valde obſcura & difficilia parum commodi interpretes corrumpunt.*

(3) Plinium quandoque deceptum (*Homines enim ſumus*) alibi monnimus. Sed virum utrâque linguâ eruditiſſimum indignâ methodo a ſciolis vexatum, & a doctis per injuriam petitum defendimus. Eo ipſo loco, ubi Vrſorum hiſtoriam deſcribit, nonnulla fortaſſe minùs aptè apud Ariſtotelem accepiſſe de Plinio conjecit Maximus Pintianus. Quantâ vir nemini ſecundus incedit modeſtiâ. *Quid*, inquit (*i*), *igitur eſt in ordinem Plinium redigis, ignorantiamque ei graecarum litterarum objicis? Minimè aedepol. Imò verò peritiſſimum utriuſque fuiſſe linguae, omneſque abſolutiſſimi ſcriptoris numeros conſummaſſe fatemur. Mirandum tamen non eſſe ducimus, ſi in tantâ rerum varietate, homo in aulâ Principum verſatus, deflexâ interdum aliorſum mentis acie pro eo qui Socrates erat Calliam ſalutaverit.*

(4) *Plinius auctorum, quos ſequitur verba, nonniſi rarò, idque breviter, cum opus eſt, adducit. Sed ab illis deſumptae materiae ſtylum tantùm ſuum accomodat, & opus quaſi ſuo marte non hians, atque interruptum conficit* (*k*).

(5) Ex hujuſmodi ſententiâ, barbaris potiùs quàm latinis dictionibus conſarcinatâ, hominis ingenium elucet, qui tam inculto utitur eloquio, ut mirandam naturalis hiſtoriae texturam culparet. In diverſa ſanè abiit iterum iterumque laudandus Epiſc. Senecenſis, qui nihil ornatius, luculentius, beatius in coſmographiâ, animalibus, rerumque miraculis, quàm apud Plinium inveniri poſſe teſtatur; ita ut veniâ digniſſima ſint, ſiquae ex ſuae aetatis navigationum certiſ-

ſimâ

[a] *Introduction. in art. med. pag.* 52. *Vide Popeblount. Cenſur. pag.* 120. [b] *Allat. epiſt. libro.* [c] *In epiſtol. ad Georg. Princ. Anhaltin. praefixâ Comment. ad II. Plin. libr.* [d] *Vide libr. XVIII.* 15. [e] *Polyhiſtor. Tom. I. lib. IV. cap.* 21. *pag.* 238. [f] *Lib. II. de Aug. ſcientiar. cap.* 2. *col.* 25. [g] *De laud. Provin. fol.* 12. [h] *Pag.* 101. [i] *Ad Plinii lib. VII.* 36. [k] *Vide lib. II. epiſt.* 40. *ad Nicolaum Rigalt. & libr. I.* 2. *ad Aegid. Menag. Thom. Creni. pag.* 25. *&* 200.

accusationibus faciet satis? Hinc est, quòd ut caeca multorum judicia ostendamus; nonnulla diversis in generibus tractanda suscipiemus, ut in Geographicis quoque, & mirandis Plinium tueamur. Inter Plinii hostes non ultimus occurrit Vincentius Burghinus, cum fucatis, captiosisque verbis incedens iis similia patrio eloquio vulgaverit [a]: *Ego ex illorum numero nequaquam ero, qui Plinium morsibus lacerarunt, quique tales tantosque errores in illo deprehenderunt, ut omnium consensu sibi mendacis cognomen pepererit.* Hujusmodi non aliâ ex causâ profert, nisi quia Florentiam sibi patriam, urbem sanè nobilissimam, Plinio ignotam credit; neque hanc Romanorum coloniam ex naturali historiâ collegit. Sed cur inscitiae suae culpa Plinium afficiet, cum libro III. legamus: *Intus Coloniae Falisca — Russellana, Seniensis — Fluentini praefluenti Arno appositi.* Ipsissimi igitur sunt Plinio *Fluentini*, qui aliis *Florentini* (1). Si Florentiam Romanorum coloniam minimè dixit; non illi certè nota inurenda, cum in coloniis enumerandis, Senatus Populique Romani auctoritate tantùm constitutas recenseat. Colonia igitur haec *Militaris* e Syllanis copiis originem habens (2): postmodum Octaviani Caesaris, M. Antonii, & Lepidi Triumvirorum auspiciis, Frontino teste, fuit deducta [b], ut Sigonius de militaribus coloniis adnotavit. Colligerem ex M. Antonii odio, Caesarem Augustum rerum potitum Fluentinorum conditionem neglexisse, cum plura in Triumviratu a se olim probata rescinderet. Quare non Plinio, sed Augusto subirasci debebat Burghinus (3), cum naturalis historiae scriptor ea tantum oppida coloniarum nomine distinguat, quae Augustus in eo numero prodiderat [c]. Haec salvo tantae Vrbis splendore dicta sint: quae certè unius civis ineptias fucatae originis gratiâ minimè amplexabitur: tum magis quòd parum sibi constet Burghinus (quamvis eo in opere ab Vrbinate Avicennâ (4) laudatus) dum municipia coloniis permiscet. Imò verae nobilitatis originem nescire ostendit, quando contentus esse debebat L. Flori testimonio, qui Fluentiam (5) splendidissimis Italiae municipiis annumeravit; ideoque ex Hadriani Augusti judicio (6) ipsismet coloniis praehabendam. Interim Burghino civem suum, ejusdemque aetatis hominem opponam Gabrielem nempe Simeonum (7), virum doctum, & venerandae antiquitatis amatorem, qui jure merito-

ANNOTATIONES.

simâ fide, secus in iis prodita deprehendantur. *Quâ in re*, ait (d), *mihi sanè fidem ejurare certum est; nam cur credulitatem* (ita tollendum typographicum erratum) *meam obstrinxerim, cum suam ille tradendo non obstringat, cum fidem in authores relegat, famaeque velut famam suam impingat. In summa ea est viri authoritas, ut a doctioribus concuti potuerit, convelli nunquam; ea majestas, ut quam decentissimum foret, non citra acerbissima flagra ab hujusmodi nebulonum genere subpungi: ea denique in omni doctrinarum cumulo eminentia, ut multo minore cum risu hunc audias artes omnes a Minervâ edoctum, quàm Ciceronem. Quare impudenter omnino tentata C. Plinii amplitudo ab eo hominum grege, qui nec viventis splendorem probè tulissent oculis, impudentissimè verò omnium livoris crimine insimulatus, sot scriptorum nomina benignè professus.*

(1) Non desunt spectandi codices, quos inter Chiffletianus Dalecampio, & Harduino celebratus, aliique Gelenio familiares, ubi *Florentini* apud Plinium *Fluentinis* substituantur. Verùm, ut Fluentinos legamus, faciunt Riccardianum, & Vaticana exemplaria, atque ipsa nominis origo, cum *Fluentini* a praefluenti amne dicti sint.

(2) De Coloniis a Syllâ, sive Sullâ constitutis malè sentit Cicero (e).

(3) Neque post Caesaris Augusti tempora Florentiam coloniam deductam statuendum videtur. Vilhelmus Godelevaeus in elaboratis ad T. Livium observationibus, ubi Romanarum omnium coloniarum originem persequitur, de Florentiâ ne verbum quidem apposuit (*f*).

(4) Inter quatuor Coloniarum species municipium recenset. Consule *Memorie della Città di Cingoli raccolte dal Dottor Oratio Avicenna da Vrbino.*

(5) Ita enim ex melioribus exemplaribus legendum statuunt eruditi; quod idem probat Anna Fabria, quamvis contra illustrantis mentem, vel calami, vel typographi errore irrepserit *Florentia* (*g*).

(6) Refert de Hadriano Imperatore Caesare Aullus Gellius mirari se ostendisse, quòd Italicae oppidani *cum suis moribus legibusque uti possent, in jus coloniarum mutare gestiverint* (*h*). Hujusmodi eleganter persequitur Floresius (*i*).

(7) Gabriel Simeonus, sive Symeonius (Italicè *Simeoni*) in libro cui titulum fecit: *Illustrazione degli Epitaffi, e Medaglie antiche*, patrio eloquio iis similia vulgavit. *Hoc loco indoctissimos alloquar blaterones, qui multa se legere gloriantur, sed cum nullo sanè delectu libros volutent, saepe optimos auctores, atque hos inter Plinium uti mendacem incusant, quem potiùs commendare, cuique summas gratias reddere profectò deberent, quòd nobile adeò proficuumque opus susce-*

[a] Discorsi *pag. 65 & 66.* [b] *Vide Sigon. de antiq. jur. Ital. lib. III. 4.* [c] *Lib. III. 5.* [d] *Lib. fol. 21.*
[e] *Oration. II. in Catilin.* [f] *Vid. Tit. Liv. Francof. ad Moen. anni 1568. Tom. II.* [g] *Vid. Flor. lib. III. 21.*
(h) *Noct. Attic. XVI. 13.* (i) Medal. *Tom. I. Cap. XII. pag. 95.*

ritoque Plinium arguentibus irascitur, cum veracem adeò historicum mendacis titulo oneraverint.

Burghino Ludovicum Cerdium jungamus, qui in historicis Plinium Virgilio posthabuit. Cum enim a Vate Atlantis *pinniferum caput* appellari nosset, humerosque infusâ nive canos apparere [a]; contra verò a Plinio *imas radices densis altisque refertas sylvis --- verticem altis etiam aestate operiri nivibus* [b] scriptum non ignoraret: inepto planè judicio deterius tanti viri testimonium poëticis lenociniis comparatum duxit, addens *Virgilii auctoritatem contra Plinium validam esse, & si me consulis fortiorem, atque in re discordi starem pro Virgilio* [c]. Ego vatem (licet doctissimum) aliunde gressus ducentem sapientissimo historico nusquam praeponam; tum magis quòd Virgilii aevo verae Atlantis conditiones ignorarentur, ut ex Plinii narratione res ab imâ radice persequentis innotescit. Accedendum igitur Guiberto, qui Propertii sententiam de Murrhinis perpendens: *quatenus*, ait [d], *derogaret, credendum esset magis Plinio de iis, quae primario, ac peculiari studio profitebatur, idest de natura rerum, quàm Propertio Poëtae, quem potuit latere exquisita illa Murrhinorum cognitio, cum saepenumero Poëtae in similibus rebus non sint valde exquisiti*. Cerdius in viam subinde redire cogitans, Virgilium, quamvis infelici nisu Plinio statuit conciliare. Falsissimum tamen est, quòd montes in aestuosis etiam locis siti caput arboribus vestiant, ubi in mirandam excedant altitudinem, cum rigidissima aëris regio nullam plantigeris afferat alimoniam: imò constat, ut Boerhaavius adnotavit, quo magis juga montium conscendimus, ita pariter arbores decrescere (1). Sed ubi etiam Plinius minùs vera narrasset; cum omnia a Suetonio Paullino, atque a Jubâ Rege desumat (quorum primus Atlantem aliquot etiam millium spatio transgressus est, alter utrique Mauritaniae imperavit) adversus hos pugnare Cerdius debebat. Harduinus aliâ de causâ Plinii dictis videtur refragari, nempè quòd Atlantis vertex altior sit, quàm unde nives, atque imbres cadant; ideoque idem nivibus obsitus dici non possit; additque [e] „ Virgilius humeros idcirco, non verticem nubi-„ bus operiri cecinit: *Nix humeros infusa tegit*: sed pinniferum quoque caput ven-„ tis,

ANNOTATIONES.

sceperit, quo deficiente, ut doctus quidam praeceptor meus asseverabat, non satis latina lingua dictionibus abundaret. Oh quanti inter hos asinos merentur comprehendi, qui statim ac libri titulum, non dico legerunt, sed primo limine salutarunt, tum magis ubi auctor provincialis suus, vel pauper, vel adhuc in vivis sit, statim aliquid ad cavillandum inveniunt; scriptorem, seu illius laborem coarguentes, ut se non illiteratos hominibus comprobent --- Primùm igitur legere discite, nec in posterum Plinii naturalem historiam falsitatum refertam appelletis, cum ad hoc mentem apponere debeatis, quòd ubi rem dubiam, miram, naturae vires excedentem refert: ferunt, ajunt, fama est, *vel similibus verbis doctissimus auctor utebatur*. In quàm diversa a populari suo abierit Simeonus videant aequi judices, & quantâ falsitate ex omnium consensu certare credat Burghinus Plinio *mendacis* cognomentum attribuens, opportunè ostendet Harduinus, cujus verba Burghini, Verderii, aliorumque ineptiis opportunam facient medicinam (*f*). *Nam quod multa Plinium attulisse in medium criminantur aliqui, quae falsa sint, quae commenta sapiant, Magorumque vanitates, nihil id utique habet justae reprehensionis. Nam quo eum argumento mendacii arguas, qui nihil comminiscatur, nihil afferat, quod haberi pro certo ac confesso velit, quin sit illud idem ab aliis scriptoribus, extra omnem mendacii suspicionem positis, quos quidem suis locis appellaturi sumus, proditum similiter? qui dubia se suis reddere profiteatur auctoribus, quorum ad fidem provocat, & legentes ablegat? qui denique Magorum commenta eo recitat, quod prae se fert ipse haud obscure passim, ut eorundem obiter coarguat vanitatem: quae sub Nerone Principe quòd is hanc exercuerat artem, videri poterat in ipsa Vrbe auctoritatem accepisse?* Non omni igitur aequitate Plinii elogium condens Dominicus Musantius illum semper eruditum, non semper veracem affirmavit. Si optimis nuper *notis* ab Harduino illustratum testatur (*g*), cur hanc Annotationum principem in ipso operis limine obliviscitur? Musantio Querum jungamus, qui Plinium Magorum hostem, atque irrisorem eorum numero videtur adscribere (*h*): *Trata de las plantas --- como Philosopho, Historiador, Medico, Agricultor, Magico*, &c.

(1) Allata non in celsissimis unicè montibus, sed in spectando etiam cacumine (quamvis Alpibus humiliore) adnotavi. Generosi montis (Incolis *Mon-genero*, & *Mon-Cenere*) Busbinique vertices nullis ornantur arboribus: quodve in Busbino animadvertendum, cum non ultra mille passus assurgat, herbisque etiam in summâ fronte vestiatur. Elatiores ad Larium, & Eupilim montes, ut Cantii cornua, *Le corna di Canzo*: Serratum Leucense, *il Resicone di Lecco*: non arboreo formosi, sed scrupeo horrentes capite appareant. Adde Bardi culmnia in Placentino, & Vesuli in Alpibus, & quaecumque, ut puto, Summis Alpibus comparanda. Hinc ab Illyriis Carpatii montes *Tarczal*, quasi calvi, & abrasi appellantur (*i*).

[a] De la Cerda *ad Aeneid lib. IV. vers.* 249. [b] *Hist. nat. lib. V.* 1. [c] *Ad allat. Virg. vers. pag.* 225.
[d] *De Murrh. Cap. VI. pag.* 68. *Vide & Frideric. Saxium De Murrh. pag.* 108. [e] *Ad Plin. lib. V. pag.* 243. *num.* 1.
[f] *In praefat. ad Plin.* [g] *Fax Chronolog. Tabul. IV. num. V.* [h] *Tom. I. pag.* 86. [i] *Vide Froelich. apud Hennin. in annotat. ad Tollii epist. V. pag.* 209.

„ tis, & imbribus pulsari canit, poëticâ nimirum licentiâ. Non omnium altissimum „ verticem attigisse Suetonius videtur. „ Sed quorsum ista? Cuinam Philosopho, imò Alpium habitatori persuadet Harduinus arbores in celsissimâ regione vivere posse, cujus inferior perpetuis nivibus operiatur? Fortasse Romano duci necessarium erat ultimum Atlantis cacumen ascendere, cum illud longè ante adventum contemplaretur, atque a tergo montem aliquot etiam millium spatio transgressus utique conspiceret? Quod certum est, celsissima nostrarum Alpium juga perpetuis nivibus albentia intuemur; idque pariter de Atlante affirmandum (1). Ad ea, quae de imbre, ac nive affert Harduinus nemo rerum naturalium conscius in praesens ignorat, immensum aëreae regionis spatium a nubibus occupari, unde quandoque montes celsissimos excedant, quandoque iis humiliores cernantur (2). Non igitur doctissimorum unicè scriptorum testimonio gravior est auctor Plinius, quàm ut tam facilè ab ejus sententiâ discedi possit; sed ab illo narrata certissima apparebunt, ubi sedulis disquisitionibus committantur.

Georgius Agricola vir ubique cum praefationis honore nominandus [a], Petrus Matthiolus [b], Dalecampius [c], Bonaventura Angelus [d], & post hos innumeri Plinium accusant, quasi crystallum a nive in glaciem antea efformatâ, durari scriptitasset. Primo loco dubitari potest, an omnes Pliniani incisi notae, atque illud *rigent* in vulgatis naturalis historiae exemplaribus ritè apponantur. Secundò haec ipsa sententia prioribus, & subjectis venit comparanda. Illorum attulerat de Murrhinis opinionem, qui *humorem putant sub terrâ calore densari* [e], additque --- *contraria huic caussa crystallum facit gelu vehementiore concreto. Non alicubi certè reperitur*

quàm

ANNOTATIONES.

(1) Ex Plinii igitur scriptis vera Atlantis historia innotuit, quam antea alii veritatis minimè cultores fabulosissimam tradiderunt. Plinio concinit Solinus (*f*); quodque magis est omnium neotericorum testimonia, qui Atlantem in Africâ conspexerunt. Adde Gimmam in erudito Physicae subterraneae opere (*g*): *Tra monti altissimi sono ancora numerati Mongibello di Sicilia, i Pirenei della Spagna, il Caucaso dell' Asia, l' Atlante d' Africa, ed altri colle cime sempre coperte di neve.*

(2) Egregiè Plinius post relatas eorum opiniones, qui nubes IↃCCCC. usque stadiis elevari tradiderunt: *incomperta haec, & inexplicabilia affirmavit* (*h*). Harduinus post alios non ultra V. milliare italicum attolli conjecit. Mihi Alpes conscendenti oppositum innotuit; unde falsa arguuntur, quae post Aristotelem de celsissimis traduntur montibus, quasi eorum verticibus pluviae, nivesque evadant incognitae. Certissimum est majora Alpium juga nivibus ante subjectos montes operiri; vidique ego in eorum cacumine tempestates, ac nubila, modò verticibus longè altiora, modò meis sub pedibus cooriri; quod etiam in Busbini vertice adnotavi. Nusquam tamen Alpium, & Busbini humeros nive perfusos intuemur, quando iis capita minimè operiantur. Non igitur mihi ex integro recta videtur illa Boerhaavii sententia: *quod & experimentis respondet, docentibus in altorum montium cacuminibus, Soli proximis, nunquam nube tectis, tamen summum frigus deprehendi, ut nix solida perstans vibratu radiorum ne quidem solvatur* (*i*). Optimè tunc omnia incederent, ubi scripsisset in altissimorum montium cacuminibus *Soli proximioribus, & rarò nube tectis.* Haud ignoro, quòd sapientissimi viri opinio aliquâ ratione possit explicari, ut montes *Soli proximos* intelligat, tanquam minùs ab illo remotos; aquas verò prinsquam ad supremam aëris regionem perveniant, in atomos adeò minutas attenuari, unde formandis nubibus locus in celsissimo vertice non adsit, quamvis postea ex immenso frigore in nives coalescant. Verùm experimenta, & ipsiusmet Boerhaavii verba infra legenda obsistunt, cum in Carnicis Alpes ad geometricorum pedum 10274. mensuram attolli non ignoraverit, *in quorum fastigiis humidi signa --- & altissimus Africae mons in Teneriffa habet quotidie circa meridiem impendentes nebulas, quae quotidie in aquam resolvuntur* (*k*). Non igitur Maignani auctoritate, neque Riccii observationibus indigemus; qui enormiter nubes elevari posse, atque ultra Terrae projectam umbram collegit: quando nobis ostendisse sufficit, nubes quandoque celsissimorum montium jugis imminere; unde Boerhaavii ultimo loco prolatis accedam: *in altissimorum montium cacuminibus nubes raro --- adesse, sed infra terram versus sub pedibus apparere* (*l*). Hâc igitur modificatione rectiùs explicabuntur, quae David Froelichius de Carpathico (*m*), & Aurelius Comes ab Antiis de Thules montibus (*n*) tradidere; nam rarenter summa eorum juga pluviis obnoxia, ventisque agitata, utique recipiam; nunquam --- *credat Judaeus Apella Non ego.* --- Nullum enim est in toto terrarum orbe montium cacumen, ubi pluviae, nivesque minimè decidant. Id in Andinis Americae (Hispanis *Cordillera de los Andes*), In Teneriffâ, atque in ipso etiam Olympo gravissimis ostendit auctoritatibus Hispanus Varro Benedictus Feychoous (*o*). Vt autem polyhistoris Plinii sententiam adversus parum cautos accusatores, & verticem Atlantis etiam aestate nivibus opertum tueamur: disputationem laudati Boerhaavii verbis absolvemus (*p*): *In summis fastigiis montium altissimorum semper frigus glaciale nives tenet assiduas. Id circa Aequatorem, & Zonis torridis certum, ut non sit in fervidissima telluris plaga mons valde elatus, quin vertex ejusdem gelidus prorsus sit.*

[a] *De fossil. lib. VI.* [b] *Ad libr. V. Dioscor. Vide Ludovic. Dominic. citat. Plin. libr.* [c] *Prim. edition. ann. 1587. pag. 882.*
[d] *Histor. Parm. lib. I. pag. 25.* [e] *Lib. XXXVII. 2* [f] *Cap. VII.* [g] *Tom. II. cap. 6. pag. 433.* [h] *Lib. II. 25.*
[i] *Tom. I. element. Chem. de Igne pag. 95.* [k] *Boerhaav. Tom. I. de Aëre pag. 252.* [l] *Cit. pag. 254.*
[m] *Vide Henric. Hennin. ad V. epistol. Jacob. Toll. pag. 210.* [n] *Vid. Gimm. altat. pag.* [o] *Tom. II. epist. X.*
[p] *Tom. I. pag. 258.*

quàm ubi maximè bibernae nives rigent [1], *glaciemque eſſe certum eſt*, *unde & nomen Graeci dedere*. *Oriens & banc mittit*, *ſed* [2] *Indicae nulla praefertur*. *Naſcitur & in Aſiâ viliſſima circa Alabandam* [3], *& Orthoſiam*, *finitimiſque montibus*, *item in Cypro*, *ſed laudata in Europae Alpium jugis*. *Cornelius Bocchus & in Luſitaniâ naſci* &c. Vbi nihil allatae demamus ſcripturae; id adhuc ab omnibus concedendum, quòd uti ſub terrâ *bumor* calore denſatus murrhina conficiebat: ita (juxta Plinii ſententiam) contrariâ methodo *bumor* in ſcrupeis rimis concretus frigore durabatur. Cum ait cryſtallum glaciem eſſe, non ideò illius formationem rigentibus unicè nivibus attribuit. Humor enim ex rigore in glaciem prius, & deinde in cryſtallum abeat, neceſſe eſt: & opportunâ admodum ſententiâ de ſpeculari lapide [a] *Humorem hunc terrae quidam autumant cryſtalli modò glaciari*. *Et in lapidem concreſcere manifeſtò apparet*. Sic de Lincum humore glaciari, atque areſcere in gemmas alibi ſcripſit [b]. Adde, quòd cryſtalli naturam inquirens *caeleſti*, inquit, *bumore*, *parvâque nive id fieri neceſſe eſt*: alias igitur in formandâ cryſtallo partes modicae nivi adjectas innuit, qui *liquidò affirmare* potuit *in cautibus Alpium naſci*, *atque adeò inviis*, *ut plerumque fune pendentes eam extrabant*. Cum igitur *naſcentem* ubique teſtatur cryſtallum, illam juvante nive durari, ſed non unicè ex nive ſatam opinabatur [4].

 Vi-

ANNOTATIONES.

(1) Dubitavi aliquando, num recta ſit ſcriptura: *non alicubi certè reperitur*, *quàm ubi maximè hibernae nives rigere*, *glaciemque eſſe certum eſt*; ita ut orationis vis in iis ſtet: *certum eſſe* non alibi *certè* (nempe minimè fallaci experimento) cryſtallum inveniri, quàm ubi glacies, & perpetuae incubant nives. Videntur haec ſuperioribus cohaerere, cum in calidis etiam locis, Oriente, Indiâ, Cypro, cryſtallum naſci affirmaverit. Verùm cum diverſam ad manus ex membranis non habeam lectionem, a vulgatâ non recedo; & humorem glaciatum, ideſt coagulatione denſatum intelligemus in iis etiam regionibus, ubi minor frigoris poteſtas: cum in altiſſimis montibus cryſtallum generari non dubitem, ubi gelu vehementiore, ſeu quâcumque aliâ de cauſâ, criſpetur. Adaptanda enim veniunt ultima Boerhaavii verba de montium rigore iis etiam provinciis, in quibus incolae humilioribus in locis viventes, vel temperato fruuntur, vel calidiſſimo aëre vexantur. Cryſtallos aratro excitatas a torrentibus deportari cum Sudine tutò affirmabimus; & hâc ratione in Parmenſi accidere utique animadvertendum erat Bonaventurae Angelo, cum in agris Apennino ſubjectis inveniantur.

Cryſtallum igitur glaciem eſſe apud Plinium Harduino ſuffragante intelligemus, non caeleſtem aquam in extimis montium jugis, ſed ſuccum inter cautes vehementiore gelu concretum frigoris vî conglutinatum, & coactum; nam cryſtallum in rigentibus locis naſci certum eſt (c). Laudatiſſima in hanc diem cavatur in montibus, qui Lavezariam Comenſis Dioeceſis vallem circumdant (d). Quâ verò praecisè ratione conſletur, ignotum *Chemicis*; ut ignoto pariter idoneis ſcriptoribus vocabulo utamur. Magnus Boerhaavius haud ſatis hâc in re mentem ſuam aperuit, cum in foſſilium inquiſitione de pellucidis lapidibus tractavit: *videturque*, ait (e), *ſale*, *& terra perfectiſſimis*, *tenuiſſimis*, *commiſtis conſtari*: *ut cinis ſalſus inde fuſus vitrum dedit* --- --- *Cryſtallus alba*, *nitida*, *pura*, *vitrum ſcindens*, *vix in igne fundenda*, *vitrum fere referens*, *definito radiorum*, *& ſtratorum applicatu*, *& concurſu genita*, *prima in hac claſſe reponenda videtur*. Apud Agricolam (quem mirum in modum, neque immeritò, extollit Boerhaavius) invenio cryſtallum fieri ex lapideſcente perſpicuo ſucco, quem ſub terris, aut inter cautes acre frigus glaciat, & durat. Nec mihi nec aliis, quòd ſciam, perſpicuum hujuſmodi ſuccum videre contigit. Neque diverſa ab iis tradidit Plinius, niſi quia humorem dixit, quem Agricola ſuccum perſpicuum appellavit. Nicolaus Galeottus. „ Cryſtallum pariter, ait (f), „ gemmis annumerat Plinius docens *calori cauſa contraria Cryſtallum fieri*, *geluque vehementer concreto*, *ac propterea non* „ *alíubi reperiri*, *quam ubi maxime hybernae nives rigent*. Quare etymologia illius eſſe fertur a χρυὸς quod eſt *frigus*, „ & στέλλομαι pro συστέλλομαι *contraho* quaſi χρυόσταλλος. „

(2) Veteres editiones habent *ſed Indicae*; idque ab omnibus ſecutum animadverto uſque ad ſcribentem Harduinum, qui legere mavult *quoniam Indicae*. Plinius in hoc ipſo volumine de Lychnide: *naſcitur circa Orthoſiam*, *totâque Carid*, *ac vicinis locis*, *ſed probatiſſima in Indis*. Dalecampius Garciâ ab Horto docente nullam in praeſens per univerſam Indiam cryſtallum reperiri teſtatur.

(3) Dalecampius, & Harduinus ſcribunt *Alabanda*. Oppidum Cariae nobiliſſimum utrâque ratione, ſingulari, & plurali numero appellatur. *Alabandam* a Plinio vulgatum noſtri codices, vetuſtae editiones, & quae in Geographicis invenies, utique oſtendunt (g). *Alabanda libera*, *quae conventum eum cognominavit*.

(4) Juvat hoc loco pauca quaedam ex Naturae arcanis breviter attigiſſe, ut braccatis Agricolae, & Matthioli ſectatoribus praeſertim occurram, cum Plinio adverſentur circa cryſtalli originem, eo quia aquae impoſita minimè ſupernatet. Sed ubinam ex ſolâ nive conflatam cryſtallum Plinius affirmavit? Adverſus Matthiolum notat Camillus Maffejus Noſtrum minimè negaſſe aliquam terrae partem miſceri, non obſcuram quidem, ſed perſpicuam: quam ob cauſſam aquae impoſita fundum petit. Hinc Hippocratem, & Galenum aquam e glacie expreſſam aegrotis prohibere, quia ubi concreta ſit, craſſiores tantùm particulae ſubtiliſſimis effugientibus remanſerunt (h). Quidquid enim de iis ſit, & aliam cum Plinio cryſtallis tribuam generationem: non diffitebor haud ſatis probatum eſſe experimentum ut illam e glacie negemus conflatam, quòd aquae ponderoſior appareat: cum longè majorem in transformato, & lapideſcente corpore ponderis vim, quàm in primigeniâ origine agnoſcere debeamus. Proximis his annis in Sylvacannenſis Matronae Oliveto inventa fuere hominum cadavera (Cimbrorum creduntur) in duriſſimum ſilicem converſa. Quiſnam in lapideſcentibus pondus requiret, unde conſtabant, quando ululantes Matianus Miles occidit? Iterum cum longiſſimo temporis tractu in diverſum omnino corpus migravit ſubſtantia: quis iterum chyliſma, & primam illius exprimet analogiam? Prodigioſa externarum particularum acceſſio nunquid Phyſicis permittet, ut ſangui-

(a) *Lib. XXXVI.* 22. (b) *Lib. VIII.* 38. (c) *Gimma Tom. I. pag.* 202. (d) *Ballarin. Chron. Comenſ. pag.* 321.
(e) *Tom. I. de lapidib. pag.* 28. (f) *Tom. I. Muſei Odeſchalchi pag. XIII. §. VIII.* (g) *Plin. lib. V.* 29. (h) *Generat. natural. cap. XII.*

Vidimus Burghinum fucatis verbis, Cerdium ineptâ argumentatione, Matthiolum, & reliquos haud aequis critices lancibus procedentes; nunc nobis ſeſe offert Secundus Lancellottus, qui deridiculâ cavillatione in Plinium conſurgit. Optimè caeteroquin de neotericorum ingeniis meritus eſt Lancellottus, iniquam illorum libidinem compeſcens, qui ſuae aetatis homines nauci faciunt, priſcoſque unicè attollunt, ut ſenectas animas acti temporis laudatrices imitentur. Attamen haud ſatis rectè Plinium tanquam verborum datorem objurgat [(a)], eo quia Iliada Homeri carmen in membranis ſcriptum, unicâ nuce incluſum teſtetur [(b)]: quaſi hoc ultra omne veritatis confinium ſomniaverit. Profectò nugatur Lancellottus, cum futiles de nuce ingerit animadverſiones; & Ciceronis locus, non in iis quae extant, ſed in deperditis operibus, quaerendus ſit. Dictorum tamen fides eâdem ratione ex Solini teſtimonio firmatur [(c)]: *Cicero tradidit Iliada Homeri ita ſubtiliter in membranis ſcriptam, ut teſtâ nucis clauderetur*. Paullò etiam iniquius Plinium Lancellottus objurgavit, cum verba a Dalecampii accipiat commentariis. Ibi enim, ut Plinii ſententia recenti exemplo comprobaretur, Hadriani Junii ſubjicitur teſtimonium, referentis Franciſcum Alumnum in denariolo abſque notis integrum Apoſtolorum Symbolum, & principium Evangelii Divi Johannis perſcripſiſſe [(d)]. Lancellottus verò, qui per Dalecampium unicè profecit, Junio fidem adhibens, Plinio, imò Ciceroni falſitatis maculam adaptavit. Nonne mira magis videntur, quae ſecundo loco Junius refert, & Dalecampius mutuatur, ceraſi nucleum ſe vidiſſe in calathi formam exculptum, quo numeris politiſſimè diſtincta quindecim teſſerarum paria continebantur? Haec ſanè aliquod craſſi magis, ac ſolidi corporis, quàm Homeri Iliada comprehendebant. Nil igitur ultra in re notiſſimâ immorabor, cum omnes in Ambroſianâ Bibliothecâ Mahumetis Alcoranum arabicis elementis deſcriptum intueantur, quem grandioris nucis teſta commodè contineret; & Lancellottus longè majora de minutiſſimis quadrigis apud Aelianum invenire potuiſſet [(e)], unde a Plinio exagitando ſapienter abſtineret.

Septimus, quem prae manibus habemus, naturalis hiſtoriae liber, verba in Plinii vitâ a nobis allata, iterum ſuppeditat, quibus ſe vidiſſe teſtatur mutatum in marem nuptiarum die L. Coſſicium civem Thyſdritanum. Hujuſmodi bellum indixit apud illuſtrem, & ſapientiſſimam Cloeliam Comitem Grillam Borromaeam haud obſcurae famae medicus: cujus nomini utpote viventis parco, quamvis me, caeteroſque Plinio accedentes nimiae credulitatis argueret. Verùm hujuſmodi hiſtoriam non tantùm priſci, ſed neoterici etiam ſcriptores ita probant, ut Plinianam ſententiam facili negocio explicent; ſaltem eâ ratione, ut pro feminis habiti in mares abire videantur [(1)].

Al-

ANNOTATIONES.

guinis fluor, ſpongioſa oſſuum qualitas, aurium cartilago ſtateris impoſitae reſpondeant priſtinae gravitati; multoque minùs ad verum naturae ſtatum revocentur?

Cum igitur *chemica* foſſilium *analyſis* vel Boerhaavio teſte difficilis admodum evadat (*f*): fateamur neceſſe eſt, haud ſatis experimentis innotuiſſe, unde ſuccus iſte (Agricolae perſpicuus) lapideſcat, quibuſque praeſertim particulis conficitur.

(1) Facta Plinianae narrationi ſimilia habemus apud Livium (*g*), aliaque ex Licinii Muciani fide circumferuntur (*h*). Auſonius ad Plinium reſpiciens, a viro doctiſſimo viſa inter maximè admiranda, non inter fabulas collocavit (*i*). Sed ubi Medico Medicorum placeant ſententiae; quâ ratione Artis Principi occurret, apud quem mirae hujus mutationis exempla inveniuntur (*k*)? Hippocrati addat Gemmam (*l*), Michaelem Montanum, Sennertum (*m*), Shenckium (*n*), alioſque apud Laelium Biſciolam, atque Harduinum allatos. Id poſt decenne conjugium cuidam feminae accidiſſe affirmat Octavius Beltranus in Rutilii Benincaſae perpetuâ Ephemeride (*o*); quâ in re fidem meam minimè obſtringam. Accedam tamen Alexandro Taſſono oculato teſti, qui ſe miraculum Romae vidiſſe in Pharma-

(a) Diſinganno *VII. pag.* 137. & 138. (b) *Vid. Plin. lib. VII.* 21. (c) *Cap. V.* (d) *Plin. Dalecamp. pag.* 148. (e) *Lib. I.* 17.
(f) *Tom. II. pag.* 2. (g) *Lib. XXIV.* (h) *Plin. allato lib. VII.* 4. (i) *Vide Auſon. epigram. relat. libr. IV. pag.* 123.
(k) *Hippocrat. lib. VI. Epidem.* (l) *In Coſmocritic. lib. I.* (m) *Tom. III. par.* 2. (n) *Obſervat. lib. IV.*
(o) *Ad ann.* 1498. *Tract. VII. Cap.* 5. *pag.* 200.

Allatum Hippocentaurum Claudio Caeſari ex Aegypto in melle ſe vidiſſe Plinius fatetur: hoc nonnulli humanis auribus intolerandum buccinantur; cum & ante, & poſt Plinii aetatem innotuerit, ſimilia monſtra ex homine, & equo conflata nulla eſſe poſſe. Verùm quid haec cum Plinio? Fortaſſe Hippocentaurum ex homine, & equo natum vulgavit? Id nequaquam aſſerit, dum a ſe tale miraculum Romae viſum teſtatur: quânam ratione generatum non addidit; atque inter obſcuriora Naturae arcana reponendum cenſerem, cum prodigioſa quandoque monſtra ex humano ſemine oriantur, quae non aëriis commentationibus adſcribenda judicarem (1). Sed ut ſua cuique arrident, ita non deſunt inexorati Cenſores, qui dum ſibi aliqua tuenda, vel neganda proponunt, caeteris etiam omnibus adverſantur, ubi diverſa ab eorum opinionibus vulgaverint. Id mali Plinio, qui unus omnia tractavit, prae caeteris contigit; ſed quoties tabido potiùs contradicendi furore, quàm aequo jure naturalis hiſtoria exagitatur? Hâc ſanè dementiâ

ANNOTATIONES.

macopaei filiâ vulgavit (a). Bruſonius ſuperiore ſeculo feminam vix nuptam ſe noviſſe ait, quae in marem tranſit; atque illam Eccleſiaſticorum judicum ſententiâ a marito ſejunctam (b). Verùm ut exemplis medicae etiam adſtipulentur notiones, illas a Medicis deſumemus, qui ad allatum Plinii locum effusè miraculum explicarunt. Doctiſſimus Plinius non abſque re pronunciavit: ex feminis mutari in mares non eſt fabuloſum. Omnia enim allata exempla in id collimant, non contra e maribus in feminas. Rem quamplures latiſſimè proſequuntur, quae hiſce verbis Harduinus collegit. *Ab agnatâ cute obducto τῷ αἰδοίῳ cum teſtibus, interdum editus infans, ut femina habeatur uſuvenit: donec in adoleſcentia, virilitatis munere, diſrupta membrana illa prodeat, quod ſub ea latuerat virile pudendum, appareatque. Contra vero eſerto αἰδοίῳ, qui in lucem genitus fuerit, ut nunquam credatur femina non poſſe fieri manifeſtum eſt. Nec reapſe igitur mutantur in mares feminae, ſed mutari, qua diximus ratione, videntur*. Ob hanc ſexus mutationis hiſtoriam, uti nimiae credulitatis reus a ſciolis Plinius arguebatur tercentum ab hinc annis; illumque apologeticâ, ut ajunt, oratione tutatus eſt Hieronymus Bononius (c), paucis eâ tempeſtate in bonarum artium ſtudio comparandus. Vbi allata amico Medico minimè ſufficiant, Gallum Venetum conſulat, qui ſingulari opere humanae generationis vices, & miracula perſecutus eſt, cuique tabulam conjugalis amoris titulum fecit (d). Sententiam noſtram brevioribus hiſce terminis coërcitam probat doctiſſimus PHILIPPI PRINCIPIS Archiater Sylveſter Comes Ponticellius, qui unus pro multis ſufficiet. Curioſi ubi plura exoptent, Laelii Biſciolae adeant commentaria, in quibus infinita propemodum ad haec ſpectantia inveniuntur, quae ex ſuperinductâ lineâ parum Jeſuitis cenſoribus placuiſſe intelligo, quaſi rem Viro ſacrato incongruam explicantia. Hâc in re Italis Ariſtarchis Gallos aequiores judicarem, qui paria ex Harduini commentariis minimè ſuſtulerunt; cum ad medicinae, & naturae vires inquirendas optimè inſerviant. Caeterum, qui Biſciolae commentaria vellet edere, facili negocio omnia percipiet eo pacto, quo ab auctore collecta fuere; atque utinam ad communem omnium utilitatem proferrentur. Catis igitur hominibus a Plinio recitata minimè diſpliceant; bellumque Phlegonti Tralliano indicant, qui virum in feminam abiiſſe L. Lamiâ, & Aeliano Vetere Coſs., & a ſe viſum affirmavit (e). Quae ſummopere demirari non deſinam, ſequentia erunt a Dalecampio illuſtri Medico Plinianae narrationi ſubjecta (f): *Cajetana muliercula piſcatoris per annos 14. uxor repente vir facta. Item contigit Aemiliae conjugi Antonii Spenſae civis Ebulani anno 12. poſtea quam nupſerat. Sexu mutato ea duxit uxorem, & liberos ſuſtulit. Idem & alteri mulierculae accidit, cum jam ſemel peperiſſet.*

(1) Nulla hujuſmodi monſtra ex homine, & equo conflata eſſe poſſe poſt Dalecampium (puerilia in ſexus mutatione enarrantem) eruditè perſequitur Harduinus adjectis plurimis antiquorum auctoritatibus: Plinius tamen quâ ratione editum Hippocentaurum non protulit; ſed id in melle ſervatum Romae vidiſſe teſtatur. Majora ſanè de hoc ipſo Hippocentauro ſcribit Trallianus (g), cum in Arabiae Vrbe Saunâ inventum narrat; vivumque a Rege captum Caeſari (Claudio intellige) miſſum fuiſſe: Omnibus ſolitum veſci, aëris tamen mutati impatientiâ obiiſſe: additque ei faciem humanâ truculentiorem, manus ac digitos: ungulas equi more ſolidas, jubamque ſubfulvam habuiſſe. Videntur allata cohaerere a Divo Hieronymo recitatis, qui de Sancto Antonio Abbate hominem equo mixtum conſpexiſſe tradit (h): *quo viſo ſalutaris impreſſione ſigni armat frontem: & heus tu, inquit, quânam in parte ſervus Dei habitat. At ille barbarum neſcio quid infrendens, & frangens potiùs verba quàm proloquens inter horrentia ora ſatis blandum quaeſivit eloquium, & dexterae protenſione manus cupitum indicat iter, & ſic patentes campos volucri tranſmittens fugâ ex oculis mirantis evanuit. Verùm haec utrum Diabolus ad terrendum eum ſimulaverit, an (ut ſolet) Eremus monſtruoſorum animalium ferax: iſtam quoque gignat beſtiam, incertum habemus.*

Hujuſmodi inter fabulas a naſutis reponi minimè ignoro, quae non difficili tamen ratione explicanda cenſerem. Certum eſt, Nomadas in Arabiae finibus vagantes prolem quaternis ſive cruribus, ſive brachiis conſtantem habere potuiſſe: quorum duo naturali loco, duo circa pectus collocarentur. Hanc in deſertis relictam belluarum more inceſſiſſe quid mirum, cum ſimilia pueris omnibus contingant. In Caeſarauguſtae viciniâ XXX. ab hinc annis monſtrum horrendum informe viſebatur truci admodum figurâ ad humanam tamen accedente. A pluribus conſpectum modò Hebrum trajiciens nando, modò cum Suibus rem habens, modò ſeſe corruptis carnibus ſatians. A ruſticis tandem captum; mulierem eſſe compertum eſt. Conjecerunt indigenae puellam hanc a fugiente matre poſt Villae-Vicioſae pugnam anno 1710. in ſylvis relictam, feris immixtam creviſſe; & ſanè belluis, non humano generi, unicè familiaris, nuſquam loqui, vel aliquid diſcere valuit. Non illi crines, ſed horrentes villi; pro pelle corium; pro ungulis cruſtacea tegumenta; corpus omne foediſſimis maculis deſiguratum. Vt igitur nemo hanc feminam in ſylvis vagantem hominibus adſcripſiſſet: validiori ratione dicemus monſtrum in Arabiâ captum ferino aſpectu Hippocentaurum apparuiſſe, cum ludens natura geminos volens edere, utroſque unicâ figurâ concluſiſſet. Similia enim quamplura & noſtra vidit aetas, & omnes raram monſtrorum collectionem ſtupent, quae ex defuncti Blanci-Velatenſis diligentiâ Auguſtae Taurinorum aſſervatur.

[a] *Lib. V. Vid. laud. Biſciol.* [b] *Ad ann. 1654. lib. XII. pag. 709.* [c] *Vid. edition. Plin. Tarviſ. ann. 1479.*
[d] La generation de l'homme, ou tableau conjugal. [e] *De Mirabilib. IX. Vide & Noriſ. Epiſtol. Conſul. col. 441.*
[f] *Ad VII. Plin. lib. 4. pag. 141.* [g] *De mirabilib. XXXIV.* [h] *In vitâ S. Paulli Eremit.*

Cardanus laboravit, cujus ridendam opinionem in operis exordio attigimus. Scribere enim ausus fuit [a]: *Pliniorum unus praeter humaniores literas nihil scivit: alterum, cum purus grammaticus fuerit, quis inter sapientes numerare audeat?* Summopere indoleo, viro tot scientiarum acervis insignito futilem adeò sententiam excidisse. Jure igitur meritoque haec verba non tam Pliniano, quàm arguentis nomine detraxisse Vossius [b], & Popeblountius [c] adnotarunt. Quonam misero accidit fato, ut qui a tot tantisque eximiè celebratur [1], inter meros grammaticos a Cardano collocetur; hic crimen inexpiabile tam insano judicio perpetravit, quamvis fortasse a Julii Caesaris Recupiti sententiâ non abhorreat, cum puerilibus nixus joculis, postquam Plinium ex Petrarchae sententiâ scribendi, quàm vivendi peritiorem dixit: Vesuvium huic *de naturâ an optimè an pessimè merito cum nece rogum* praebuisse affirmaverit [d]; quasi in utramque, & oppositam adeò sententiam liceret opinari. Sed quam vult Recupitus sequatur (qui tot ineptiis Vesuviani incendii nuncium oneravit) doctorum chorus proculdubio Francisci Acerbi ejusdem societatis Presbyteri opinionem amplectetur; qui cum allatum sodalis sui argumentum versibus tractaret: de naturalis historiae auctore cecinit ---- *Te Maxime Plini*

Naturae egregium, & sophiae mirantis ocellum

Sustulit ex illis unum [e] ---- Plinium, quem Christophorus Giarda a Naturâ fabricatum ad suas ipsius divitias ostendendas praedicavit [f]: a Recupito reprobari parum miror; a Nicolao Bolaeo [2] vexari semper, & ubique suspiciam. Avorum aetate celeberrima quaestio exarsit ex Caroli Perraultii [3] inter antiquos, & neotericos institutâ comparatione. Hic cum debitam inventoribus laudem eripere videretur; & uno excepto Plinio Homerum, Pindarum, Virgiliumque malè haberet: multorum rabiem exacuit, & ulciscentem Bolaei calamum invenit, quia Plinium a caeteris separavit. Salvâ tamen Gallici vatis dignitate, objurgationes in naturalem historiam ingestae illius cum Perraultio inimicitiam potiùs, quàm indagandae veritatis amorem ostendunt. Cum viro clarissimo refragemur, unum, alterumque exemplum subjiciemus. Arguebat Homerum Perraultius eo quia Vlysses postquam XX. annos aberat, domum reversus, a domestico cane agnitus describatur [g]. Ad absurdam facti narrationem comprobandam Plinii auctoritate innititur, apud quem scriptum asserit, canûm vitam ultra vicesimum annum minimè propagari. Fateor, Plinii mentem liberaliùs Perraultium interpretari, cum in naturali historiâ legamus [h]: *Canes Laconici vivunt annis denis, caetera genera quindecim, aliquando viginti*. Inde occasionem desumpsit Bolaeus, ut iis similia in Perraul-

ANNOTATIONES.

(1) Plinium eum esse auctorem, ut difficile sit a tanti viri opinione discedere, scribit Alciatus (*i*). Inter mortales aetatis suae consumatissimos a Johanne Rhodio collocatur (*k*). *Naturalium rerum scriptor diligentissimus, eloquentissimus, veracissimus, incomparabilis, unus omnium instar* dicitur a Dempstero (*l*). Egregiâ vir fide, & doctrinâ a Friderico Saxio (*m*), & doctissimus a doctissimo Cimaliâ appellatur (*n*). Per summum nefas igitur Cardano purus grammaticus visus est; tum magis, quòd a grammaticorum indole summopere abhorruerit (*o*). Quomodo naturalis historia vel grammaticum opus, vel grammatico dignum evadet; quando de illâ Lipsius (*p*) *Plinii libros, qui pandectas appellaverit, me judice haud erraverit*. Cardanum Plinio infensum non uno loco adnotavi; adeòque iis etiam adversabatur, qui naturalis historiae auctoritate innixi a suâ abhorrebant opinione. Hinc est, quòd in Conradum Gesnerum sibi maximè familiarem scripsit, non aliâ de causâ, nisi quia rejectis (ut ipse ferebat) verioribus Georgii Agricolae sententiis, falsa quaedam Plinio nimis addictus, suis voluminibus inoculaverat (*q*). Cardano judicium *per dilucida intervalla summè stultum, summèque intelligens* fuisse, post alios Morhofius testatur (*r*). De Plinio igitur a Cardano scripta inter astrologica deliramenta collocabimus; & eâdem ratione firmabuntur, quâ sexum in anguillis pernegat (*s*), & buxo apes perire somniavit (*t*).

(2) Ita gentilicium nomen suum reddebat (*Nicolas Boileau Despreaux*) aliis Boilavius.

(3) *Charles Perrault auteur des IV. Tomes. Parallele des Anciens, & des Modernes.*

(a) *Vid. opera omnia Tom. II. lib. II. De Vtilitate cap. 5. pag. 63.* (b) *De Philosoph. XII. 11.* (c) *Censur. pag. 119.*

(d) *De Vesuvian. Incend. pag. 60.* (e) *Pag. 3. & seq.* (f) *Liberal. disciplin. Icon. Symbolic. col. 72.* (g) *Odyss. lib. XVIII. vers. 300. & seq.* (h) *Lib. X.* (i) *Parergon. Juris lib. IX. pag. 93.* (k) *Ad Cornel. Cels. pag. XLV.* (l) *Apud Popeblount. in Censurâ.* (m) *De Murr. pag. 114. 131. &c.* (n) Della perniciosa mutazione dell' aere *pag. 43.* (o) *Consule praef. ad T. Vespas.*

(p) *Lib. II. Epist. Quaestion.* (q) *Lib. X. Paralipomen. in histor. lapid. & metallor.* (r) *Polyhistor. liter. lib. 2. cap. XV. pag. 109.* (s) *Vide Tom. III. Lib. IX. de Subtilitate.* (t) *Aliat. Tom. lib. VI. pag. 62.*

raultium vulgaret [a]. *Quisnam credet, quòd noster Aristarchus, Homero viro sapientissimo bellum indicturus Plinii locum minimè legat, vel ab amico verborum texturam* (1) *sibi aperiendam non curet?* Vti iis nimio felle repletis, ita superioribus etiam parcendum erat, ubi *demum*, inquit [b], *Plinius scriptor licèt suspiciendus non unâ vice in rebus naturae explicandis manifesti erroris arguitur. Contra Homerum ante Perraultii dialogos nemo propositâ in quaestione unquam culpavit. Sed quid? Perraultius nulli nisi Plinio credit, pro cujus fide etiam vadari non dubitat.* Sed quorsum ista tendunt? Ego ex Homero-mastigibus certè non ero, ut Vatum parentem ex ineptiis accusem, quamvis Vlysseo cani ultra viginti annos tribuerit. Ante memoratum tempus profectò existebat, ubi quatuor evolutis lustris herum agnoverit. Id utique potuit contingere, quamvis perraro ad tantam aetatem canes perveniant. Poëtae hujusmodi sufficiunt: sed nullâ ratione in Plinium veniunt detorquenda, cujus verba non ita rigidè accipiemus, ut nusquam a canibus vicesimum annum excedi statuamus, dum ea tradit, quae communi observatione contingunt. Eâdem ratione humanam aetatem a scribente Davide septuaginta, & octuaginta annis circumscribimus; quamvis non desint, qui ultra centesimum, & centesimum quinquagesimum robusti vixerint.

In astronomicis demum, geographicis, & naturae arcanis indagandis quis Plinio Homerum praeponet? Nonne videt Bolaeus, similia ex disputationis tentigine oriri, ut Plinium erroris argueret, quando ipsius, & omnium testimonio innoxius evadere debuisset. Allatam sententiam iis copulet Bolaeus, quae de Varrone, & Plinio cum honoris praefatione vulgavit: ubi Romanorum doctissimos affirmat, ut tandem mediocri sapientiâ instructos judicaret, si Bignonio, Scaligero, Salmasio, Sirmondo, ac Petavio comparentur. Perraultio malè conciliatus, profectò nimius evadit [c]: nam quamvis hos summos ingenio, & eruditione viros suspiciam: illis Varronem, Pliniumque longè praehabendos censeo; & celeberrimos doctrinae phosphoros Scaligerum, Petaviumque de Plinio loquentes palmaribus erroribus obnoxios hisce in disquisitionibus comprobamus. Potior igitur nobis erit Bonaventurae Castillionaei (2), Baccii, Milichii, Theveti, Langii, Patini,

ANNOTATIONES.

(1) Patrio idiomate in Perraultium scripsit Bolaeus, quem parum latinas literas scisse mordaci dicterio ostendit.

(2) Bonaventura Castillionaeus Plinium rerum antiquarum scriptorem diligentissimum (*d*); illique de priscarum rerum memoriâ laudem supra caeteros auctores tribuendam affirmat Andreas Baccius (*e*). Illum latina plantarum, artium, doctrinarum nomina: illum multis de rebus lectissimas sapientum opiniones, & sententias conservasse Milichius admiratur (*f*). Thevetus, in hoc de Plinio optimè meritus, caelorum motus, terrae secretiora, aquarum vires, hominum mores, & anatomen, brutorum indolem, & potentiam, plantarum historiam, temporum vicissitudines, imperiorum, regnorumque successiones explanasse; atque uno verbo neminem Latinorum illi comparandum testatur; ut demum ignavissimos scriptores appellet, qui nobilissimum historicum mendacii arguere non dubitarunt (*g*). Langius, Harduino teste, Plinium haud immeritò, etsi novo more loquendi *Naturae bibliothecarium* extollit. Patinus elegantiori stylo naturalem historiam unum ex pulchrioribus toto orbe quaerendis voluminibus definiens, hâc de caussâ pauperum bibliothecam appellari animadvertit (*h*). Id allato a nobis alibi disticho respondet:

Quid juvat innumeris onerari scrinia libris,
Vnus pro cunctis Plinius esse potest.

Harduinus *est*, inquit (*i*), *operis certe prae se ipsius suceptio, dispositio, conformatioque, grandis, & capacis ingenii opus: idque eo grandius, & magnificentius aestimari par est, qui universam Naturae historiam unius laboris, & operis monumento consignaverit. Ex orbe doctrinae, quam ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, quam sibi quisque particulam delegerit, auctorum index, quem subteximus, priori libro declarabit. Nemo unus attigit universam, nemo ut noster thesaurum, vel mundum verius rerum omnium cognitu dignarum, spirans ingenii sui monumentum reliquit.* Ad Plinium igitur provocent, qui omnia, & Romanae praesertim historiae tempora velint statuminare; & si quid in supputationibus invenient errati, ad membranas confugiant, ut amanuensium peccata eliminent. Catrovius, & Rovillaeus, qui tantùm ex Plinii laboribus profecerunt; mihique (quamvis non omnibus) eruditi satis auctores apparent: ubi aliquid hoc in genere falsi reperiunt, a nostro minimè distant judicio. Hinc Appii Claudii consulatum ad annum V. C. 457. cum Donato, & Nardino collocantes (quando perperam in vulgatis impressionibus inveniebant annum V. C. 259.) subdunt (*k*): *Un tel anacronisme ne peut etre imputé sans injustice à un auteur aussi sçavant que Pline, dans l'histoire de sa nation.* Si igitur Hein-

[a] Reflex. Critiq. 3. *pag.* 202. *Tom. III.* [b] *Citat. tom. pag.* 201. [c] *Tom. V. Epist. IV. ad Perrault. pag.* 121.
[d] *De Gallor. Insubr. antiq. sedib.* [e] *De Thermis Veterum cap.* XI. [f] *Pag.* 201. [g] *In nuncupat. ad. II. Plin. lib.*
[h] *Vide Epist. a Petro Richeleto collectas Tom.* 1. *pag.* 539. [i] *In praefat. ad Plin.* [k] *Tom. V. lib. XIX. pag.* 432.

tini, Harduini, Catrovii, aliorumque ſententia, qui poſt Barbarum, & vetuſtiores Plinii naturalem hiſtoriam ſummis laudibus celebrarunt.

Vltimam hujus voluminis partem ſibi poſcere videtur Plinianae orationis textura, quae licèt brevis, & cauta in Geographicis, & Medicis appareat, pingues tamen, & floridos exceſſus in rebus Naturae pangendis minimè rejecit. Vtrumque Plinium ſtyli ratione Marco, & Lucio Senecis deteriorem Politianus judicavit [a]. Sed ut ſua quemque delectant, ita nimium ſibi tribuit vir caeteroquin eruditus, & bonarum artium cultor eximius. Quâ enim convenientiâ M. Senecae Rhetori (cujus ſuaſorias declamationes, & controverſias habemus) Plinius ſenior comparetur, prorſus ignoro; cum longè diverſâ methodo utriuſque ſtylus, & labores incedant. Nuſquam Senecae patri viro ſapientiſſimo [b] laudem eripiam, quamvis cum Plinio avunculo minimè conferam; cum Senecae Rhetoris pauca tantùm exiſtant, neque hiſtoriae naturali committenda. Senecam filium principem ſuo aevo eruditionis, & potentiae non uno loco Plinius celebravit [c]. Nihilominus tamen L. Seneca (qui & ipſe multa in naturalis hiſtoriae libris tractata attingit) ſtyli florentis, judiciique ratione Plinio longè minor nobis apparet. Malè de Senecae voluminibus ſentiebat C. Caeſar [1] (cui Suetonius Caligulae cognomentum redin-

ANNOTATIONES.

Heinſii argutiis uti licet, Plinium *primum omnium Secundum, & ſecundum nemini* ſtatuemus (*d*). Hinc Feychooi calamum a patriae amore effaſcinatum pronunciamus, cum Joſephum Acoſtam laudaturus, illum Plinio hiſce verbis videatur praeferre (*e*). *El Padre Acoſta es original en ſu genero, y ſe pudieta llamar con propriedad* el Plinio del nuevo Mundo. *En cierto modo mas hizo que Plinio, pues eſte ſe valiò de las eſpecies de muchos Eſcritores, que le preciederon, como èl miſmo confieſſa. El Padre Acoſta no hallò de quien tranſcribir coſa alguna. Añadeſe a favor de l' Hiſtoriador Eſpañol el tiento en creer, y circunſpeccion en eſcribir, que faltò al Romano.* Haec brevioribus terminis utique coercenda judicarem; minorique faſtidio accipiam Pomponium Melam (ſcriptorem utique aeſtimandum) omnium in Geographiâ magiſtrum appellaſſe; quando pauca ex illo, multa ab aliis Pomponio vetuſtioribus, & infinita ex ſolo ſuo ingenio Plinius vulgavit; ideoque Romanor. Geographorum princeps citra controverſiam aſſurgit: eâdem ſanè ex cauſsâ, quâ Feychoous Hiſpanos omnes ſe antiquiores eruditionis gloriâ ſuperavit. Dubito tamen, quòd & in illo aliqua veniant caſtiganda, & praeſertim ubi ex Thomae Cornelii fide aſſeruit, in Macocani Regis palatio CC. homines cotidie occidi, ut Principis, & Domeſticorum ferculis ſufficiant. Haec ab Hübnero quamvis (*f*), aliiſque vulgata, Mathematicis, imò Ratiocinatoribus improbantur. Macocanos, Anſicanoſque humanâ carne veſci non ignoramus. Verùm quotannis LXXIII. hominum millia in unâ vel ampliſſimâ provinciâ necari fabulis adſcribam, ne ingeniorum Phoenix Voltaerius poſt certum temporis ſpatium in totâ Africâ unicum hominem cum geometricâ fracturâ certet invenire (*g*): omittere etiam ex integro poterat Feychoous Braſilianam Locuſtam, quam Veris tempeſtate in arborem converti perfunctorio calamo ſcriptitavit (*h*). Acutiores enim Philoſophi, atque hos inter incomparabilis Maria Agneſia, miraculum feminibus, quibus inſecta enutriuntur, tribuendum cenſent, cum verno tempore diſruptis Locuſtarum tegumiuibus pullulare incipiant. Atque haec dicta ſint, ubi de facti indubiâ veritate conſtet; utque annotationem aureis Caroli Dati verbis abſolvamus (*i*). *Sò beniſſimo, che il nome di Plinio preſſo alcuni non è di grandiſſima autorità ſtante il mal concetto di poca fede addoſſatogli a gran torto dal volgo. Io non voglio adeſſo far la diffeſa di queſto grande Scrittore contro certi ſaccenti, che ſenza forſe averlo mai letto lo tacciano di menzognero. E chi fu mai più di lui curioſo del vero?*

(1) Hic Senecae opera *commiſſiones meras* --- *& harenam ſinè calce* appellabat (*k*). Vbi aliquis objiciat immanem belluam de Homeri carminibus abolendis; & Virgilii, ac T. Livii opera e Bibliothecis amovenda quandoque cogitaſſe (*l*): ad ſimilia furibundo ingenio compulſum utique aſſerendam. Verùm illud etiam e Suetonio conſtat, eruditioni plurimum, plurimum eloquentiae Cajum attribuiſſe, cum promptus, ac facundus tum verbis, tum ſententiis, & voce, & pronunciatione ſpectandus evaſerit (*m*). Hinc ſtyli compagem, & pondus in Senecâ philoſopho praecipuè culpabat. Si hujuſmodi minora videri poſſunt Politiano: notum certè de Senecâ Quintiliani judicium ſuis conferre poterat cenſuris; indeque tantam cum naturali hiſtoriâ comparationem inſtituere. Inter multa, quae tum laudi, tum vitio maximus oratoriae artis praeceptor Senecae tribuit, occurrunt hujuſmodi (*n*): *Foret --- optandum, pares, aut ſaltem proximos illi viro fieri: ſed placebat propter ſola vitia: & ad ea ſe quiſque dirigebat effingenda, quae poterat. Deinde cum ſe jactabat eodem modo dicere, Senecam infamabat: cujus & multae alioquin, & magnae virtutes fuerunt, ingenium facile, & copioſum, plurimum ſtudii, & multa rerum cognitio, in quâ tamen aliquando ab iis, quibus inquirenda quaedam mandabat, deceptus eſt. Tractavit etiam omnem ferè ſtudiorum materiam, nam & orationes ejus, & poëmata, & epiſtolae, & dialogi feruntur. In Philoſophiâ parum diligens, egregius tamen vitiorum inſectator fuit; multae in eo, claraeque ſententiae, multa etiam morum gratiâ legenda. Sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosora, quòd abundant dulcioribus vitiis. Nam ſi aliqua contempſiſſet, ſi parum concupiſſet, ſi non omnia ſua amaſſet, ſi rerum pondera minutiſſimis ſententiis non fregiſſet, conſenſu potiùs eruditorum, quàm puerorum amore comprobaretur.*

Longè pejora profert Gellius, qui: *De Annaeo Senecâ*, inquit (*o*), *partim exiſtimant, ut de ſcriptore minimè utili, cujus libros attingere nullum precium operae ſit: quod oratio ejus vulgaris videatur, & protrita: res, atque ſententiae, ut inepto, inanique impetu ſint, aut ut levi, & quaſi dicaci argutiâ: eruditio autem vernacula, & plebeja, nihilque ex veterum ſcriptis habens, neque gratiae, neque dignitatis: Alii verò elegantiae quidem in verbis parum eſſe, non inficias eunt, ſed rerum, quas dicat, ſcientiam, doctrinamque ei non deeſſe dicunt, & in vitiis morum objurgandis ſeveritatem, gratiamque non invenuſtam.*

[a] *Epiſt. I. Vide Morhof. Polyhiſtor. Tom. I. lib. IV. cap. 23. num. 2.* [b] *Volaterran. lib. XIX. Nicol. Faber. in praef. ad M Senec.* [c] *Lib. XIV. 9.* [d] *Vid. Harduin. allato loco.* [e] *Theatr. Critic. Tom. IV. Diſcurſ. XIV. §. XIII.* [f] Vollſtand. Geograph. Tom. *II. pag. 669.* [g] Journal Encycloped. 15. Nov. 1763. pag. 122. [h] Tom. III. Carta IX. num. 8. [i] Vita di Protogene *pag. 167.* [k] *Sueton. in Caligul. LIII.* [l] *Idem Sueton. XXXIV.* [m] *Allato cap. LIII.* [n] *Lib. XII. 2.* [o] *Lib. XII. 2. pag. 315.*

dintegravit): pleraque corrupta Quintilianus Hiſpaniarum civis, vulgarem illius orationem & protritam ex multorum judicio Gellius affirmavit. Fateor primam Gellianae ſententiae (ſeu illorum, quibus tam malè Seneca audiebat) partem omnino iniquam; ideoque hoſtilem, nec judicium, ſed odium adferre Lipſius adnotavit [a]. Neque a Lipſio diſtat Prouſtius Gellii enarrator, qui immeritò ita de Senecâ pronunciari: aequum tamen Quintiliani judicium, quamvis paullò aſperius non diffitetur. Verùm Eraſmus Quintilianum tantâ ſuavitate ſuam de Senecâ cenſuram temperaſſe affirmat, *ut nec perſonae ſtudio laudet improbanda, nec odio damnet, quae laudem promerentur* [b]; & rectè de Senecâ Quintilianum judicaſſe cum eruditorum pleriſque teſtatur Morhofius [c]. Parum igitur apud Fabium profecit Lipſius duriſſimus latinitatis auctor, cum boni rectique plurimùm judicii cenſorem agnoſcens addit, *niſi ſicubi affectus abducit, quod hic vereor factum*. Reliqua Gellii argumenta verboſus ne videar, praetermittam; neque enim debitum Senecae elogium imminuam, cum res unicè in illos ſit, qui Plinio Neronis praeceptorem ratione ſtyli anteponunt. Id neque agit ipſemet Lipſius, cum Fabii ſententiam penſitans multam in Senecâ rerum cognitionem laudaret, *vides*, ait, *Polymathiam, quam novelli judices fruſtra detractum eunt; at Fabius candidè donat, & Magnus ille Plinius, qui* Principem eruditionis *invidendo elogio appellat*. Mihi ſanè magis ab aurei ſeculi puritate abeſſe videtur Seneca, qui maculas in Virgilio, ac Cicerone inveniebat, quàm Plinius utriuſque eximius cultor, atque admirator. Rectiùs igitur egiſſet Franciſcus Sanctius, ubi Senecae ſuam unicè adaptaſſet cenſuram, neque dum illius latinitatem multis in locis claudicare affirmat, hâc adhuc in re utrumque Plinium deteriorem judicaſſet [d]. Nobis in demortuo idiomate antiquorum potiùs judicia, quàm recentiorum nugamenta ſequi placet, ut pleraque in L. Senecâ admiranda, etſi quae in illo vitia ſunt, haec non ignoraſſe, ſed amaſſe fateamur: in Plinio verò ratione ſtyli omnia ita ſuſpicio, ut cum ipſâ Naturâ certare videatur. Quid nobilius, quid numeroſius excogitari poteſt quàm Luſciniae cantus deſcriptio (1)? Hanc felici adeò Minervâ digeſſit Plinius, ut non imitabilis appareat; cum ipſis ſiquidem Luſciniis contendit [e], uti Pierius Valerianus vir eximius adnotavit [f]; & immenſo precio major habetur a Vignolo Marvilio [g]. In Plinio tamen huic ſimiles felicis ingenii imagines paſſim habentur, cum nuſquam ſibi minor, auctor incedat. Reliqua tamen praeteream, nam cuique facili negocio invenienda emergunt, & communi eruditorum ſuffragio conſtat, nil magis in Plinio extra omnem ingenii aleam poni, quàm ſtylum, ut nullâ ratione Boeclero (2) accedam

ANNOTATIONES.

(1) Hanc emendatiorem exhibebimus IX. volumine.

(2) Johannes Henricus Boeclerus Tacitum veluti naturali quodam bono Pliniorum dexteritatem viciſſe affirmavit (*h*). Sed quâ lance Naturalis hiſtoria Romanis Taciti annalibus, & hiſtoriis: quo pacto iis Plinii Caecilii Epiſtolae, & Panegyricus comparantur, cum diverſo omnino in genere ſcripta diverſum omnino ſtylum requirant? Vbi hiſtoria a fine Aufidii Baſſi, ubi Germanica bella, & Pomponii Secundi vita ſuppeterent, haec utique elaboratae Taciti amplitudini conferrem; neque dubito, quòd major illi Plinius aſſurgeret: quamvis audax adeò non ſim, ut aſperam Taciti elocutionem affirmem, uti Sigonio, ac Cauſſino excidiſſe miror. Boeclero magis arguendus videtur Nicolaus Funcius, qui noſtrâ aetate Plinii ſtylum accuſavit, eo quia multa in naturalis hiſtoriae libris ruſtica inveniantur vocabula (*i*). Si accuſationem urget, quia ſcriptor ruſticis uſus eſt dictionibus, ut urbanas contemneret, certò fallitur: ſi ruſticis, eo quia alia non ſuppeterent, laudem utique Plinius promeretur, cum plurimas res *aut ruſticis vocabulis, aut externis, aut barbaris, imò cum honoris praefatione ponendis* reddere cogeretur (*k*). *Conterranei* exemplum affert Funcius, tanquam dictionem a Plinio primùm effictam. Hanc ego vocem falsò in Plinii codicibus invectam oſtendere conabor. Caeterum ubi ab auctoris calamo proficiſcatur, nonne videt Funcius, hoc illud eſſe caſtrenſe verbum, ad quod homo militiae addictus provocat eo pacto, ut potiùs latinitatis ſcrupuloſitatem oſtendat, dum notam Imperatori vocem legentibus ab origine declaravit. Cum Leoniceno igitur Plinii hoſte iterum ſtatuamus Muſas non aliâ linguâ, quàm Plinianâ latinè loqui debuiſſe. Trajanus Boccalinus, qui naturalem hiſtoriam fabulis refertam iniquo pronunciavit judicio, has tamen ab auctoris ingenio omnium bonorum diviti, ita condiri deſcribit, ut cunctorum

[a] *In judicio ſuper Senecam*. [b] *Lib. XXVIII. epiſt. 12.* [c] *Polyhiſtor. liter. Tom. IV. cap. 12. pag. 880.* [d] *Miner. lib. III.* [e] *Lib. X. 29.* [f] *Hieroglyf. lib. XXIII. fol. 168.* [g] *Tom. II. Miſcellan.* [h] *Tom. I. de eloquent. viri civil. pag. 122.* [i] *De imminenti linguae latinae ſenectute pag. 548.* [k] *In Praef. ad Titum.*

dam, qui Tacitum utrique Plinio praepoſuit, & Funcio, qui noſtri dictionem improbavit. Suſceptae a nobis cauſſae bonitatem oſtendet ſequens volumen, quo naturalis hiſtoriae prooemium genuinae lectioni reddere ſatagemus.

ANNOTATIONES.

ctorum literatorum palato optimè ſatisfaciant (*a*). Jure igitur meritoque Plinius Romanae eloquentiae ſplendor maximus a Raphaele Regio appellatur (*b*). De illo Hermolaus Barbarus (*c*). *Cenſetur indoctus, qui Plinium non legit: indoctior, qui lectum contemnit: indoctiſſimus, cui non ſapit. Debet aetati noſtrae plus, quam ſuae, Plinius: ſed nos ei magis, qui per illum maxime ſubſiſtimus. Alii rem Latinam juverunt, ille ipſe nobis eſt Latium.* Neque differt Alexander Benedictus, qui Plinium affirmat oraculum cuſtodiendum, & venerandum Latii unicum perfugium, ſinè quo res literaria non conſiſtat; ut indoctus quiſque, ineruditusque habeatur, *cui Plinius non ſapiat* (*d*). Plinium ad omnia, atque ad eloquentiam praeſertim natum: graecae, & latinae linguae peritiſſimum Lycoſtenes (*e*), & Argenvillaeus celebrarunt (*f*); ac demum Guillandinus inter veteres auctores non invenit, qui Plinio rectè conferri, ne dum anteferri poſſet (*g*).

[a] *Relationes Parnaſſi XXXI. pag. 116.* [b] *In Apologiâ.* [c] *In epiſt. ad Joban. Mirand. Comitem.*
[d] *Praefat. ad Plin.* [e] *In vitâ Plin. junior.* [f] *Hiſtor. natur. pag. 5.* [g] *In epiſt. ad Bapt. Grimald.*

COROLLARIVM.

IMpreſſâ jam ſupremâ hujus voluminis parte Paullus Maria Paciaudius Regiae Parmenſi Bibliothecae Praefectus; quo in tantâ ingenii magnitudine, & morum elegantiâ neminem mei amantiorem cognovi: dono mihi dedit vix dum typis conceſſa Antiquorum Elogia, quae eruditis commentariis illuſtravit Benedictus Paſſionaeus. In nobili opere geminas ad Pliniam Gentem ſpectantes memorias (primùm, quòd ſciam, in publicam lucem emiſſas) inveni. Vtramque hoc loco ponendam duxi, cum ad Magni Plinii Libertos, ſeu Libertorum filios ſpectare conjiciam.

Prima (*a*):

D. M
C. PLINIVS . ARISTONICVS
PLINIAE . ARISTOTHEMIDI
FILIAE DVLCISSIMAE
ET ATRIAE TERTIAE · VXORI
SANCTISSIMAE ET SIBI . LIBERT
POSTERISQVE · EORVM

Altera in hanc ſpeciem (*b*) exhibetur:

D M
PLINIAES EVPHROSY
NES VXoRI . SANCTISSI
MAE . PIISSIMAE . RARISSI
MAE . SIBIQVE . KARISSI
MAE . ET . DESIDERANTISSI
MAE . C. PLINIVS SOTERI
CHIANVS . MARITVS PI
VS . CVM QVA VIXIT . AN
NIS. XXXV. SINE VLLA
REPRENSIONE

[a] *Claſs. VI. pag. 50. num. 56.* [b] *Claſs. VIII. pag. 77. num. 78.*

Statuerat Dominicus Cardinalis Paſſionaeus in Praeneſtino Camaldulenſium Eremo inſignem antiquorum elogiorum ſupellectilem, quam defuncto Viro illo incomparabili coemit antiquitatis eximius cultor Xaverius Canalis Pontificio Aerario Praefectus, atque in ſuâ Interamnenſi Villâ collocavit.

Dolendum, quod cum plura admodum ſcitè proferat ſcholiaſtes Paſſionaeus ad eas inſcriptiones in aliorum lucubrationibus ingeſtas; nihil ad geminas Pliniorum ſubjiciat. Locum igitur, unde erutae fuerunt, ignorantes: ea tantùm addemus, quae conjecturis aſſequi poſſunt, quouſque veram importationis hiſtoriam teneamus. Vtramque in Romano agro, vel ejus viciniâ effoſſam credere par eſt, & in primâ graecum Ariſtonici parentis cognomen Optimo accedens, & filia Ariſtothedemis tanquam eximiae Juſticiae cultrix: ſuadent utique vel Ariſtonicum, vel ejus parentes e Magni Plinii libertis extitiſſe. In ſecundo verò epigrammate *Pliniaes Euphroſynes* nomina Graecorum more inflexa, feminam a Laetitiâ appellatam, origine Graecam, & ejuſdem patriae viro nuptam fuiſſe oſtendunt, cum maritus Soterici nempe Servatoris filius appareat. Omnes demum hos Plinios in Pliniam familiam ex potentis alicujus heri voluntate inoculatos communia innuunt Gentilicia, & nullae dignitates hominibus attributae, unde Libertinam ſitantium originem ſuſpicemur.

FINIS . LIBRI . SEPTIMI

DISQVISITIONVM PLINIANARVM

LIBER OCTAVVS

DIvinam Naturalis hiſtoriae praefationem appellat Alexander Benedictus[a], & Pliniani ſtyli judicium ab ipſo operis exordio praecipuè deſumendum ex illuſtris Maffej ſententiâ ſexto volumine adnotavimus; verùm cum docto hoc ſeculo ſapientis viri auctoritas non tanti ſit, ut a contraria ſtatuentibus recipiatur: hinc eſt, quòd re ipsâ, atque optimis teſtimoniis Veronenſis Polyhiſtoris opinionem firmare curabimus. In Plinianae igitur praefationis illuſtratione duo potiſſimum peregimus. I. Vt caput caeteris membris eleganter cohaereat, omnimodam ſententiarum, & verborum convenientiam cum ipſo operis corpore adverſus Harduinum oſtendemus. II. Quamplurimis inſtructi codicibus novas, quas ſequimur, lectiones non ex ingenio, ſed ex veteri ſcripturâ duximus confirmandas. Tot ubique detortae voces, & ſignanter prooemii initium variis erroribus conſpurcatum omnem neoterici interpretis induſtriam exigunt, ut medicas apographis manus adhibens, quae auctor ſcripſit potiùs, quàm quae emendare aliis viſum, eruere conetur. Neque enim hoc loco adulantium noſtrae aetatis aulicorum opiniones, & praeſentis ſeculi mores ſequi oportet: multa Plinium Titi amicum, multa veteris aevi exempla, ſcribendi, dicendique libertas, & officiorum indoles permittebant, a quibus immutata rerum facies abhorret in praeſentiarum. Hâc de cauſsâ talem Plinianorum codicum farraginem labore haud facilè aeſtimando inſpexi, ut reſtantes volutatis minimè judicem comparandos. Lectores inde variantia librantes vocabula iis accedant, quae magis guſtabunt: Neque enim tantùm meis viribus confido; ut omnia ab omnibus probari ſperem, quamvis multa a viris doctiſſimis minimè intellecta ex diviti exemplarium penu faciliora evaſerint. Praeter Barbarum, Caeſarium, Gelenium, Dalecampium, Harduinum, alioſque, Plinianam praefationem emendare aggreſſi ſunt Perotus Sipontinus Antiſtes, Cornelius Vitellius, Raphael Regius, Nicolaus Beraldus, Marinus Becichemus, Thadaeus Vgoletus, Lancillottus, & Johannes Baptiſta Curtii, Benedictus Jovius, Antonius Faber, L. Antonius Flaminius, Franciſcus Lopeſius Villalupus, Martinus Figueretus, Hadrianus Turnebus, Leodegarius a Quercu, Philippus Melanchthon, atque hoc ſeculo David Durandus optimè de Plinio aliis etiam in voluminibus meritus. Vberiorem horum, aliorumque etiam notitiam proximis voluminibus exhibebimus, quod inſuper de codicibus pennâ exaratis decimo libro erit praeſtandum.

[a] *Praef. ad hiſtor. Natur.*

C. (1) PLINIVS. SECVNDVS (2). T. VESPASIANO (3). SVO SALVTEM (4).

Libros Naturalis hiſtoriae (5) novitium (6) Camoenis Quiritium tuorum opus, natos (7) apud me proximâ foeturâ, licentiore epiſtolâ narrare conſtitui Tibi (8) Jucundiſſime (9) Imperator: ſit enim haec Tui praefatio veriſſima, dum Maximo conſe-

ANNOTATIONES.

(1) Litera C. praenomen (nempe *Cajus*): familiae nomen *Plinius*: cognomen *Secundus* gentilicio nomini ſubjunctus denotat. PLINIVS, primo I caetera elementa excedente, in Benedicti Jovii codice legitur; haec licèt minuta videri poſſint, a veritate tamen minimè abhorrent, cum junioris Plinii nomen antiquis Elogiis tali pacto inſcalptum appareat.

(2) *Secundus*. Nonnulla calamo, & typis edita exemplaria poſt Secundi cognomen patriae nomen addunt; In pleriſque, & probatioribus *Novocomenſis* exiſtit, ut videre eſt in Vaticano 1951., primo Eſcorialenſi, atque in vetuſtiſſimis per Angelum Politianum, & Martinum Figueretum inſpectis. In codice Parmenſi ſcribitur *Novecomenſis*, in aliis *Novicomenſis*. Patriae vocabulum Plinium adjeciſſe contendunt Benedictus Jovius, Antonius Faber, & plerique Comenſium; imò Capreolus his omnibus paullò antiquior Patriae appellationem in omnibus codicibus, & voluminum titulis appoſitam affirmat. In editis certè exemplaribus *Veronenſis* unicè dicitur anno 1496., talem ſubinde methodum quamplures Impreſſores adoptarunt. Horum opinionem fovent codex Vaticanus 1950. Palmarii, ſeu Barberinus II. Leodegarius a Quercu, &c. Rectiùs tamen opinantibus nullam Patriae mentionem ad Titum ſcribens Plinius induxit. Neque enim id moris erat priſcis ſcriptoribus; neque Patriae recordationem operis titulus poſcebat.

(3) Nota T. praenomen ſignificat. Hujus optimi Imperatoris appellationes: *Titus Flavius Veſpaſianus*; ut *Flavius* gentilicium nomen, *Veſpaſianus* cognomen extiterit. Brevitatis cauſâ a pleriſque ſcriptoribus *Titus Veſpaſianus* dicitur. Fatemur, quòd in multis codicibus Titi praenomen deſideratur, nempe in Vindobonenſi, geminis Eſcorialenſibus, Vaticanis 1950. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956. Paſſionaeo, Caeſenatenſibus, Ambroſianis, &c. His pleraeque editiones accedunt. Verùm exſcribentium oſcitantiâ id primùm accidiſſe conjicio, qui unicam, primigeniamque literam T. omiſerunt. Aliis relatum invenio in melioris notae codicibus non ad Veſpaſianum Parentem, neque ad Domitianum, ſed ad Titum hujuſmodi volumina dicata teſtari; qui autem ſint minimè proferunt. *T. Veſpaſiano* legitur in codice Vaticano 1951. Toletanus venerandae antiquitatis haec habet. *Incipit prologus Plini ſedì Novecomenſis Oratoris Equeſtris ordinis in libro naturalis hiſtorie.* „
Plinius Secundus Veſpeſiano Ceſari ſuo ſalutem. „ Neque enim repugnaret Plinium *Caeſaris* appellationem abſque Titi praenomine appoſuiſſe, cum inde ſatis a patre Imperatore diſtingueretur. Pro Tito pugnavit Politiani auctoritate Figueretus quamvis ſolum Veſpaſiani cognomentum legeretur. Et ſanè huic opus dicatum, tum auctoris verba, tum quaedam a juniore Plinio ad Trajanum recitata oſtendunt, de quibus ſuo loco. Adnotavi Veſpaſiani cognomen non ſolùm hoc in Toletano codice, ſed in aliis quoque vitiari: ita in Vaticano 1955. *Veſpeſiano*. Hanc orthographiam, ſeu ut rectiùs graecè dicamus *cacographiam*, neſcio quâ de cauſâ ſequatur Ludovicus Dominicus, refragantibus quibuſcumque Flaviae Domus ſcriptoribus, nummis, elogiis. Typographico itidem mendo irrepſit in Muſeo Honorii Arigoni *Veſpeſianus* (*a*). Codices Caeſenatenſes habent *ad Veſpaſianum*: Dalecampius omnino ineptè *ad Divum Veſpaſianum*.

(4) *Salutem*. Codex Jovianus S. D. P. nempe *Salutem Dicit Plurimam*: quam lectionem vetuſtam licèt, latinamque a nemine receptam invenio, neque ipſe Jovius adoptavit.

(5) *Naturalis hiſtoriae*. Non igitur *Hiſtoriae Mundi*, ut pluribus, atque Antonio Poſſevino in primis (*b*) ſibimet refraganti, & minùs opportuna in Plinium congerenti, ac nuperrimè Quero placuit affirmare (*c*).

(6) *Novitium*. In codice Toletano ſaepè litera *c* pro *t* uſurpatur; ſic *novicium* legitur hoc loco. Convenit ſibi auctor libro XXXIV. 5. „ *tam novitiae ſunt, quàm quae nuper prodiere* „ laetorque poſt animadverſionem noſtram legiſſe apud Johannem Pacium a Caſtro (*d*) *utitur hoc vocabulo lib.* 34. *cap.* 5. Sic alibi paſſim *novitium opus*, *novitium inventum*.

(7) *Natos*. Ita codices Eſcorialenſes, & Toletanus, atque ex Murbacenſis veſtigiis Rhenanus. Turnebus in veteribus libris *natos* inveniſſe teſtatur; atque ante Turnebum Straneus; additque, *ut ad libros referas*. Durandus ipſiſſimam lectionem adnotavit in optimo codice Londinenſi, quam omnium primus recepit Perotus. Harduinus e contrario *natum* legit, ut ad opus vocabulum referret: quâ de re a Durando arguitur. Illius tamen cauſſa facilè per Advocatum tutabitur, cum non tantùm plures Plinianae editiones *natum* exhibeant; ſed ingens etiam codicum numerus ei ſubſcribat, quos inter Mediolanenſes, Vaticani 1950. 1953. 1956., qui Fulvii Urſini fuiſſe dicitur. Noſtra adhuc lectio potior, & concinnior videtur, cum libros, quaſi agnellos translatione a pecoribus deſumptâ, domi natos indigitet; foeturas enim non de pecoribus tantùm, ſed de omnibus animalibus, & ſignanter de Halcyonibus, & Gallinis, itemque foetus arborum, quae ab iis proveniunt, eleganter Plinius nominavit. Contra eos, qui *natum* recipiunt, ita ſententiam claudit allatus David Durandus „ elegantiam loci haud ſatis animadvertunt: quis enim fe-
„ rat *opus natum proxima fetura*, at *libellos* contra optime; tam multos praecipue eadem domo, apud ſe nempe ge-
„ nitos, iiſdem fere pellibus, aut membranis contectos, & conjunctiſſime inter ſe habentes. Audi Maronem Eglo-
„ ga VII. ad Priapum:

„ Nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at Tu
„ Si fetura gregem ſuppleverit, aureus eſto. „

Haec ultima, quae a *Lexicographis* videntur petita (*e*), parum Plinii locum illuſtrant. Invenio ſiquidem apud doctiſſimum, amicumque Facciolatum, & Virgilii locum, poſitum pro Animalium proventu, & ſtatim „ transfertur ad „ inanimata *Plin. ad praefat. totius operis* opus natum apud me proximâ foeturâ. „ Obiter notavi ab Harduino, & Durando, allatum vocabulum ſcribi ſine diphthongo, quod neque approbo, neque rejicio. In Plinianis codicibus invenitur *foetura*, & ſic plerumque apud alios. Ut autem ad rem noſtram redeamus, cum Plinius jam multa Tito cognita vulgaſſet, atque ultimò naturalis hiſtoriae libros emitteret; hos apud ſe proximâ foeturâ natos affirmavit. Doctorum enim virorum opera (& utinam haec tantùm) ex eâdem figurâ partus dicuntur, quâ conceptus, digeſta laboris meditatio. Suſpicor, quòd Valerius Martialis celebratum Propertii diſtichon, & Plinii locum ob oculos habuerit, cum cecinit:

Protinus Italiam concepit, & arma, virumque:
Neſcio quid majus naſcitur Iliade.

(8) *Narrare conſtitui Tibi*. Nempe breviario perſtringo, & hacce epiſtolâ Tibi offero. Videtur, quòd Harduinus hujuſ-

[a] *Tom. I. Tabul. III. pag.* 25. [b] *Biblioth. lib. XII. cap. XLII. pag.* 99. [c] *Tom. I. pag.* 86. [d] *MSSt. ad Plin.*
[e] *In verbo* foetura.

AL SVO (a) SIGNORE TITO VESPASIANO CAIO PLINIO SECONDO AVGVRA SALVTE.

In questa mia forse troppo famigliare pistola vi presento i libri della Storia naturale, ignoti per anche alle Muse Romane, e che pur ora terminai di scrivere, Imperadore Amabilissimo (b): sia pur questo il primo de' vostri attributi, nel mentre che sempre più imitate

ANNOTAZIONI.

Nel mio volgarizzamento, ho procurato di piuttosto investirmi dello spirito, e sentimenti del grande Autore, che di stare servilmente attaccato alla giacitura delle parole. Per tal motivo non istimai opportuno di consultare le traduzioni di Cristoforo Landino, d'Antonio Brucioli, di Ludovico Domenichi, nè tampoco la Francese del Pinet, nè la Spagnuola dell'Huerta, se non dopo avere interamente compiuta la mia versione. Quella del Landino scritta in un tempo, in cui la favella Italiana era assai rozza, e negletta, sembra spesse fiate un discorso del basso secolo, anzi che una Toscana esposizione; a questa si accosta alcun poco il Brucioli. Il Domenichi poi, sebbene vissuto in migliori tempi, non era abbastanza istruito della purezza Etrusca, e quel ch' è peggio, poco versato nella lingua Latina, almeno quanto era necessario per intendere ciocchè scrisse Plinio nella non mai abbastanza lodata Storia Naturale. Dippiù questi Autori servendosi di esemplari deformati da varj errori poco giovamento potevano recare ad un nuovo Traduttore. Lo stesso vuolsi anche intendere del Pinet, e dell'Huerta. Degli altri lasceremo che ne parlino gl' Inglesi, Tedeschi, e Fiamminghi, mentre nè sono io tanto instrutto in queste lingue, onde possa formarne giudizio, nè tampoco ho veduto tali versioni, come a suo luogo bastantemente si dichiarerà. Una volta per sempre è necessario di avvertire, che per esporre nella nostra lingua ciò, che Plinio disse succosamente nella sua naturale favella, si è dovuto aggiugnere al testo qualche parola, il di cui equivalente valore è per altro sicuro, che fu in vista all'Autore.

(a) *Il recare in Italiano il sentimento dell'iscrizione che i Romani preponevano alle loro lettere, non è cosa sì facile. Il motto latino* Suo *non sembra, che si debba semplicissimamente tradurre, come fece il Domenichi* Gajo Plinio Secondo a Vespesiano suo salute. *Du Pinet pose con miglior discernimento* Au Prince Vespasien. *L'Huerta s'attenne al Domenichi, e solo omise la parola* Salud, *traducendo* Cayo Plinio Segundo a su Vespasiano. *Luigi di Sacy servendo al genio della sua lingua lascia il motto di* suus, *e di* salutem, *e dice parcamente* (*a*) A Septitius Clarus, A Arieu, A Caninius &c. *Osservo, che Plinio Cecilio usa della parola* Suo *scrivendo agli Amici, o suoi eguali; ma non già a Trajano; onde si può credere, che il di lui Zio materno non solo chiami* Suo Tito Cesare, *come Protettore (nel qual senso si truova ancora presso gli Antichi) ma spezialmente perchè quest'ottimo Principe voleva essere trattato come amico, il che ben lo dichiarano le voci immediate* licentiore epistolà --- quod proximè non fieri quaestus es in aliâ procaci epistolâ nostrâ --- qualis in castrensi contubernio &c. *Da questa parola* Suo *si dimostra dunque chiaramente, che Plinio dedicò l'opera sua a Tito, vivente ancora il Padre Vespasiano: dal quale sebbene fosse amato, non veniva però con tanta famigliarità trattato, nè conveniva a Plinio sì grande dimestichezza con chi era Padrone del Mondo.*

(b) *Volevano alcuni, che in questo luogo ponessi* Amabilissimo Generale, *giacchè in Latino la voce* Imperator *equivale, e trae l'origine da chi aveva il supremo comando degli Eserciti, sembrando dippiù che l'Autore parli a Tito alla foggia de' Soldati. Tuttavia considerando, che dopo la perpetua adozione fatta di un tal nome da chi succedette a Giulio Cesare, fu la principale antonomasia de' supremi Monarchi Romani; e che spesso leggiamo presso lo stesso Plinio* Imperator Caesar, Imperatores Caesares Vespasiani Pater, Filiusque &c., *abbiamo meglio giudicato di esporlo nella succennata guisa. L'aggiunto di* Amabilissimo *in vece di* Giocondissimo *ci è paruto più addattato al nostro idioma, non avendo quest'ultima parola presso gl' Italiani la stessa grazia che in Latino. Il titolo di* Jucundissimus *dato da Plinio a Tito deriva dalla grandissima umanità, e piacevolezza dimostrata da questo Principe singolarmente in mezzo alle fatiche militari; Si è bastantemente da noi toccato nel libro V., che ebbe frequenti occasioni Plinio di trattare con Tito nelle guerre Germaniche; onde si deve credere, che positivamente alluda a que' tempi, ed unisca gli encomj del Figlio a quelli del Padre. Non mi sembra del tutto vera l'opinione di Davide Durand, che non potesse farsi allusione dall'autore ai cognomi dati all'esimio Tito di* amore, e delizie del genere umano; *non essendo costume di profusamente lodare i Figlj de' Principi dominanti. Questa sentenza viene contradetta dall'uso di tutti i tempi, mentre gli encomj tributati ad un giovane di grandi speranze, e virtuoso ridondano sempre in gloria del padre, tanto più quando anche il genitore meriti di essere annoverato fra i buoni, e saggi Monarchi, nel numero de' quali non sarà certamente l'ultimo Vespasiano. Le altre osservazioni presso il Durand mi sembrano giustissime, cioè che molte cose furono obbiettate al giovane Tito in tempo dell'impero paterno, onde non poteva allora essere chiamato* amore, e delizie del genere umano. *Il secondo riflesso pare ancora più forte, cioè il tacersi da Plinio un tale attributo, del quale certamente il più glorioso non può accennarsi. Non intendo con ciò punto detrarre alle virtù di Tito anche regnante il padre, mentre varie cose nei principj di un impero mal sicuro, ed al quale nessun giure di succedere apparteneva alla casa de' Flavj, non debbono considerarsi sotto lo stesso aspetto, che in una giusta, e stabile dominazione.*

La maggior parte delle altre obbjezioni si rende inutile, dalla nuova lezione da noi surrogata nel testo, mentre le parole Jucundissime -- dum maximo consenescis in patre, *egualmente racchiudono le glorie di Tito, e quelle di Vespasiano, anzi più gli encomj paterni, che quelli del figliuolo, mentre significano, che Tito imitava da lungo tempo le gloriose, e saggie azioni del genitore, che lo aveva associato all'Impero.*

[a] *Nella versione delle lettere di Plinio il giovane.*

ANNOTATIONES.

jusmodi verba libris omnibus naturalis historiae adaptaverit, cum *historicae*, inquit, *narrationis filo contexere sine ullis dicendi oratoriis ornamentis*. Durandus similia improbat, additque „ quae voluit contexere? opus ipsum, an historiam operis propositi? haud satis apparet, quid sibi voluerit Commentator. Ego de ipsa epistola, sive nuncupatione intelligo, in qua totius operis argumentum, rationem & cetera, primum in genere in ipsa praefatione, deinde & particulatim in elencho subsequente enarrare constituit, eodem fere sensu Terentius in prologo:

„ Nam in prologis scribundis operam abutitur,
„ Non qui argumentum narret; sed qui malevoli
„ Veteris Poetae maledictis respondeat. „

(9) *Jucundissime*. Titum jucundissimum appellat cognomine militari, quod ipsi, & Patri adaptaverant milites, ut ex hoc Plinii loco satis eruitur. Neque enim officiunt annotata a Leodegario a Quercu, qui Vespasianum Patrem moribus asperum: *jucundissimum* nusquam appellandum esse contendit. Rectè quidem milites Vespasianum (qui fortis ubique, & comis Imperator, & in castris singulariter amatus (*a*) apparuit) *jucundissimum* salutarunt. Quâ enim ratione Flaviam gen-

[a] *Tacit. Histor. lib. II. Vid. Murator. Ann. Tom. I. An. Aer. vulgar. 69. pag. 273.*

ſeneſcis in Patre (1) --- --- *namque tu ſolebas*
Meas eſſe aliquid putare nugas (2)

ut

ANNOTATIONES.

gentem Reipublicae nequaquam poenitendam aſſerit Suetonius, niſi ob maximas Veſpaſiani, ac Titi filii virtutes; quibus Domitiani cupiditas, & ſaevitia vincebantur (*a*). Nonne Veſpaſianus Claudio Principe Legatus legionis in Germaniam miſſus, in Britanniam poſtmodum translatus tricies cum hoſte conflixit, Africam integerrimè adminiſtravit; tot in Judaeâ fortiſſimè geſſit, Princeps patientiſſimus, inimicitiarum minimè memor; Jucundiſſimi Imperatoris appellationem promeruit? Imò hanc illi laudem peculiari modo tributam innuunt Apollonii Tyan. praebita Tito conſilia; cui rectè vivendi rationem petenti, Veſpaſiani parentis virtutes imitandas propoſuit (*b*). Conſtat igitur, quòd privatus longè abſuit ab illâ morum duritie, ad quam Canis concubina imperantem detorſit; quamvis hoc etiam incertum ſit, & de ipsâ pecuniae cupiditate, in quâ ſolâ meritò culpari Suetonius tradit, poſtmodum eodem loco neceſſitate compulſum vectigalia auxiſſe, & tributa innuat: cum & malè partis optimè uſus fuerit. Patet igitur, quòd militaris diſciplinae tenax, neceſſaria ubique militibus tribuens, ſuperflua denegabat. Viget adhuc apud nos adagium, illum Centurionem militum amorem, & reverentiam aſſequi, qui militum ſtipendiis nihil auget, nihil detrahit. Hujus loci porrò intelligentia a ſequenti dependet, nempe multis antea annis maximum genitorem *Jucundiſſimi* cognomento in caſtris ſalutatum; laudemque Parenti attributam pari paſſu cum longevâ aetate invaluiſſe: Veſpaſiani exemplis Titus inſiſtens *Jucundiſſimi* appellationem quoque promeruit. Conjicit Harduinus, quòd Plinius unâ operâ Patri, & Filio aduletur, & caeteras quaslibet appellationes utrique communes indicaverit, Jucunditatis verò propriam Tito adſcribat, utpote quae Naturae lege florentis aetatis ſit, non ſeneſcentis. Similia probavit Durandus. Ex allatis in diverſa abirem, cum hoc loco *Jucundiſſimi* militaris appellatio non a floridis annis, ſed ex caſtrenſibus geſtis ſit derivanda. Imò appellationis jura ad imperium evectus firmaverit Veſpaſianus, quem gaudentem *proventu rerum, artiumque* Principem Plinius celebravit (*c*). Addit Harduinus Titum, Tranquillo teſte, adeò carum omnibus extitiſſe, ut *Amor, ac deliciae generis humani* cognomento vocaretur, ad quae etiam Plinius provocavit. Id perperam animadverſum profert Durandus, cum credibile non ſit, ita vivente Patre filium nuncupatum, neque aſſueſcamus prolixè Dominorum filiis blandiri, ut talia ipſis cognomina tribuantur. Affert inſuper objecta Tito crimina, vel delictorum vivente patre ſuſpiciones, ambitionis, ſaevitiae, violentiae; a quibus (poſtea ad imperium evectus) liberatus emerſit „ *At illi ea fama pro bono ceſſit, converſaque eſt in maximas laudes, neque ullo vitio reperto, & contra virtutibus ſummis* (*d*).

Vtriuſque animadverſiones ſuperfluae evadent, ubi genitorem triginta ante filium annis *Jucundiſſimi* appellationem: hanc poſtea & natum parentis exemplo promeruiſſe ſtatuamus; caeteroquin, niſi vitiorum fama Tito obſtitiſſet, nihil incongruum invenirem, ut patre vivente *Amor, ac deliciae generis humani vocaretur*: hâc de re pleniùs in Italicis annotationibus.

(1) *Maximo --- in Patre*. Lectionem Harduinus ex veteribus exemplaribus, atque ex Turnebi auctoritate adoptavit; a Durado pariter eruditis argumentationibus recipitur. Firmatur ex Codicibus Ambroſiano Fratris Petri Ticinenſis, Vaticanis 1950. 1952. 1954. 1956. Paſſionaeo. I. Barberino. I. Eſcorialenſi, & II., antiquis (*e*), recentioribuſque (*f*) editionibus. In diverſa abiit Hermolaus, cujus exemplaria vel *maximè*, vel *maximi* referebant; ſecundam dictionem praetulit Aquilejenſis Patriarcha, *ut ſit ſenſus*, inquit, *jucundiſſimum recte dici eum, quoniam maximi praefatio conſeneſcit in patre, ceu majeſtati ejus, & aetati debita*. In optimis codicibus *maximi* extare teſtatur Benedictus Jovius, & vocabulum a Thad. Vgoleto, ut pleraque alia Plinianae praefationis reſtitutum affirmat. Vt verum fatear id in nullis ſcriptis manu libris inveni, quamvis in nonnullis antiquis editionibus appareat (*g*), & neotericorum permultis arriſerit, quos inter praetereundus non erit Johannes Antonius Mediobarbus, qui Ludovici Magni panegyricum Philippo Regi inſcribens ita exorditur „ *Laetabar*, IVCVNDISSIME REX (*ſit enim haec Tui appellatio veriſſima, nam Maximi conſeneſcit in* LVDOVICO) *laetabar inquam, Italiae, patriaeque meae felicitate*. „

Contra *maxime* exhibent codex Murbacenſis antiquiſſimus adnotante Rhenano, neque illi certè poſthabendus Toletanus, cui convenit Caeſarauguſtanus, Vaticanus 1951. Ambroſianus Guarini Veronenſis, quos omnes diligenter conſului. In hoc ultimo apparet, dum *maxime conſeneſcis in patre*. Vbi hujuſmodi ſuſtineantur, *Jucundiſſimi*, & *conſeneſcere* vocabulorum differentia omnino de medio tollitur, Titumque *Jucundiſſimi* antiquam paternam appellationem ſibi quoque vindicaſſe fatendum erit. Figueretus, qui Plinianam lectionem ex antiquiſſimis Politiani exemplaribus reſtituere profitetur, *maximè* recepit; & doctiſſimus Straneus „ *probaverim quoque maximè* „. Haec omnia fovent Rhenani conjecturam, ut vocabulum pro adverbio ſumatur; unde credendum eſt Londinenſem codicem, & Venetam principem editionem pro adverbio, non pro vocandi caſu accepiſſe, quamvis Durandus hacce de re dubitet: caeteroquin ſententia frigeſceret. In tantâ igitur codicum diſcrepantiâ, ubi Guariniano, & Eſcorialenſi accedamus, nitidior profectò, veruſque emerget ſenſus ex verbis *dum maximo conſeneſcis in Patre*; illudque *conſeneſcis* longè diverſâ ſignificatione recipio, quàm hactenus a Plinianis interpretibus actum ſit. Omnes enim cum exhibitam modò lectionem ignorarent, & *maximè*, vel *maximi*, aut *maximo conſeneſcit in patre* adoptaſſent: aliqua in Veſpaſiano veteraſcere indicabant. Et ego, ſed longè diverſâ ſignificatione virtutes in Veſpaſiano conſeneſcere recipiam; eâ nempe quâ legimus in Eccleſiaſtico (*h*) *Crede Deo ----- ſerva timorem illius, & in illo veteraſce*. Perotus ad Imperatoris nomen ineptè provocat. Sed hunc, & vetuſtiores ſeponamus, ut Harduini, & Durandi dictis adverſemur. Harduinus in annotatione 6. ad verbum *conſeneſcit* „ Aptari, ait, ſeu accommodari patri tuo jam deſiit, ob aetatis, majeſtatiſ„ que reverentiam. Eâ voce uſus Cicero, lib. 2. ad Attic. epiſt. 13. *Quanto in odio noſter amicus Magnus? cujus cogno„ men una cum Craſſi Divitis cognomine conſeneſcit*. Hic *conſeneſcit*, ut palam eſt, idem valet, atque *uſurpari deſiit, de„ ſiit eſſe fere in ore, ac ſermone vulgi*. Vt vel inde liqueat, ſi proxime antea *dum Maximi conſeneſcit in patre*, ſcri„ pſiſſet auctor (quod aliqui libris invitis omnibus conditivis volunt) quam inepte Tito adularetur, cujus patrem „ appellari Maximum deſinere jam diceret? quam ſecum ipſe pugnaret, qui maximum aevi rectorem, ut diximus, „ Veſpaſianum appellat, idque eximii, ut eſt, praeconii loco. „

Durandus poſtquam *maxime*, & *maximi* lectiones reprobavit, ut Harduinianae adhaereret „ Nam, inquit, *ſeneſcere*, „ & *conſeneſcere* ea dicimus, quae languere incipiunt, & ad interitum vergunt vel ipſo Plinio juniore teſte 16. lib. „ VI. *Nubes oriebatur --- credo quia recenti ſpiritu evecta dein* SENESCENTE *eo deſtituta, aut etiam pondere ſuo* „ *victa, in latitudinem vaneſcebat*. Jam vides non debuiſſe dici a Plinio *maximi* praefationem *in patre conſeneſcere*. „ Ergo jucunditas ſola, quam filio tribuit, in patre conſeneſcebat: ſed ne videretur detrahere patri, quod in filium „ conferret, ſuam utrique laudem, & propriam quidem adſcribit. *Sit enim*, inquit, *haec tui praefatio veriſſima, dum* „ *maximo conſeneſcis in patre*: ut quem olim plane feſtivum, & jucundum experti ſumus, eundem nunc & maxi„ mum, & venerabilem ſuſpiciamus, nulla inter patrem, & filium differentia, praeter aetatis. „

In-

[a] *Sueton. in Veſp. 1.* [b] *Vid. Philoſtrat. in Apollon. Tyan.* [c] *Lib. II. 46.* [d] *Suet. in Tito 7.*
[e] *Parmenſ.* 1480. 1481. *Venet.* 1507. [f] *Hackior.* 1669. [g] *Venet.* 1496. 1499. 1518.
[h] *Cap. II. 6. 7. Vide & cap. IX. 16.*

tutte le altre virtù del Massimo Genitore. Addurrò quasi scudo in mia difesa il detto di Catullo (a) *mio grazioso congerrone* (b)

--- --- --- poichè sì spesso
Fama a miei scherzi il parer vostro accrebbe.

Voi

ANNOTAZIONI.

(a) *Non sò, per qual cagione Ludovico Domenichi, o i di lui stampatori costantemente rechino* Catulo *in luogo di* Catullo. *Un tal errore nacque forse da alcuni Esemplari latini, ove trovasi* Catulum: *ma lo sbaglio è troppo grande; mentre Catullo è il cognome del dotto Valerio Poeta Veronese; e Catulo lo è del famoso Lutazio Console, e di varii altri.*

(b) *La parola* Congerrone *si deve ritenere anche nella traduzione; mentre questo è un militare vocabolo addotto da Plinio; in altra foggia si leva alla sentenza tutta la grazia. Così anche se nel testo Latino si legge* Conterraneum, *in Italiano direi* Conterraneo, *sebbene l' una, e l' altra voce non sia usata nella nostra volgare favella. Saggiamente s' attenne ad un tale precetto Gerolamo da Huerta nella sua versione Spagnuola. Landino, Brucioli, ed il Domenichi voltarono il (conterraneum).* Compatrioto, *o* Compatriota, *e con questi s' accorda Antonio du Pinet; Quantunque* Conterraneus *significasse* della stessa patria, *bisognava sostenere la dizione latina, perchè non conviene scostarsi dal militare* Conterraneo, *anche a cagione delle parole che vengono dopo. Molto più dunque si deve ritenere, o formare la voce di congerrone, sebbene in italiano non si ritruovi; ed in altro caso potesse dirsi* mottegiatore.

ANNOTATIONES.

Ingeniosè ab utroque interprete excogitata planè vanescunt, ubi depravatas expungas lectiones, & oppositum omnino sensum Tito in paternis virtutibus CONSENESCENTE attribuas. Et sanè Hermolaus Barbarus, qui rectè diligentissimus Plinii castigator a Durando appellatur, longè diversa in verbo *consenescit* (ut vidimus) interpretatus est „ *ut sit*, ait, *sensus jucundissimum rectè dici eum, quoniam maximi praefatio consenescit in patre: seu majestati ejus, & aetati debita.* Ubi genuinae scripturae indicium Patriarchae Aquilejensi adfuisset, proculdubio interpretabatur „ jucundissimum Imperatorem praecipuè Titum appellandum, cum & caeteras maximi genitoris virtutes jamdiu imitaretur „ Quàm bene hujusmodi cohaerent sententiae, quae insequenti naturalis historiae libro occurrit „ *Deus est mortali juvare mortalem, & haec ad aeternam gloriam via. Hâc proceres iere Romani: hâc nunc caelesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis aevi rector Vespasianus Augustus.*

Non negabo verbum *consenescere* pro rebus, quae obsolescunt, atque ad interitum vergunt persaepe recipi. Sic Plinius de Venere, quam e mari exeuntem Apelles pinxerat, *consenescit ea tabula carie* (a). Verùm etiam cum verbum *consenesco* simul senescere importet, ubi aliquem in virtutibus consenescere dicamus, non illum imminutum, sed virtutibus auctum pari passu cum aetate incedere intelligemus. Legimus in naturalis historiae libro XVII. ubi de oleis agitur „ *quaedam aeternitate consenescunt proximâ adoptione virgâ emissâ, atque ita aliâ arbore ex eâdem juvenescente, iterumque, & quoties opus sit, ut aevis eadem oliveta constent.*

Quid apertius ad rem nostram inveniemus? Neque enim oliveta aeternitate consenescentia ad interitum vergere interpretabimur; & ipsemet Harduinus *aeterno*, inquit, *fere aevo oleae durant* (b). Quidquid igitur sit de Ciceronis sententiâ; ubi *Magni* cognomentum consenescere innuat, quasi ab hominum memoriâ elaberetur, dicendum tunc esset, oratorem hocce verbo communiori uti significatione, a quâ longè in suâ praefatione abfuit Plinius. Neque enim novum est ab ipsissimis vocibus opposita quandoque deducenda; quorumque genuinus sensus ex sequentium vocabulorum texturâ erit eliciendus. Sic tabulam carie consenescere: illam carie labefactari; Sybarites in vitiis, Romanos in virtutibus consenescere: utriusque Populi vitia, & virtutes in annos augeri interpretabor.

Ut verùm tamen fatear, potiùs Ciceronem firmari in dies Pompejo *Magni* cognomen, quàm illud abrogari innuit. Consulantur Rom. Reipub. tempora, iisque Ciceronis ad Atticum epistola comparetur: *qui fremitus*, inquit, *hominum? quàm irati animi? quanto in odio noster amicus Magnus? cujus cognomen unà cum Crassi Divitis cognomine consenescit.* Nonne hujusmodi significant, quòd Caesari Rempublicam opprimenti uterque accessisset? Hîc consenescere Magni, unâ cum Divitis cognomine, significat Pompejum Crasso firmiter adhaerere. Ita permultis visum, quamvis oppositum Paullo Manutio viro doctissimo placuerit. Ast quae de Crassi cognomine, & opibus imminutis a Valerio Max. desumit inopportuna evadunt, cum tunc temporis Crassus ad turpem decoctoris statum minimè pervenisset; quae satis ostendunt Ciceronis verba ex epistolâ XXIV. ejusdem libri consulenda. Quamvis & a Valerio adnotata brevioribus terminis includenda sint, cum a Romanis scriptoribus hunc Crassum Divitis cognomine ubique appellari animadvertam. Magni verò cognomentum ubinam aliquo tempore in Pompejo obsolevisse inveniemus, cum illum usque ad mortem fuisse adoratum scribat Auctor Virorum illustrium: quare Cicero (meâ quidem sententiâ) ad Pompej acta respexit, quorum ob caussam Patriae ingratus a L. Senecâ appellatur: *ut in possessionem ejus alios quoque induceret --- dum ita Triumviris Rempublicam dividit --- eo redegit Populum Romanum, ut salvus esse non posset nisi beneficio servitutis* (c). Ipse verò Cicero parum sibi constans post aliquid temporis evaserit dissentientibus Caesare, & Pompejo, ut notat Seneca Pater: *malè audiebat tanquam nec Pompejo certus amicus, nec Caesari, sed utriusque adulator* (d).

(2) Morem hoc loco sapientissimo Scipioni Maffejo libenter gero, ut Catulli emistichion diverso charactere (e), non tamen omnino primus, in Plinianâ referam praefatione; cum id grandioribus literis exhibere ante Maffej consilium erudito placuerit Durando. Restituta verborum textura Beroaldo (f), & Peroto debetur (g). Hanc postmodum alii secuti sunt, quos inter Manzolus in Tarvisinâ editione 1479. Andreas Portilia 1480. Marinus Saracenus 1487. Britannici Fratres 1496., Aldus, Gelenius, Paullus Manutius, Antonius Vincentius.

Contra Franciscus Villalupus, Alexander Benedictus, Domitius Calderinus, Thadaeus Ugoletus, Benedictus Jovius, Antonius Faber, Andreas Alciatus hanc legem carminum solvere maluerunt, & unanimi consensu scribendum censent: *namque tu solebas putare esse aliquid meas nugas*. Horum tamen omnium conjecturas, atque emendationes, ex *prioribus syllabis* loco *saetabis* in naturali historiâ ingestis prodiisse compertum est. Nullam adhuc promerentur objurgationem, cum neque priscis temporibus defuerint, qui cum Villalupo, & asseclis ipsissima cogitarent, quod satis ostendunt uterque Escorialensis, Toletanus, gemini Ambrosiani, Palmeriique codices reprobatae a nobis lectioni omnino accedentes: alii alia, ut videre est apud Dalecampium (h), & Hackios (i). Ne pagina in immensum succrescat, Harduini verba afferre sufficiat, quibus Villalupi, Calderini, Jovii, & Fabri excogitata, malè tueri ostenditur; quamvis non cum illis Harduinus, sed cum recentioribus decertet.

„ Torsit (k) hic locus eruditorum ingenia, neque se ex ipso expedire satis feliciter potuerunt. In libris hactenus edi„tis sic legitur, *ut obiter emolliam Catullum conterraneum meum. Agnoscis & hoc Castrense verbum. Ille enim, ut „scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit, quam volebat existimari a Veraniolis, & Fabullis* quam lectio-

„ nem

[a] *Lib. XXXV.* [b] *Tom. II. Sect. XXX. pag. 68.* [c] *De Benef. lib. V.* [d] *Lib. III. Contr. 18.*
[e] *Maffej Veron. Illustrat. Par. II. col. 20.* [f] *Vid. Plinii edition. Parm. an. 1476.* [g] *Commentariol. in Plinii proœm.*
[h] *Edit. Lugd. 1587. & seq.* [i] *Edit. 1609. Tom. I. pag. 1.* [k] *Plin. Hard. Tom. I. pag. 7.*

ut obice moliar (1) Catullum (2) concerraneum (3) meum. Agnoscis ex hoc ca-

ANNOTATIONES.

,, nem secuti sunt Turnebus, Dalecampius, & Pelicerius in notis MSS. inducti scilicet in fraudem a Sigismundo Gelenio, qui vetere neglecta scriptura, *ut objicere moliar*, quam & codices manu exarati, & veteres editiones Parm. Venet. 1. 2. Brix. Venet. 3. atque adeo Hermolaus ipse retinuit, novam hanc excudit insigni licentia; atque illi deinde, ut suo quisque inserviit ingenio, in varias, ut emendarent ea quae antecedunt, abiere partes. Dalecampius Catullum scripsisse sic antumat: *Tu putare namque Nugas esse aliquid meas solebas.* Turnebus contra Plinium sic emendat: *Nugas esse aliquid meas putare.* Pelicerius: *Putare esse aliquid meas nugas.* -- Alii denique: *Nostras esse aliquid putare nugas.* Vt vel resoluto scilicet carmine, vel sic immutato, Catullum emolliat, qui duriusculus alioqui videtur: quod in primâ sede ejus versiculi contra Phaleuciorum leges (sic enim statuunt) obstrepat jambus: atque id ajunt esse, syllabas permutari, quod vereor an satis Latine dicatur, permutari syllabas, cum pes pro pede ponitur, aut syllaba pro longa brevis. Pedes enim, aut tempora, non syllabam mutari tunc dicimus. Sed & Catullum ita scripsisse, uti hodie legitur, neque obstrepere in prima sede positum jambum discere ex Terentiano illi potuere, libro de metris pag. 2440. *Nec peccat*, inquit, *pede natus ex Jambo* &c. atque ex ipso Catullo, qui carmini jambos multos praefigit. Epigr. 3. & 33. & 36. &c. At sunt qui mutatas carminis hujus leges post Catullum somnient, Martialis ac Domitiani aevo. An igitur, & Vespasiani Patris? quo vero id argumento probent? Sed ut ut est, miror id sane Terentiani Mauri, Grammatici in primis accurati, qui longe post tempora ea vixit, fugisse diligentiam, quod nostri illi acutiores viderint. Adde his, rogari merito interpretes posse, si prioribus in syllabis duriusculum se Catullus fecit, cur has tandem voluerint esse priores *Meas esse aliquid?* occurrunt enim illae legenti prius *Namque tu solebas.* In his igitur vitium omne, si quod est, latere necesse est, non in illis: in quibus tamen unis obstinato omnes fere animo haerent. Sed *setabis* certe, non *syllabis* Plinius scripsit, ut ex Catulli locis duobus a nobis allatis perspicuum est: nam quae ille saetaba priore carmine, nempe duodecimo, a Veranio & Fabullo data, ab Asinio furtim permutata repetit, haec *priora setaba* Auctor recte nuncupat: quod ea utique posteriora intelligeret, quae carmine altero, hoc est quinto & vigesimo, idem reposcit a Thallo sublata. Neque vero ita sui, neque ita decoris oblitus est, cum haec scriberet, ut in ipso statim epistolae -- limine Grammaticum ageret -- ac in nugis ejuscemodi Principem detineret,,

Huc usque Harduinus cujus argumentationes partim optimas esse, partim aliquantulum corrigendas nemo inficiabitur: ex Terentiano desumptae egregiè sententiam clarissimi interpretis fulciunt; utinam, & aliorum opiniones rectiùs observasset. Gelenium injustè accusat, quasi hic Turnebum, Dalecampium, aliosque in fraudem induxerit, cum tot tantique codices legant *obiter molliam*, sive *emolliam*, ut manu propriâ testatur Angelus Politianus. A suo igitur volumine deceptus Gelenius extantia adoptavit. Aldus pariter exhibet *ut obiter emolliam* (*a*). Ante hos quoque legi *obiter moliam* in editionis suae orâ notavit Alexander Benedictus. Fallitur etiam Harduinus circa Turnebi opinionem, qui legebat *nugas esse aliquid meas putare --- & obiice remolliam*. Caeterum antiquioribus Plinii interpretibus parcendum est, quòd ad vitiatas carminis leges confugerint. Vbique enim de *permutatis prioribus syllabis* agebatur; quare ut auctoris mentem pervaderent, supposititiam versiculorum acerbitatem adnotabant; aliter nullus certus insequentibus sensus relinquebatur. Saetaba verò (sic rectiùs per diphthongum) quae sublatis syllabis, supposuit Harduinus: non ex aliquo exemplarium vestigio, sed ex Catulli carminibus Plinio collatis egit; atque ut verisimile videtur, haec ab Alciato primùm rescivit. Quamvis enim Alciatus & ipse carminis legem resolvendam judicaret; tali pacto Plinii verba legit (*b*): ,, *nanque tu solebas putare esse aliquid meas nugas, ut obice moliar Catullum conterraneum meum, agnoscis & hoc castrense verbum: ille enim, ut scis, permutatis prioribus setabis duriusculum se fecit, quae volebat existimari a Veraniolis suis, & Fabullis.* ,,

Harduino igitur Alciati fax illuxit, cujus originem nobis maluit occultare. Nos tamen suam luminis inventori laudem reddendam judicamus, cum per Alciatum omnes profecerint. Illum igitur audiamus.

,, Aestimari, inquit, a Veraniolis: idest ex amore, quo Veraniolos prosequebatur, qui muneri ea sibi dederant, alludit etiam ad illa carmina

,, Nam sudaria setaba ex Hiberis
,, Miserunt mihi muneri Fabullus
,, Et Veranius hoc autem necesse est

Et rursus

,, Vt Veraniolum meum, & Fabullum
,, Quod me non movet aestimatione
,, Sed quòd [illegible] mei sodalis.

,, Quod ergo, ait, permutatis intelligo sublatis, & suppositis vilioribus, alludit enim ad illud

,, *Tollis lintea negligentiorum*,

,, & quod dixerat *obice moliar*, verbum est castrense, idest pro scuto opponam, & me defendam: convenitque haec interpretatio sensui Pliniano, qui dicat lucubrationes suas Tito Vespasiano, quas non justâ aestimatione; sed secundùm Caesaris ipsius, cui donatae fuerant animum, & beneficientiam cupiebat expendi, appellatque Catullum duriusculum, quod id epitheton maximè exactoribus conveniat. Horatius

,, *Durusque exactor, ut Alfius olim.*

Ex allatis huc usque verbis apparet saetabarum restitutionem ab Alciato primùm immaginatam, Harduinum nullâ inventoris habitâ mentione in Plinianis codicibus ingessisse. Magis miror, quòd cum pleraque ab Alciato prolata verum critices studium oleant, a nemine usque ad Harduinum scribentem adoptarentur. Id fortasse accidit, quia fautores argumentationis codices minimè protulit; unde Turnebus, qui depravata consulebat exemplaria *syllabas*, *vernaculos*, & *famulos*, monstrosas planè dictiones cupiens retinere: *hic*, inquit, *magna sane licentia substituerunt Veranniolis* (sic) *& Fabullis e Catulli poemate, repugnantibus omnibus veteribus scriptis & excussis libris. Pari audacia quidam permutatis prioribus syllabis, saetabis legunt: hoccine est veterem scripturam restituere, an instruere novam?* ,, Bonâ tamen Turnebi pace ostendemus falsa, & levia ingessisse, ubi Plinianam scripturam Catulli dictis, jocisque respondere comprobemus; quòd ante nos facere subsecuti Pliniani interpretes, & praesertim Harduinus utique potuissent. Primo loco Catulli versiculos eâdem ratione apud Plinium reddendos, quâ a vate exaratos, & verborum textura, & codex Barberinus I., itemque III., qui ad Benedictum Egium spectabat, satis indigitant; unde Plinii testimonio, Plinianam veterem genuinamque scripturam restituimus, nec ignota inoculatur, ubi neque syllaba ex ingenio additur; in utroque enim codice legitur --- *nanque tu solebas meas esse aliquid putare nugas*; secundò nimis confidenter in reliquis etiam exemplaribus procedit, cum non omnia unus homo possit inspicere, tum magis ubi de libris scriptis manu agatur; idque omnes fateantur necesse est. In hoc tamen libenter Turnebo accedam, ut illorum morem detester, qui nullis suffragantibus codicibus Plinium emendare audent, ut potiùs corrumpant. Ad reliqua igitur propositi magnâ supellectili, veluti Aegyptiorum opibus instructi, accedamus.

(1) *Vt obice moliar*. Haec verba non tantùm ex allatâ And. Alciati animadversione, quae caeteroquin optima, sed ex Am-

[a] *Vid. edition. an. 1538. Aldo tributa, quae est And. Asulani.* [b] *Parergon Juris lib. VII. cap. 22. pag. 62.*

Voi certamente ravvisate anche questo militare vocabolo, mentre vi è noto, che il Poeta per

ANNOTATIONES.

Ambrosiano Guarini Veronensis, Pertusatino, geminisque Caesenatensibus, Peroti, & Vaticano 1950. venerandis profectò voluminibus excepimus. In Vaticano adnotavi, quòd ineptus Aristarchus alterum J longum addidit, ut *obice* in *objicere* transformaret, quòd tum ex recentiori atramento, tum ex nimiâ verborum pressurâ apparet. *Obice* pariter exhibet Toletanus; sed loco *moliar* habet *molliam*. Lectio ut *objicere moliar* multis arrisit, nec improbanda: adoptatur ab Harduino, & Durando: *objicere moliar* habent codex Murbacensis a Rhenano volutatus (*a*), Vaticanus 1591. 1596., Barberinus II. & III., Ambrosianus Fratris Petri Ticinensis. Iis adstipulantur Hermolaus, Beciche-mus, Figueretus, Durandus, aliaeque veteres editiones (*b*). In Guarini, Peroti, & Caesenatensibus, Escorialensi I. *molliar*: Vaticanus 1594., Barberinus I. & III. *obiicere molliam*. Vgoletus, Jovius, Franciscus Sylvius, aliique permulti legunt: *ut obiter emolliam*, & diversâ etiam ratione, ut videre est in Plinio Dalecampii, Hackiorum, & Harduini. Codices Politiani *obiter emolliam*, & *obiter molliam*. Hanc ultimam lectionem placuisse censeo Hieronymo Avantio docto Veronensi, qui Bernardum Bembum alloquens, *Catulli*, inquit, *verbum occurrit*, *non ut eum obiter molliam jam cantatissimum* (*c*). Pro illâ infeliciter pugnavit Raphael Regius (*d*), cum ad jambum pro spondeo confugiat. Hi omnes excusatione digni sunt, cum ignorarent Plinium non ad Catulli permutandas syllabas, sed ad sublata lina saetaba provocasse, quâ de re paullo infra.

(2) *Catullum*. Caj nempe Valerii doctissimi Veronensis Poëtae cognomen, quod in *Catulum* vertit Lugdunensis Vincentii editio 1561., & altera Lugdunensis 1560. & 1561.

(3) *Concerraneum meum*. Hoc loco satis vereor, ne me ineptiae arguant Veronenses, quòd Conterranei vocabulo expuncto *Concerraneum* induxerim; & qui Plinianae lectionis tenax aliis esse profiteor, nunc plerisque refragantibus exemplaribus, ab auctore recedam. Id tamen primò sciant plures non deesse codices, in quibus conterranei vox minimè apparet; secundò nullam in conterranei dictione explanandâ me habere difficultatem; sive etymologiam vocis sequar; sive alienis auctoritatibus adhaeream; idque integro volumine (nimio fortasse) acturum promitto. Tertiò quibus ex caussis *concerraneum* restituerim, expendant; indeque ubi minùs ad rem faciant, condemnent, & receptum hucusque in Plinianis editionibus vocabulum retineant. Quodcumque adoptent, dictionem militibus usurpatam fateantur necesse est, ob sequentia *agnoscis & hoc castrense verbum*. Primum statuimus *Jucundissimi* Imperatoriae additum appellationi. Nemo enim, ut puto, nostrâ aetate nonnullorum, & praesertim Francisci Villalupi sententiae adhaerebit, qui primum castrense verbum a Plinio indigitatum, illud *Imperator* affirmavit tali pacto *Conterraneum* explicaturus (*e*). „ Hic reddit ad secundam causam, ob quam Titum Imperatorem nominavit, ne forte patrem Ve-„ spasianum offenderet, aut filium, qui patri suo obsequentissimus erat, ad iracundiam concitaret, dicit ergo praeter „ primam causam, ob quam tibi merito Imperatoris titulum dedi, agnoscis & hoc, idest etiam alia, nam tu agno-„ scis hoc esse castrense verbum. Milites enim in castris ob rem pulcram, & benè gestam, ducem suum, etsi non „ esset Imperator, nomine tamen Imperatoris consalutabant. Eodem ergo modo, ut in castris fit (licet non sis „ Imperator) Imperatorem appello. Qui enim in castris una tecum fui, & tecum castrensi verbo utar, non erit „ mihi vitio vertendum. „ Operae precium tot errores refellere minimè erit, cum hanc opinionem ante Villalupum rejecerit Regius; Titusque non modò exercitus Imperator, sed Romani Imperii consors a patre factus, omni jure in naturali historiâ *Imperator* potuerit appellari, itemque dicatur (*f*). Quare *Jucundissimi* Imperatoris vocabulum, primum erit castrense verbum; alterum verò *concerranei* secundum: Qui in Plinio *conterraneum* legunt, hanc esse auctoris castrensem vocem utique consentiunt; imò omnes Plinium Veronensibus adscribentes, verbi originem castris attribuunt. Perotus hujus opinionis coriphaeus, unde ortum deducat, neque lexicographi usque ad parentum aetatem affirmare post Sipontinum Antistitem valuerunt. Palermus obscuris obscuriora addidit: „ cum siquidem, *inquit* (*g*), non ideo castrense verbum a Plinio dictum est, quia natum esset in castris, sed quia ibidem usu „ frequentiore, quàm in foro, publicis, privatisque negotiis tractandis ita re exigente esset receptum. „ Sed undenam similia Palermo innotuerunt, cùm ritè paullò ante affirmasset conterranei vocem a caeteris Latinis scriptoribus nusquam fuisse usurpatam? Quo pacto forensibus minimè ignotam dicet, cum ipse *in forensi pulvere quotidie versatus* (*h*), nemini Jurisconsultorum, & Caesarum, qui posterioribus seculis vixerunt, familiarem, & ubique in Theodosii, Justinianique codicibus desiderari, jamdiu resciverit? Quâ enim de causâ ad inveniendam *Terrae*, *& Conterranei* vocabulorum etymologiam ad graecos fontes provocat? Non enim ex eo quòd Graecis γῆ idem sonat, ac Latinis *Terra*, Romanum vocabulum Graeciae debetur. Terrae enim vox undique latina, antiquissima, in Augurum libris invenienda, non magis a Graecis, quàm a Chaldeis, Syris, Hebraeis, Aegyptiis petenda. Quidlibet Populus terram suo proprio idiomate appellabat. In omnibus porrò, ac praesertim matribus linguis frustra nitimur ad inveniendam verborum derivationem, ubi nulla apparet syllabarum convenientia. Quid enim magis inter se distat, quàm γῆ graecum, & latinum *terra*, cum utraque dictio ex characteribus omnino diversis coufletur? Quare ad Babylonicam potiùs turrim, quâm ad Graecos sese convertere debebat Palermus, ut latinae hujusce vocis originem inveniret.

Conterranei igitur vocabulum foro, & civibus ignotum, unicè ex castrensi contubernio natum deduxisse necesse erit. Sed ubi tanta in concerraneo, seu congerrone suppetunt castrensia, neque unum in conterranei tuendâ voce exemplum profertur. Ast quonam pacto in plerisque codicibus vitiatam lectionem minimè conjiciemus, cum in aliis *concerraneum*, quamvis paucioribus, legamus? facilis igitur fuit unius literulae *c* in *t* inepta migratio; quâ in praesentiarum sublatâ, sibi invicem omnia, sensus & textura convenient, unde conterraneus, urbanis, villicis, & militibus ignotus, tandem eliminetur. Et sanè neque hanc vocem, neque huic affinem Romanos in castris usurpasse comperio, sive ut provinciae, vel territorii incolam, sive ut civem significarent. Nunquid verosimile videtur, ut qui a populo popularem, a provinciâ provincialem, a civitate civem, a municipio municipem deduxerunt: a terrâ itidem conterraneum extorserint, cum nusquam *Terrei*, *Terrestris*, *Terricolae*, *Terrigenae* vocabulis usi sint, ut ejusdem provinciae, territorii, civitatis incolas denotarent? Quòd si hujusmodi inaudita, quid de *Terranei*, magisque de *Conterranei* voce dicendum? Nil igitur mirum si vocabuli novitas Harduinum in admirationem suspicionis filiam rapuit, cum ducentis ante illum annis apud Ptolemaeum Flavium legam: „ (*i*) Conterraneum profectò qui dixerit me lectorem non habebit, nisi tam rudem omnino existimet, ut rectè putem Plinianum illud in praefatione mundanae „ historiae. „ Et sanè dicendum non est Plinium, cujus ore Latinae Musae loquebantur, Romanis ignotam, sed militarem unicè vocem usurpasse, quam tractu temporis plerique, sed non omnes, exscriptores corruperunt.

E contrario quantùm diversa in congerranei, concerranei, & congerronis voce occurrunt. Congerrones ii sunt, quibus facetus, & familiaris sermo in deliciis; atque ab omni fastu, & superbiâ abhorrent. Catullus, qui tanto lepore, dulcedine, amaritudine, amore, & quandoque etiam molles, levioresque, & duriusculos condebat versiculos, teste Plinio Caecilio (*k*): in naturalis historiae praefatione *concerraneus*, vel *congerro* appellatur eâ occasione, quâ auctor labo-

[a] *Vid. annotat. in Plin. pag.* 4. [b] *Roman.* 1470. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Veneta* 1499. 1507. 1519. [c] *In praef. ad Plin. Caec.* [d] *In Apologiâ*. [e] *In Glossâ natur. ad I. & II. Plin. libr.* [f] *Histor. natur. lib. VII.* 49. *lib. III.* 5. *Lib. XXXVI.* 5. [g] *Lib. I.* 2. *pag.* 15. [h] *Vid. Franc. Polam Elog. libr. II.* [i] *Conjectan. centur. Syllog. VI. pag.* 986. [k] *Lib. I.* 16. *ad Erucium.*

caſtrenſe verbum. Ille enim, ut ſcis, permutatis prioribus ſaetabis [1] duriuſculum ſe fecit, quoniam volebat exiſtimari a Veraniolis ſuis, & Fabullis [2]. Simul ut hac meâ petulantiâ fiat, quod non fieri quaeſtus es in aliâ procaci epiſtolâ noſtrâ [3], ut in quaedam acta exeam, ſciantque omnes, quàm ex aequo te-

ANNOTATIONES.

labores ſuos imminuens, illos adductâ Poëtae ſententiâ *nugas* vocavit; ut in hoc etiam operis exordio Catullum imitaretur, qui libellum vix dum expolitum Cornelio Nepoti, nobiliſſimo Polyhiſtori dedicaverat. Operum enim ſuorum valorem deprimunt modeſti auctores, tum magis cum illa viro ſcientiis, & dignitate ſpectando inſcribunt. Quid aliud niſi nugas Ternarium Symmacho donans Auſonius appellavit: „ Miſi, *ait* (*a*), itaque ad te frivola ger„ ris Siculis vaniora, ut cum mihi agis haec legas, & ne nihil agas, defendas. „ Sicularum porrò gerrarum nomine nugas intelligere, & caſtrenſe ab Auſonio vocabulum indigitari, omnes norunt, cum ſimilia apud Feſtum Pompejum a Lexicographis quoque allata inveniamus, ubi gerras Etymologus, vimineas eſſe crates explicavit (*b*). „ Athenienſes enim cum Syracuſas obſiderent, & crebro gerras poſcerent, irridentes Siculi clamitabant, unde factum „ eſt, ut gerrae pro nugis, & contemptu dicantur. „ Inde ſanè gerronis, & congerronis verba militari origine effluxerunt, ut ex eodem Feſto liquet, qui ſimilia in Perſâ apud Plautum adnotavit, ubi Poëta: „ Calamum, *inquit*, „ injice jam pol aderit congerro meus „ & alibi idem vates „ me illic ad poſticum per congerrones conferam (*c*) „. Hujuſmodi a multis allata nemo melius Antonio Fabro viro ſuâ aetate doctiſſimo penſitavit, dum Plinii praefationem emendans. *Conterranei* vocem, uti minùs ſenſui opportunam expungit: „ *Ex his*, addens, *quae ſupra diximus* „ *liquet hoc eſſe illud caſtrenſe nomen ſcilicet Congerronis in caſtris Siculis natum*. Validius opinionem ſuam Faber ſtatuminaſſet, ubi illam codicum auctoritatibus copulans, alteram Plinii lectionem, *ut obice moliar* noviſſet; ideſt *pro ſcuto opponam*, uti Alciatus animadvertit. Athenienſes enim crates vimineas, ad ſe tutandum contra Syracuſanorum lapides, ac tela poſcebant; & hujuſmodi clypeos a Perſis Graecos accepiſſe ſuſpicor, cum Xenophon vimineos Perſarum clypeos, gerras appellet, ut eleganter etymologiarum facilè Princeps Samuel Bochartus obſervavit; quamvis ibi typographico mendo irrepſerit *Gherras*, cum apud Xenophontem γέῤῥαν legamus (*d*).

Quid igitur ad hanc juvandam lectionem concinnius immaginari poteſt, quòd Plinius *obice*, quaſi ſcuto utatur, idque a Catullo duriuſculum character induente deſumat; quâ occaſione? ex illâ, quâ ex permutatis prioribus ſaetabis nugas, jocos ferebat. Alibi Plinius lib. XXII. 22. *Ariſtophanes Euripidi Poëtae objicit joculariter*. Catullum igitur militari vocabulo, in Siculis caſtris nato, concerraneum, ſive congerronem appellavit; non profectò conterraneum, cujus verbi neque in foro, neque in caſtris extat indicium.

Marinus Becichemus a nobis allata rejiciens, *qui concerronem*, ait, (*e*) *ſive congerraneum, ſive congerronem legunt, ſoli legant:* hanc enim vocem a Plinii elegantiâ abhorrere judicavit. Becichemo adhaerens Palermus, *quin imo*, inquit, *lectionem hanc nullâ ratione ſuſtineri poſſe exiſtimo. Quid enim eſt aliud concerro ſive congerro*, quam is cum quo nugamur, & ineptias facimus. Gerrae ſanè, unde verbum hoc derivatur, *nihil aliud ſunt quam nugae, & ineptiae leves, ut docet Pompejus Feſtus* (*f*), *& Nonius Marcellus* (*g*), *& poſt eum Grapaldus* (*h*); *Cerrones etiam inde dictos aſſerit Feſtus, unde concerrones, & congerrones emanarunt, vocabulum longè antiquum, & uni Plauto* (*i*), *quod ſciam, notum; & congeras, quod crebro jocant, ſodales dictos fuiſſe probat Scaliger* (*k*). *At quas nugas, & ineptias* (*age etiam fabulas & jocos*) *inter Catullum & Plinium interceſſiſſe credendum eſt, ſi ſaeculum integrum poſt Catullum Plinius floruit? Quod ſi ideo quiſpiam Catullum a Plinio concerronem, ſeu congerronem dictum fuiſſe contendat, quòd illius aſſiduâ lectione oblectaretur, animoſâ nimium translatione vocabulum hoc a ſuâ proprietate deflectet, nec moribus fortaſſe conveniet veteris diſciplinae hominis, ſeverique ſupercilii, ſed temporis in primis ſupra omnes parciſſimi, nimiam jocoſi, & procacis Poetae conſuetudinem oſtentare, eamque vocabulo ad contemptum magis, quàm ad jocum comparato, poſteris indicare. Si verò etiam congerrones hi ſunt, qui aliena ad ſe congregant, unde apud Romanos Brutiani Gerones dicti ſunt, ut inquit Fulgentius* (*l*), *adhuc apud Plinium nihil efficeret iſta dictio: Concerraneum etiam in aliquibus exemplaribus aliquando a ſe lectum Barbarus tradit, corrupta quidem dictione, verùm ita tamen, ut ad germanam, & ab omnibus approbatam, quàm maximè accedat* (*m*). Huc uſque Palermus; ſed quorſum, Dii boni, tam longè deducta. Oſtendat ipſe, & Becichemus, ſi poſſunt, quid a preſsâ Plinii elegantiâ congerro diſtet, unde concerraneus derivatum videtur; cum ego e contrario *conterraneum* omnibus omnino ex radice ignotum comprobaverim. Palermo demum quiſnam perſuadere intentavit, eodem tempore Catullum, Pliniumque vixiſſe? Sed qui Poëtae nugas, & jocos optimo, familiarique Principi recitabat: nonne vatem concerraneum ſuum poterat appellare; tum magis quòd Titus verſus, & Poëmata uſque ad extemporalitatem condens, hujuſmodi delectari ſolitum credere debeamus. Plinius enim operis ſui dignitatem occultans, illud Catullianis nugis comparavit. Vbinam hoc ſupercilium triſte in naturali hiſtoriâ invenit Palermus, quodve a nimiâ *jocoſi & procacis poëtae* conſuetudine abhorreret? Nonne Plinius hoc ipſiſſimo loco ſtatim addit, *meâ petulantiâ fiat, quod proximè non fieri quaeſtus es in aliâ procaci epiſtolâ noſtrâ?* Quid enim permutata ſaetaba ſunt, niſi nugae; quid ſolâ audaciâ ad Titum Caeſarem familiarius colendum impelli? Quid Titum ſe talem adhuc praebere qualem in caſtrenſi contubernio; niſi quòd Titus amicitiâ magis, quàm obſequio proſequi, & quidem a Plinio deſideraret? Quid culpat Palermus in auctore, quòd vocabulo longè antiquo uſus eſſet, ubi congerronis vocem uſurpaſſet. Nonne ignorare potuit illum *verba priſcae ſignificationis* admirari (*n*)? Ad hanc ſanè pertinet Congerro, Concerro, Congerraneus, Concerraneus, cum eodem cadant ex fonte, & facilius a Concerrone concerraneum effluxiſſe, vel dictum in caſtris credendum ſit; quàm a militibus *conterraneum* uſurpari; cum hujuſmodi vox nuſquam ante, & poſt Plinium uſque ad infimae latinitatis ſcriptores inveniatur. Hermolaus Barbarus vir incomparabilis nobis phoſphori jubare illuxit hoc loco, cum ait (*o*): *Quidam non conterraneum, ſed concerronem, ſive quod idem eſt congerronem meum legunt; & quod exemplaria quaedam ſunt, in quibus concerraneum ſcribatur, & quod caſtrenſe id verbum eſſe dicant, ex hiſtoriâ, & Plautus non uno loco: hic*, inquit, *aderit Congerro meus*. Ante Barbarum congerronis, & concerronis dictionem in antiquiſſimis codicibus inveniri teſtatur Angelus Politianus, qui propriâ manu utrumque vocabulum adjecit naturali hiſtoriae Romae anno 1473. editae, quaeque Florentiae apud virum nobiliſſimum Marchionem Nicolinium aſſervatur. Cur ipſe potius concerraneum receperim in cauſſâ ſunt gemini Eſcorialenſes codices, ubi haec vox contrahitur, magiſque ad concerraneum, quàm ad congerronem, vel concerronem accedit. Concerraneum exhibet Pertuſatinum exemplar, unde paucorum auctoritate caeteris bellum indicimus, ubi conterraneum legimus: facilior enim videtur concerraneum unius literulae depravatione in conterraneum migraſſe, quàm ex congerrone, vel concerrone; quòd verò concerraneum ab aliis latinis ſcriptoribus minimè dictum inveniam, id certè non faciet, ut originem illam caſtrenſem occultet, quàm in conterraneo non reperimus. Veroſimilius enim mihi videtur concerraneum a Romanis in ca-

(*a*) *Epiſtol. ad Symmach. pag.* 447. (b) *in verbo Congerro, Gerrae &c.* (c) *in Moſtellariâ*. (d) *Vid. Bochart. Geograph. ſacr.*
(e) *In Praelection.* (f) *In verbo Gerrae*. (g) *In verbo Gerrae*. (h) *In dedicatione libri de partibus aedium*.
(i) *In Moſtellariâ & Truculent.* (k) *apud Feſtum in verbo ſodal.* (l) *In libro de vocib. antiquiſ. in verbo Congerrones*.
(m) *Vid. Palermum lib. I. cap. VII. pag.* 58. *&* 59. (n) *Vid. Nat. Hiſtor. lib. XVIII.* 3. (o) *Caſtigat. Plin. I. in praefat.*

per dichiarare a' suoi amici Veranio, e Fabullo la stima, che faceva dei preziosi setabi [a] *pannolini a lui donati, mostrossi alquanto in collera contro di quei, che gliegli avevano cambiati. Su di tale riflesso mi lusingo, che aggradirete codesto mio lavoro, che con tanta fiducia* [b] *a Voi offerisco, giacchè v' increbbe di non vederlo fin da quando un' altr' opera, accompagnata da una famigliarissima lettera mia vi presentai. Ammirino pur tutti in Voi adorno di tanti trofei, e Censore, con quanto deco-*

ANNOTAZIONI.

(a) *Erano così chiamati dall' antica Città di Setabi, il di cui nome gli Arabi hanno disfigurato, giusta l' aspra loro pronunciazione in* Xativa, *che dagli Italiani si deve pronunciare con gorga Fiorentina, come fosse scritto* Chativa: *in oggi si appella* San Phelipe (*).

La Coltivazione del Lino, e molto più la fabbrica di tele sottili è al presente totalmente negletta in Ispagna ne' Regni di Valenza, e di Murzia: si sostiene con qualche credito in Galizia, e fino ai tempi di Plinio erano celebri gli Zoeli popoli confinanti colla Galizia, e l' Oceano, donde venne il Lino Zoelico in Italia, ottimo a fabbricare le reti lib. XIX.

(b) *Ho posto la parola di* fiducia, *e poco dopo alla lettera l' epiteto di* famigliarissima; *mentre le addotte voci di* petulanza, *e* procace *mi sono parute troppo ardite per rapportarle nella nostra favella. Cristoforo Landino ha detto* audacia, *Il Domenichi* domestichezza.

[*] *Ved. Florez Medallas — de España Tom. II. pag. 555.*

ANNOTATIONES.

castrensi conturbenio fuisse usurpatum, facili graeci Γ in latinum C traductione, ob illud etiam quòd ex literarum elementarium ordine Graecorum Γ, respondeat latinorum C, atque utriusque figura, & potestas parum distet.

(1) *Saetabis*. Hanc vocem per diphthongum scribo, cum tali pacto in antiquorum elogiis reddatur. Apud Muratorium occurrit C. CORNELIVS. C. F. JVNIANVS. EX. HISPANIA. CITERIORE SAETABITANVS &c. (*a*); & sic in reliquis etiam monimentis, quibus conveniunt omnia Saetabitarum numismata a doctissimo Henrico Floresio collecta (*b*). Saetabis oppidum erat edito in monte situm; unde sudaria linea nomen invenere. Hujus agri lino in Europâ palma dabatur, dum Plinius naturalem historiam condebat; quae verò saetaba sudaria dicuntur a Catullo, brevius a Plinio saetaba appellantur, uti Alliana, & Retovina eodem libro a regionibus optimi lini feracibus. Convenit Silius Italicus (*c*).

Atque altrix celsâ mittebat Saetabis arce
Saetabis, & telas Arabum sprevisse superba

Ita enim, non *superbas* legendum, quod ultimum in nonnullis exemplaribus irrepsit. Gratius Faliscus (*d*):

At contra nostris imbellia lina Faliscis,
Hispanaeque alio spectantur Saetabis usu.

Seu, ut legit Harduinus (*e*):

Hispanique alio spectantur Setabes usu.

Id obiter monendum, ex Alciati ingenio Harduinum profecisse, vocabulumque absque diphthongo reddidisse, uti apud Mediolanensem Jurisconsultum in Parergis extabat. Verùm bonâ Pliniani interpretis pace longius hoc loco erat incedendum. Satis certè ex verborum texturâ apparet *saetabis* loco *syllabis* apud Plinium legendum esse. Sed cum Harduinus minimè ignoraret, Turnebum omnium, ut ipse ait, exemplarium suffragio pro syllabis stetisse, cur nullum affert, ubi oppositae Turnebo lectionis saltem indicia viderentur! Hoc non omisit vir optimi judicii, nulloque parcens labori David Durandus, apud quem hujusmodi occurrunt „ MSS. ferè omnibus *syllabis*. Sed Londinensis *setis*, ut mendum facilè olfacias. Quum enim τὸ *setabis* non satis intelligerent, facilè mutaverunt in τὸ *syllabis*. Sed „ restituit demum, & liquida hunc difficilimum locum perfudit luce doctissimus Harduinus, quem vide „ Vbi Durandus ab Alciato adnotata ob oculos habuisset, fortasse minora de Harduinianâ luce ingessisset; Vt verum fatear, satis indolebam, in XXX. ex allatis codicibus vocem *syllabis* irrepsisse, neque magis Londinense exemplar saetabis, quàm syllabis propitium. Tandem arrisit sors benigna, & in Vaticano Codice 1950. *stabis* olim extitisse utique apparet, quod ineptus Aristarchus in *syllabis* invertere tentavit. Id apertissimè constat ex nobilissimo chartaceo exemplari, quo usi sunt Aleriensis Antistes, & Theodorus Gaza, & in Passionaeâ Bibliothecâ servabatur: ibi *setabis* exactè legebatur, & legitur adhuc, nisi quia Aleriae Episcopus importunâ emendatione, vocabulum lineolâ confecit, & *setabis*, falsò *syllabis* imposuit. Hieronymus Baliotus cum e Petrarchae membranis naturalem excriberet historiam vocis difficultate motus vocabulum postmodum complendum reliquit hoc pacto *permutatis prioribus . . . bis* (*f*). His igitur praemostrantibus, *saetabis* restituo. Harduinus videtur postmodum nostrae orthographiae accessisse, cum in emendationum indice scripsit *permutatis prioribus setabis*, vel *saetabis* (*g*). Hâc igitur ratione ineluctabile adurget argumentum, & longè melius sibi auctor cohaeret, talique pacto naturalem historiam nitori suo restituere, non resecatis, adjectisque arbitrario verbis certandum est. Allatae lectioni haud modicum leporem addunt, quae supra ex Guarini, & Pertusatino Codicibus, atque ex Alciato mutuantur. Verba enim, *ut obice moliar* id etiam innuunt, ut Plinius quasi saetabo sudario obtenso se se defendat. Quàm benè omnia *Concerranei* vocabulo adaptentur, lector dijudicet. Cum ab Vrbe fugeret Nero *ante faciem obtenso sudario equum* inscendisse testatur Suetonius (*h*).

(2) *Veraniolis suis, & Fabullis*. Ex superius annotatis patet, ita non *vernaculis, & famulis* legendum, quamvis ultima in plerisque Codicibus, non tamen in omnibus, irrepserint. Codex Vaticanus 1953. disertè habet *Veraniolis*. Antiquissimus Toletanus pariter *Veraniolis*. Corrupta tamen in iis secunda vox, ut *famolis* pro *Fabullis* recipiant. Andreas Straneus legit *Veraniis tuis, & Fabullis*.

(3) *Epistolâ nostrâ*. Temporum suorum historiam Tito Plinium dicasse, ibique hunc Caesarem maximâ familiaritate in operis titulo allocutum existimo, multaque itidem ex castrensi contubernio commemorasse. Id subsequentia, *ut in quaedam acta exeam* videntur significare: scilicet, ut commemorem, quae in publicum prodierunt. Harduinus legit *acta exeant*, ut nempe naturalis historiae libri exeant in acta: Harduinianam lectionem in libris omnibus, & Venetâ Principe extare testatur Durandus, & verba potiùs ad nugas referre contendit ex superioribus: *namque tu solebas meas esse aliquid putare nugas* „ additque de Harduino „ sed perperam ex Pelicerio suo „ haec interpretatur: *existimatio* „ *scilicet, & pretium illud, quod iis libris ex tam insigni nuncupatione accessurum intelligeret*. Imo vero aliud, existi- „ matio scilicet jucundissimi Principis, qui tam facilem se praebeat, ut epistolas liberiores, quas lepidè noster *proca-* „ *ces* vocat, non solùm placidè, & amanter accipiat, verum & sibi dicari publicè, & in quaedam acta exire ultro „ ex-

[a] *Novi Thesaur. pag. MLXXVII. 4.* [b] *Vid. Hisp. numismat. Tom. II. Tabul. XXIX.* [c] *Lib. III. vers. 373.* [d] *Cyneg. ver. 40.* [e] *Lib. XIX. Plin. pag. 155. num. 10.* [f] *Vide codic. Pertusatin.* [g] *Tom. I. pag. 759.* [h] *In Ner. 48.*

tecum vivat Imperium, Triumphalis, & Cenſorius Tu (1), ſexieſque (2) Conſul, ac Tribuniciae poteſtatis particeps (3), & quod his nobilius feciſti (4), dum illud Patri pariter, & Equeſtri ordini praeſtas, Praefectus Praetorio ejus (5), omniaque Reipublicae (6), & nobis quidem qualis in caſtrenſi contubernio (7): nec quicquam mutavit in Te fortunae amplitudo (8), niſi ut prodeſſe tantummodo poſſes, ut velles. Itaque cum caeteris in veneratione (9) Tui pateant omnia illa, nobis ad colendum Te familiarius audacia ſola ſupereſt. Hanc igitur Tibi imputabis, & in noſtrâ culpâ Tibi ignoſces (10). Perfricui faciem (11), nec tamen profeci, quoniam (12) aliâ

ANNOTAZIONI.

„ expectat; ideoque non male Pelicerius *quandoquidem quae Principi nuncupata exeant, actorum publicorum ſpeciem* „ *praeſeferre videntur*, quod eſt certiſſimum: ſed gloriam Principis praecipuè, non ſuam in eo ſpectaſſe, inde manife„ ſtum eſt, quod in laudes Imperatoris excurrit oratio, *ſciantque omnes, quàm ex aequo tecum vivat Imperium* &c. non „ tantùm mei cauſa, ait, & ſpe patrocinii Tibi dedico libellos, quos ſcio, jam pro Tuis habiturum: verum ut hac „ mea petulantia Tibi quoque fiat ſatis, & dulciſſimi obſequii officio defungar. Nam ſi de alia procaci epiſtolâ no„ ſtra, nuper ad Te miſſa queſtus es, quod non publicaretur, quaſi Te tua laude fraudare voluerim, hanc aliam ac„ cipe, ſed aeque liberam, & procacem, eamque libris meis praefixam, & publicatam, ut jam inde diſcant Roma„ ni, atque adeo totum Imperium, qualis ſis, quamque ex aequo tecum vivamus omnes. Hoc addit ſine dubio ad„ verſus illos, qui optimum Imperatorem rumoribus iniquiſſimis haud obſcurè inſectabantur. „ Hujuſmodi obſervationes ſummum Durandi acumen profectò oſtendunt. Vbi tamen docto viro innotuiſſet non in omnibus omnino exemplaribus legi: *ut in quaedam acta exeant*, ſed in pluribus extare: *ut in quaedam acta exeam* (a): conſilium fortaſſe invertiſſet. Noſtram lectionem tuentur exemplaria Jovii, & Vgoleti, & ni fallor, ſimplex auctoris ordo, ut *quaedam acta* ad rem praeteritam, non praeſentem, aut futuram provocent. Et ſanè actorum nomen libris jam publicatis geſta Flaviae domus comprehendentibus longè meliùs, quàm naturali hiſtoriae conveniunt. Actae igitur rei vocabulum procaci illi adaptat epiſtolae, quam temporum ſuorum hiſtoriae praefixerat, Titoque exhibuerat; ſed in publicam lucem educere minimè intendebat: quâ de re cum Titus indoluiſſet, in cauſâ Plinio fuit, ut maximum opus vulgaret. Haec omnia, ni fallor, ſatis apertè oſtendunt hujus praefationis verba ſuo loco illuſtranda, *Nos quidem, Omnes, Patrem, Te, Fratremque diximus opere juſto, Temporum noſtrorum hiſtoriam orſi a fine Aufidii Baſſi. Vbi ſit ea quaeres, jampridem PERACTA ſancitur, & alioquin ſtatutum erat haeredi mandare, ne quid ambitioni dediſſe vita judicaretur*. Neſcio, an hujuſmodi Vir omnibus literis eruditus Chriſtianus Cruſius probabit, cum obſcura, neque latina verba affirmavit: *ut in quaedam acta exeat*, ſcribendumque putat, *ut in tecum acta exeat* (b).

(1) *Triumphalis, & Cenſorius Tu*. Ita cum Harduino, aliiſque (c): Codex Toletanus, Eſcorialenſes, Straneus, Politiani exemplaria addunt *Triumphalis es, & Cenſorius Tu*: a noſtrâ reſtitutione non abhorrent corrupta Murbacenſe, & Londinenſe, unde a Salmaſii opinione poſt alios recedit Durandus. Placuerat Exercitationum auctori „ *ſciantque omnes, quàm ex aequo tecum vivat imperium, triumphali & Cenſorio, ac tribunitiae poteſtatis participe, & quod his nobilius feciſti, dum illud Patri pariter, & Equeſtri Ordini praeſtas, Praefecto praetorio ejus*. Hujuſmodi in idem collimarent, & in nonnullis exemplaribus inveniuntur; adnotavi in Eſcorialenſi I., latino caſu ſcriptum fuiſſe *Triumphale* (ita) *& Cenſorio ---- participe*; ac ſubinde eâdem manu primigeniâ reſtitutum *Triumphalis & Cenſorius*. An verò reliquae Salmaſii conjecturae hoc loco ſint recipiendae lectorum relinquam judicio. Videtur enim illi, quòd Plinius homines, qui ſub Imperio ſunt, *Imperium* vocaverit „ Vt ſciant, *inquit* (d), omnes, quàm ex aequo vivat Imperium, „ ideſt ii, qui tibi ſubjecti ſunt, quàm pari jure tecum vivant, qui Triumphalis es, & Cenſorius, ſexieſque Con„ ſul. „ *Multitudo Populorum -- quae cum Parthis ex aequo degat* apud Plinium invenitur (e). Attamen ſatis dubito, an latinè dici poſſit *vivere Imperium* pro iis, qui ſubiecti erant Veſpaſiano, ac Tito; quâ de cauſâ vivere Imperium ipſi Tito Imperii annos triumphis ſuperanti adapto; & *quàm ex aequo*, dum Imperii particeps factus, omnia patri concederet (f).

A Turnebo ineptè nominandi caſus *Triumphalis, & Cenſorius* reſpuebatur, ex eâdem ratione, ut conjicio, quâ ablativi Salmaſio arriſerant. Nullam hoc loco neceſſitatem invenio, ut a primo ad ultimum caſum oratio invertatur. Triumphalis eleganter is dicitur, qui triumphos reportaverat (g). „ *Praecipiebant enim iſta, qui triumphali denas argenti libras in ſupellectile crimini dabant*: omni igitur ratione ad amicum Caeſarem provocans triumphalem dicit Titum, quia tot illuſtrem Triumphis; iis dicatam laurum alibi concinnè *triumphalem* (h) appellavit: eodem pacto *triumphales Coronae* (i), — *unguenta coenae triumphalis* (k) in naturali hiſtoriâ occurrunt.

Cenſorius, quia maximum hocce magiſtratum unà cum patre geſſerat: conſule *experimenta recentiſſimi Cenſus, quem intra quadriennium Imperatores Caeſares Veſpaſiani, Pater, Filiuſque Cenſores egerunt* (l), atque alibi collectum Romae ambitum *Imperatoribus Cenſoribuſque Veſpaſianis* anno conditae IƆCCCXXV I. teſtatur (m). Lucii Senecae verba ob oculos certè habuit Plinius, quae hujuſmodi ſunt (n): *O quantum erat ſeculi decus, imperatorem, triumphalem, cenſorium (& quod ſuper omnia haec eſt) Catonem, uno caballo eſſe contentum, & ne toto quidem*.

(2) *Sexieſque*. Plinio naturalem hiſtoriam invulgante, ut vidimus, anno Vrb. Conditae 830. Titus ſextum jam geſſerat Conſulatum, Veſpaſianus Pater octavum. Hinc eſt quòd Titum ſeptimâ vice Conſulem deſignatum tum fuiſſe nonnulli conjiciunt. In aliquibus etiam codicibus non *ſexieſque*, ſed *ſeptimumque* legimus (o). Anno V. Conditae 830., quo Plinius Naturae hiſtoriarum libros edidit, Conſulatum gerebant L. Cejonius Commodus, & D. Novius Priſcus. Vbi ſecundae lectioni ſtandum eſſet, hujuſmodi adhuc ſuſtinerentur, ut Plinium circa annum V. Cond. 830. labentem ſcripſiſſe diceremus; ideoque Titum VII. Conſulem deſignatum indigitare. Verùm Salmaſii, & communior lectio optima apparet, ut de exactis dignitatibus ſermo potiùs habeatur, quàm de ineundis.

(3) *Particeps*. Mirè convenit huic Plinii loco memoria Tito dicata, ubi legimus (p):

TIT. CAESARI. AVG. F.
VESPASIANO IMP.
PONT. TRIB. POT. VI
COS. DES. VI CENSORI
D. D.

[a] *Edit. Venet.* 1496. 1499. 1507. 1519. [b] *Probabil. Critic. cap. VI. pag.* 36. [c] *Plin. edit. Venet.* 1519. 1559. *Lugd.* 1561. [d] *Vid. pag.* 1197. 6. *& ſeq.* [e] *Lib. VI.* 27. [f] *Vide hoc loco Raphael. Regium in Apologiâ.* [g] *Lib. XVIII.* 6. [h] *Lib. XV.* 30. [i] *Lib. XXII.* 3. [k] *Lib. XXXIII.* 7. [l] *Lib. VII.* 49. [m] *Lib. III.* 5. [n] *Epiſt. XXXVII.* [o] *Vid. edit. Hack. an.* 1669. *Tom. I. pag.* 2. [p] *Vid. ſupra lib. V. pag.* 174.

vo l'Imperiale dignità amministrate, dopo aver soddisfatti per la sesta volta agli obblighi di Console, ed a quelli di Tribuno della Plebe. Ma ciò, che ancor maggiori vi attira gli applausi, si è la carica, che vi addossaste di Prefetto Pretorio, rendendovi in tal guisa più caro al Genitore, ed all'intero ordine de' Cavalieri: tutti questi impieghi esercitando a pro della Repubblica, e singolarmente di noi soldati, ai quali dimostrate quella stessissima affabilità, che vi rendeva il nostro Idolo in mezzo alle militari fatiche. Nè altro cambiamento in voi operò l'altissimo grado a cui saliste, che di poter colmare il genere umano di benefizzi a misura delle inesauste ragioni, che vi detta il vostro bel cuore; le quali cose siccome a tutti sono notorie, e vi conciliano l'universale venerazione, così a me non lasciano altro luogo per corteggiarvi, se non una grande, e dimestica confidenza [a]. *Ma di questo mio fallo perchè da Voi espressamente voluto, a Voi stesso accordar ne dovete il perdono. Eccovi il motivo, onde diminuire il rossore, che pur anco mi ricopre il volto: Contuttociò son forzato a meco di mestesso vergognarmi, quando da un altro lato vi considero così grande, e mi abbarbaglia l'immensa luce del sublimissimo vostro talento* [b]. *Vedesi forse*

ANNOTAZIONI.

(*a*) *Plinio disse in latino* audacia. *Il Landini, ed il Domenichi, e varj altri ritennero in italiano la medesima voce, quale a me sembra non avere lo stesso compatimento nella nostra favella.*

(*b*) *La versione letterale sarebbe*, e mi allontanate da Voi colle fiaccole del vostro ingegno. *Questo sentimento piacque al Landino recando in italiano*: & di lontano mi rimovi con le faccelline del tuo ingegno.

ANNOTATIONES.

Constat igitur eodem tempore, pluribusque annis Tribuniciam potestatem, & Consulatum gessisse; neque illum immeritò hanc ob rem Plinius laudat, cum difficilis admodum utriusque magistratus conjuncta evaderet administratio, quia Tribuni Plebis multa Consulibus opponebant. Tribuniciae potestatis jus fuit antiquissimum Romae officium, quo Populi suffragia, & libertas contra Patricios, & reliquas dignitates tuebatur. Molliendae Plebis gratiâ Tribuni Populo concessi, cum Senatui suboffensa in Montem Sacrum recessisset; quâ de re Dionysius Halicarnass. lib. VI., Livius libr. I.

(4) *Nobilius fecisti*. Lib. X. 26. de Gallinis Africanis *Meleagri tumulus nobiles eas fecit*. Vide hîc, & ubique quanta cum naturalis historiae corpore dictionum affinitas.

(5) *Praefecto Praetorio ejus*. Praefecti Praetorii munus Equitibus ordinariò demandabatur, licèt inveniamus apud Tacitum: Mucianum (qui vim, & principatus potestatem in Vespasiani locum gerebat) Praetorianis Clementem *quamquam Senatorii ordinis* praeposuisse (*a*). Suetonius in Tito (*b*) refert ex Senatorio ordine primum fuisse Titum, qui tali dignitate fungeretur. Consule Suetonii enarratores, & praesertim Beroaldum, & Sabellicum, ubi haec tributa Tito laus, & Plinii locus illustratur. Habes & Politianum in laudato Romano exemplari, & Tillemontium (*c*). Harduinus, & Durandus hujusmodi eruditè persequuntur. Severum Alexandrum Praefectis Praetorio Senatoriam addidisse dignitatem testatur Lampridius (*d*).

(6) *Reipublicae*. Sensum hic perficit Salmasius, legit enim, *dum illud patri pariter, & Equestri ordini praestas Praefecto praetorio ejus, omniaque haec Reipublicae. Et nobis quidem qualis in Castrensi Conturbenio*. Harduinus nostris codicibus magis accedit. „ *Praefectus Praetorio ejus: omniaque haec Reipublicae: & nobis quidem qualis in castrensi contubernio*. Vix in minimâ interpunctione ab Harduino differt Durandus. Nescio tamen, an aliquis adnotaverit allatam avunculi sui sententiam, imò verba a sororis filio imitari cum Trajanum alloqueretur (*e*) „ *Simul filius, simul Caesar, mox Imperator, & consors Tribuniciae potestatis, & omnia pariter, & statim factus es, quae proximè parens verus tantum in alterum filium contulit*. „ Duo ex iis eruuntur, I. Plinii ad Titum praefationem certissimam avunculi sui foeturam a sororis filio agnitam. II. Hanc Tito unicè dicatam, cum similia Vespasianus Tito non Domitiano concesserit,

(7) Ex castrensi contubernio familiarem cum Tito consuetudinem Plinius contraxit; id in Germaniâ contigisse libro V. indicavimus, nobisque succinit Leodegarius a Quercu (*f*).

(8) *Amplitudo*. Lectionem sequor codicum pennâ exaratorum, & praesertim utriusque Ambrosiani, Londinensis, Venetae Principis &c. Avunculum iterum junior Plinius imitatur in panegyrico ad Trajanum (*g*): *nihil ipso te fortuna mutavit*: Lipsius Trajani panegyricum illustrans hujus praefationis verba ita refert „ nec quidquam in te mutavit „ fortunae amplitudo, nisi ut prodesse tantundem posses, quantum velles. „ Durandus ei convenit, nisi quia habet, *ut velles*. Pliniani panegyrici sententiam longiùs repetit, legitque *nihil in ipso Te fortuna mutavit*. Habes Schwarzium, qui hanc lectionem a Petro Fabro, & Rittershusio adoptatam rejecit, ut legeret *nihil ipsa te fortuna mutavit*. Antiquiores magis avunculi dictis conveniunt.

Videtur, quòd Lipsii lectio a Paullo Jovio adoptetur, ubi Plinii locum eleganter imitatur in Alphonsi Davali elogio, cum fortunam parum meritis obsequentem Vir ille fortissimus invenisset „ Quod si, *ait*, naturae tuae absolutae „ virtutis amore deflagranti, ut tantùm posses quantùm velles fortuna tribuisset, jam plerique magni Reges infra „ gloriae tuae gradum positi conspicerentur (*h*). „ Benedictus Paulli Frater *nec quicquam mutavit in Te Fortunae amplitudo in iis, nisi &c.* quae in antiquis impressionibus pariter invenies (*i*).

Pulcherrimam Plinii sententiam, & Maximo Principe verè dignam Benedicto XIV. ipse adaptavi, cum illi opusculum De suppostitiis militaribus stipendiis Innocentii XI. dicassem, iterumque ad Serenissimum Delphinum scribens usurpandam duxi.

(9) *Veneratione*. Ita Codex. I. Ambrosianus, Londinensis, Veneta impressio 1496., Vetus apud Dalecampium. Alii *venerationem* Vid. Dalecampium, Hackiorum editionem, Harduinum, Durandum, Codicem II. Ambrosianum.

(10) *Ignosces*. Libri XVIII. initio res a terrâ germinantes descripturus *culpamque nostram illi imputamus*.

(11) *Perfricui faciem*. Elegans Romanorum dictio ad deponendam erubescentiam, unde Martialis.

Et

(a) *Lib. IV. Histor.* (b) *Cap. VI.* (c) *Tom. II. Histor. Imper. pag. 10. & 29. ad ann. Chr. 71.* (d) *In vitâ Alexand. Vid. Philip. a Turre Cap. IV. pag. 69.* (e) *Panegyr. VIII.* (f) *Racemat. pag. 37.* (g) *XXIV.* (h) *Elogior. VII. pag. 335.* (i) *Venet. 1496. 1499. 1507. 1519.*

aliâ viâ occurris ingens, & longiùs etiam summoves ingenii facibus (1). Fulgurat (2) in nullo unquam veriùs dicta vis eloquentiae, Tribuniciae potestatis facundia (3)? Quanto Tu ore Patris laudes tonas (4)? Quantùm Fratris (5) amas? Quantus in Poëticâ es (6)? O magna foecunditas animi, quae admodum Frater quoque imitaretur (7), excogitasti. Sed haec quis potest intrepidus aestimare (8) subiturus ingenii Tui judicium, praesertim lacessitum (9)! Neque enim similis est conditio publicantium, & nominatim Tibi dicantium: tum possem dicere: quid ista legis Imperator? humili vulgo (10) scripta sunt, agricolarum (11), opificum turbae (12), denique studiorum ociosis. Quid Te judicem facis: cum hanc operam condicerem (13), non eras in hoc

ANNOTATIONES.

Et si perfricuit frontem, posuitque pudorem.

Alia ex Senecâ, & Cicerone exempla ad rem affert Harduinus.

(12) *Quoniam*. Sic uterque Ambrosianus Codex, Harduinus &c.: alii habent *quando*.

(1) *Facibus*. Ita potiùs cum Landino, Palmario, paucisque exemplaribus (a) quàm vulgatum *fascibus* reciperem; quamvis non ignorem Barbari, Benedicti, Gelenii, Daleeampii, Harduini, Durandi, caeterorumque scripturam ad Lictorum morem deduci, qui cum fasces Consulum gererent, iis turbam summovebant. Verùm fasces ingenio per metaphoram tribuere incongruum magis videtur, quàm illi immensam lucem adscribere. Plinius alibi *claros sapientiâ auctores* (b), atque Italiam ob ingeniorum claritatem celebravit (c). Iis adde, quòd faces meliùs fulguranti conveniunt eloquentiae: in Ambrosiano I. legitur *ingenii fastibus*.

(2) *Fulgurat*. Fulgurare, & tonare de optimis Oratoribus, nostro aevo per metaphoram adhuc usurpamus. Id etiam antiquis familiare, & signanter de Pericle dictum Bened. Jovius adnotavit. In iis demum artibus Titum excelluisse prae reliquis testatur Suetonius (d) „ *latinae, graecaeque linguae, vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promptus. & facilis ad extemporalitatem usque* „ Hinc Titus ab Eutropio, & Godefrido Viterbiensi *facundissimus* appellatur (e). Vim eloquentiae Plinius in Tito elegantissimè admiratur, quasi auditores ad assentiendum compelleret: sic libro XXVIII. 2. *profectò vim carminum fateatur*. Crusius Plinium scripsisse putat, *dictatoria vis eloquentiae*, quo vocabulo Livio familiari, nusquam usus est noster. Nullum in optimâ sententiâ languorem invenio, & *veriùs dicta* quid significet, per se patet. Lib. XI. refert Metellum Pontificem inexplanatae adeò linguae fuisse, ut multis mensibus tortus meditaretur *in dedicandâ aede Opis verè dicere*.

(3) *Facundia*. Ita nostri Codices: Rhenanus edidit *facundiae*, & Durandus ex Londinensi Codice, & Venetâ I. illi suffragatur, additque: quamquam & facundia ferri possit: mihi tot genitivi minùs ad Plinii palatum facere videntur.

(4) *Tonas*. Fuit Vespasiano parenti obsequentissimus (f), unde nil mirùm si in illius quoque laudes effunderetur. Claudianus eodem sensu ad Olybrium ---- *Carmina seu fundis, seu Cicerone tonas?*

(5) *Quantùm fratris*. Ita ex Mediol. Codicibus: plerique, Harduinus, Durandus, *quantò*: Videtur concinniùs *quantùm*, cum supra *quanto*, hic *quantùm*, infra *quantus*. Non unicè tunc temporis; sed defuncto etiam patre Titus Domitianum fratrem sibi insidiantem semper in honore habuit „ *nonnumquam secretò lacrymis, & precibus orans, ut tandem mutuo erga se animo esse vellet* (g).

(6) *Es*. Praeclarum de Acontiis Titi carmen superiori anno editum Plinius celebrat (h); illumque amatoria quoque cecinisse testatur Plinius junior (i).

(7) *Quoque imitaretur*. Vera haec, & unica lectio, quae nunc primùm in Plinii praefatione vulgatur: ex multis & praesertim ab Ambrosianis codicibus deducitur. In impressis huc usque legebatur. *O magna foecunditas animi quemadmodum fratrem quoque imitareris, excogitasti*. Depravatus locus crucem interpretibus figebat, neque inde sese extricare, ex corruptis vocibus irretiti potuerunt; quin imò nonnulli eousque processere, ut colligerent, Domitiano naturalem historiam ab auctore fuisse dicatam: cum nullâ ratione ferendum videretur. quòd Titus natu major, & illustris Poëta, fratrem cogitasset imitari. Haesit hâc de caussâ Hermolaus utrum Tito, an Domitiano Plinianum opus inscriptum extiterit „ Vt Titum, *inquit*, intelligamus, facit, quod praefectum praetorii, censorem, & tribuni-
„ ciae potestatis participem cum patre Titum fuisse non Domitianum Suetonius tradit: ut de Domitiano sentiamus
„ facit, quod sexies consulem: Titum septies fuisse vivo patre constat. Quandoque patris, fratrisque res gestas Domi-
„ tianum cantasse Valerius Flaccus auctor est.

„ ---- *versam proles tua pandit Idumen.*
„ *Namque potest Solymo nigrantem pulvere fratrem*
„ *Spargentemque faces, & in omni turre furentem.*

„ Quae verba cum iis consentiunt, quae hìc habentur „ *quanto*, inquit, *tu ore patris laudes tonas, quanto fratris*
„ *amas? Quantus in Poëtica es?* Vtrumque porro eminentissimum Poetam fuisse testes sunt Tranquillus de Tito:
„ de Domitiano Silius, Papinius, F. Quintilianus, Cor. Tacitus. Cognomen Vespasiani Tito quidem communi-
„ catum Suetonius, & Eutropius commemorant: sed & Domitiano quoque idem tributum monumenta prisci aeris
„ indicant: in quibus ita scriptum est: IMP. CAES. DOMITIANVS. VESP. AVG. GERM. IOVI. VICTO-
„ RI. Potuisse autem & praefectum praetorii, & censorem, & tribunitiae potestatis participem eum patre fieri Do-
„ mitianum quoque, quamquam historiae non testantur: illa tamen Suetonii verba nonnihil huc pertinent „ *Vt*
„ *fratri se*, inquit, *& operibus & dignatione adaequaret*, & paulo post: *Simulavit & ipse*, inquit, *imire modestiam*,
„ *in primisque poeticae studium, tam insuetum antea sibi, quàm postea spretum, & abjectum*. „

Integra Hermolai verba subjecimus, cum pleraque Vir Clariss. in Domitiani favorem adducenda collegerit. Verùm ut Titi caussam tueamur (praeter verae lectionis eximium argumentum) quae de consularibus annis Barbarus apponit elumbia ex supra annotatis redduntur. Ex ipsis Valerii Flacci carminibus, Plinii, & Suetonii locis a lectore comparandis, constat Domitianum Fratris laudes cecinisse, simulasse modestiam, & in primis poëtices studium INSVETVM ANTEA SIBI; unde egregiè firmatur lectio Titum ea excogitasse, quae a Fratre imitarentur. In bonis artibus, & poësi praesertim Titum excelluisse prae reliquis testatur Suetonius (k) „ *latinae, graecaeque linguae, vel in orando, vel in fingendis Poëmatibus promptus, & facilis ad extemporalitatem usque;* Haymon Episcopus Halberstadiensis lib. III. 11. pag. 28. de Tito: *Tantùm*, ait, *facundus fuit, ut caussas latinè ageret, poemata, & tragoedias graecè componeret*. Illum

[a] *Venet. 1499. 1519.* [b] *Lib. VII. fine.* [c] *Lib. XXXVII. fine.* [d] *In Tito IX.* [e] *Catalog. colum. 505. Vid. Tom. VII. Rer. Italic. Scriptor.* (f) *Vid. Sueton. in Tito V. & VI.* [g] *Sueton. in Tito IX.* [h] *Vid. lib. II. 25.* [i] *Lib. V. 3.* [k] *In Tito 3.*

in altri un egual fiume di ricca, e maestosa eloquenza? ove troverassi una facondia più addattata agli interessi della tribunizia autorità? Con quale sceltezza di termini Voi sapete gli encomj tesser del Padre? Con che amore rintracciare del Germano le laudi? Oh fecondissimo genio inesausto, che pensa per fino ad accendere nel Fratello il desiderio di perfettamente imitarvi. Ma chi non diffiderà delle sue forze considerando le straordinarie cognizioni vostre, e tanto più, quando opere vi si presentano, perchè ne giudichiate il loro giusto valore? In diverso sistema avrei potuto dire: E perchè, invitto Cesare, perdere il tempo in simili inezie? Al basso volgo, a sollievo di tante e diverse arti, a pro dei contadini, e per quelli che non agli studj, ma ad altre e ben diverse cure si appigliano, io ho composto. Perchè ne volete voi giudicare? Io, quando quest' opera publicai, vi esclusi dal ruolo de' miei censori; nè giammai figurar mi poteva, che un Signor sì grande cose tanto abbiette leg-

ANNOTATIONES.

lum amatoria quoque cecinisse ex Plinio sequente adnotavimus (*a*). Quare ex Titi exemplo invidiosissimus Frater Poësis amorem insimulavit. Quo enim consilio poterat naturalis historiae auctor in Titi laudem afferre, quòd fratrem carmina pangentem imitaretur, cum ab ineunte aetate summus itidem, atque extemporalis vates evaserit; amatoria enim adolescentulum cecinisse credendum est, nec ab edendis carminibus toto vitae curriculo destitisse, cum praeclarum de Acontiis Titi opus superiori anno vulgatum libro secundo Plinius celebraverit. Omnes e contrario a Barbaro allati, qui eminentissimum poëtam Domitianum laudarunt (jungamus & Martialem) coaevi scriptores, etsi vera de immani illâ belluâ tradidissent: suam primigeniam, veramque Tito laudem minimè abstulerunt; idque neotericos omnes probaturos sperarem, qui de Domitiani carminibus scripserunt (*b*). Ad ea demum, quae Barbarus subdit Domitianum Vespasiani cognomento in numismatibus quandoque insignitum: id tamen usu minùs receptum fuisse animadvertimus; quodque ad praesentem quaestionem facit a nemine *Flavius Domitianus Vespasianus appellatur*. Porrò si Vespasiani cognomen meliores Pliniani codices recipiunt, Domitiani appellatio omnino erit expungenda. Addamus, quòd praeter allata ex naturalis historiae praefatione, in operis quoque corpore Titi censuram Plinius commemoravit: Tribuniciam verò potestatem vivente Patre Domitianum exercuisse nemo antiquorum tradidit; neque in pessimi hujus Imperatoris monumentis Tribuniciae potestatis annus invenitur, & in paucis tantùm legimus TR. POT. (*c*). In elogiis perpauca testimonio esse possunt, cum post illius necem nomen etiam Senatusconsulto e monimentis fuerit abrasum (*d*).

Harduinus, qui de corruptâ lectione nihil dubitavit, legensque *quemadmodum fratrem quoque imitareris, excogitasti*, Titum Domitiani exemplis institisse colligit, et pleraque a Barbaro adnotata, illius tamen nomine praetermisso subjecit. Meliori fide incessit Durandus, qui eandem retinens lectionem „ Titus ne, *inquit*, an Domitianus fuerit, cui „ dicatum sit hoc opus, major olim, quàm nunc est, eruditorum concertatio fuit. Pro Tito multa faciunt, quae „ post Barbarum & alios accuratè satis enumeravit Harduinus, & eo fere inclicant omnium bonorum animi. Quis „ enim aequo animo ferat, virum integerrimum, ut certe noster erat, tam flagitioso mox principi ita adulari, ut „ eum *Imperatorem* & *Jucundissimum* quidem nominet, *Triumphalem*, & *Censorium* faciat, *Praefectum Praetorii*, & tri„ bunitiae quoque potestatis participem: quae omnia de Tito verissima sunt, contestantibus historicis, de Domitiano „ iisdem tacentibus non possunt non esse falsissima. Torsit me tamen aliquando fateor, hic, quem nunc prae mani„ bus habemus, locus *quemadmodum fratrem quoque imitareris. excogitasti*, ut modo hunc, modo illum imitatorem „ suspicarer. „ Addidit insuper Durandus quae Suetonius de Titi, quaeve de Domitiani poësi supra innuimus, optimèque collegit Suetonium Taciti verba imitari, ubi elaboratae amplitudinis historicus Domitiani mores describens: „ *simplicitatis*, inquit, *ac modestiae imagine in altitudinem conditus, studiumque literarum, & amorem carminum simulans, quo velaret animum, & fratris aemulatione subduceret*. Ex iis omnibus cum ritè firmasset vera de Tito, & simulata de Domitiano praedicari: indolebat hoc loco, primas Tito partes in Poësi Domitianum abstulisse, cum natu maximo ad imitandum proponeretur. Conjecerat Paullus Cigalinus legendum: *O mira foecunditas animi, quemadmodum frater quoque Te imitaretur, excogitasti*; fateturque Durandus, quòd hujusmodi veriùs praedicarentur; nihilo tamen minus cum nullos praepositae lectionis testes vidisset, vulgatum explicare nisus est. Ubi doctissimus optimaeque fidei hic Plinianus interpres viveret; procul dubio laetaretur, ad genuinam verborum texturam Cigalinum accessisse, qui illius indicia in Pertusatino codice, atque alibi fortassis invenerat. Hâc igitur non ex ingenio, sed vetustorum exemplarium praesidio restitutâ, in Durandi laudem dicemus, non acerrimi judicii acumen, sed illi veritatis testimonia defuisse. Harduinus pariter celebrabitur, quòd a corruptâ lectione minimè deceptus fuerit, ut Domitiani nomen reciperet (*e*). Hic certè neque Censorius, nec Triumphalis Vespasiano Imperante dici potuit. Suetonii, Taciti, Silii Italici, Fabii Quintiliani sententias hoc loco eruditè protulit Benedictus Jovius, quo etiam judice Plinius ad Titum provocavit. Quamvis enim Plinius aliquid adulationi dedisse conjiciam, ubi ad aeternam gloriam Vespasianum cum Liberis suis tendentem describit: perfricatae tamen adeò frontis minimè fuit, ut falsa de Domitiano scriberet, eumque fratri anteponeret. Nam gloriosa sententia aliquâ ratione ex fictis tunc temporis Domitiani virtutibus per advocatum defendetur: caetera ubique corruent, cum hic Imperator ab omnibus vituperetur, & *immanissima belua* a juniore Plinio appelletur (*f*), & elegantissimè Sulpitia cecinerit:

„ Flavia Gens quantùm tibi tertius abstulit haeres,
„ Poenè fuit tanti non habuisse duos (*g*).

(8) *Intrepidus aestimare*. Omni silicet timore sublato: alibi *intrepidèque miranti accessit miraculum* (*h*).

(9) *Lacessitum*. Italis *stuzzicato*: hâc ratione de Elephantis scripsit, quòd *nec nisi lacessiti noceant* (*i*).

(10) *Humili vulgo*. Ad viliorem plebis partem elegantissimè libri XXVI. initio: „ *nec sensere id malum feminae, aut servitia, plebesque humilis, aut media*.

(11) *Agricolarum*. Cohaerent dictis libro XVIII. 4. *dicemus & sidera siderumque ipsorum terrestria signa dabimus indubitata quandoquidem, qui adhuc ea diligentiùs tractavere, quibusvis potiùs, quàm agricolis scripsisse possum videri*, & eodem libro XVIII. 28. *Quid te rusticum quereris? Non stat per me quominùs caelum intelligas, & caelestia scias, dabo & auribus signum*.

(a) *Lib. V. 3.* (b) *De Domitiani Poësi vide Ben. Jovium hoc loco. Paul. Colom. ad Giraldum pag. 271. Jan. Rutergct. Var. lection. Ger. Jo. Vossium de Poët. Latin. & de scient. Mathem. Tillemont. Tom. II. Hist. Imp. pag. 116. Nicol. Heins. pag. 376.* (c) *Vide Vaillant. Tom. I. pag. 39. Tom. II. pag. 108.* (d) *Vide Murator. Nov. Thes. Tom. I. pag. CCXXIX.* (e) *Vide & pag. 7. n. III.* (f) *Panegyr. 48.* (g) *Vide Collect. Pet. Burman. Poët. Lat. Min. Tom. II. pag. 431.* (h) *Lib. XV. in fine.* (i) *Lib. VIII. 7.*

hoc albo (1). Majorem Te fciebam, quàm ut defcenfurum huc (2) putarem. Praeterea eft quaedam publica etiam eruditorum rejectio. Vtitur illâ & M. Tullius extra omnem ingenii aleam pofitus (3), & quod miremur, per advocatum defenditur (4). *Haec doctiffimum* (5) *Manium Perfium legere nolo*, *Laelium Decimum volo* (6). Quòd fi hoc Lucilius, qui primus condidit ftyli nafum (7) dicendum

ANNOTATIONES.

(11) *Opificorum turbae*. Lib. XXXIII. de Chryfocollâ. *Indocta*, inquit, *Opificum turba tribus eam generibus diftinguit*.

(12) *Condicerem*. Turnebus infelici nifu optimam lectionem emendaturus corrumpit (*a*). Apertè enim patet Auctorem ad legalem ufum provocare. Eft enim condicere apud Jureconfultos idem ac denunciare. Vlpianus „ *fed fi pecu-* „ *niam dedero*, *ut Stichum manumittas*, *fi non facis*, *condicere poffum*.

(1) *Albo*. Judicum album pro tabellâ accipit, in quâ illorum nomina legebantur. Eâdem ratione Equitum album invenies apud Suetonium in Domitiano (*b*). Si plura optas, confule Cujacium ad titulum de *Albo fcribendo*.

(2) *Defcenfurum huc*. Ita Codex Guarini, aliique, atque Harduinus. In multis legitur *hic* eodem fenfu, nempe tunc dicere poteram, non Tibi dicatum opus; fed agricolis, opificibus, & minùs ftudio addictis infcriptum. Eleganter Plinius Caecilius ad Trajanum „ *falvâ magnitudine tuâ Domine defcendas oportet ad curas noftras*.

(3) *Pofitus*. A nemine jure reprehendi poffe judicatur, tum magis in iis, quae planè vir compofuit; adeòque qui in illum invecti funt, ut prodigiofi, & vecordes habentur. Sui tamen & Ciceroni reprehenfores non defuerunt, quos inter Afinii, Pollio pater, & Gallus filius, & Largius Licinius. Afinii Pollionis odium in Ciceronem recenfet M. Seneca Suaforiâ VII. Galli filii, & Licinii Gellius initio libri XVII. Vide Schottum (*c*), Prouftium (*d*), Morhofium (*e*). Inter recentiores in Ciceronem paullò iniquior fuit Erafinus adhuc juvenis. Calcagninus itidem, & Majoragius aliqua in illum fcripferunt. Confule allatum Morhofium.

(4) *Defenditur*. In aliquibus codicibus legitur *defenfus*. L. Seneca (*f*): *Veftigat aliquem patronum*, *qui fe defenderet advocatum non invenit*.

(5) *Haec doctiffimum*. Magna eft hoc loco exemplarium, atque interpretum concertatio. In Venetâ I. excufam invenio *nec doctiffimum omnium Perfium haec legere volo*; *Ju-ium Laelium volo*. Huic in plerifque accedit codex Guarini Ambrof. Noftra lectio fuftinetur a codicibus Peroti, Thadaei Vgoleti, Jovii, I. Amorofiano, Efcorialenfibus, aliifque permultis. Recipitur ab antiquis editionibus (*g*), nifi quia Manii praenomen corruperunt, quod a Palmario, & Alexandro Benedicto margini apponitur (*h*).

Paullus Manutius fcribere maluit. *Haec doctiffimum Perfium legere nolo*, *Laelium Decimum volo* (*i*): hâc in re, ut in aliis perfaepe affolet, Gelenium fecutus.

Harduinus fcripfit: *Nec doctiffimis*: *Manium Perfium haec legere nolo*: *Junium Congum volo*. Convenit Durandus, nifi quia diftinguendos judicavit verficulos, reddiditque

NEC DOCTISSIMIS
MANIVM PERSIVM HAEC LEGERE NOLO
IVNIVM CONGVM VOLO.

Ex allatis (omiffis aliis monftruofis) lectionibus meliorem feligat eruditus lector. Noftra rectiùs Ciceronis fententiae (quam a Lucilio mutuavit) videtur convenire, ideoque diverfo charactere in Plinii praefatione reddenda. Verba Plinius excepit e Ciceronis libris de Republicâ: ubi illos minimè deperditos indoleremus, corruptum Plinii locum reftituere haud difficile evaderet. Nihilo tamen minus cum non uno tantùm loco Romanorum Oratorum Princeps ufus fit feftivâ Lucilii fententiâ; idque Plinius etiam videatur innuere: Ciceronis auxilio fatagendum, ut verus Plinio fenfus reddatur, eâ tamen ratione, ut conjecturarum bonitatem aliqui naturalis hiftoriae codices tueantur. Invenio apud Ciceronem libro II. de Oratore (*k*) „ Nam ut C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere fole- „ bat, ea quae fcriberet neque ab indoctiffimis, neque ab doctiffimis legi velle, quod alteri nihil intellige- „ rent, alteri plus fortaffe: quàm ipfe de fe; quò etiam fcripfit, *Perfium non curo legere* (hic enim fuit, ut no- „ ramus, omnium fere noftrorum hominum doctiffimus) *Laelium Decimum volo*, quem cognovimus virum bonum, „ & non illiteratum, fed nihil ad Perfium. Sic ego fi jam difputandum fit de noftris ftudiis, nolim equidem apud „ rufticos; fed multò minùs apud vos: malo enim non intelligi orationem meam, quàm reprehendi. „

Ex iis igitur colligerem Plinium nequaquam fcripfiffe *doctiffimum omnium Perfium*; hoc enim abfolutè prolatum caeteris intolerandum evadit. Tullius & alicui comparat, & omnium *ferè* noftrorum hominum doctiffimum appellans, aliquem ex Romanis, puta Varronem, & Graecorum illuftriores videtur excipere: quare haud difficulter conjiciendum venit Manii appellationem ab imperitis amanuenfibus in *omnium* fuiffe commutatam, cui rei indicia habemus in codice I. Ambrofiano, ubi legimus *Junium Perfium*, & Manium omni fublato naevo in aliis exemplaribus invenimus. Concinit in fecundis caftigationibus Hermolaus Barbarus, lectionem tamen invertere non aufus, ex afferendâ Ciceronis auctoritate deterritus. „ Quidam, *ait*, non *omnium*, fed *manium*, quod ita fcriptum in veteribus Plinii codi- „ cibus inveniunt. Fateor fanè ita legi: fed & praenomen fuiffe Manium, & Perfius Poëta, & Feftus quoque af- „ firmant: dictum ab eo quod mane quis natus fit, ut Lucius, qui luce. Quia vero non Manium, fed Cajum Per- „ fium Cicero eum vocat in Bruto non aufim mutare. *Alii*, inquit, *a C. Perfio litterato homine fcriptum effe aje-* „ *bant*, *illo*, *quem fignificat valde doctum effe Lucilius*: de quodam autem T. Junio fic ait eodem libro: *Fuit*, inquit, „ *facilis*, *& expeditus ad dicendum*, *& vitae fplendore multo*, *& ingenio fanè probabili T. Junius L. F. Tribunitius*, „ *quo accufante P. Sextius Praetor damnatus eft ambitus*. Haec fcripfi quoniam, ut monui hac parte non Laelium „ Decimum, fed Junium Congium antiqua fere omnis habet lectio, ut extimandi tamen illud non decernendi fit „ argumentum. „ Huc ufque modeftiffimus Hermolaus, cui folùm defuit addidiffe, Manium, & praenominis, & gentilicii nominis vires obtinere. Ex allatâ Fefti, & Perfii Poëtae auctoritate haud fatis deducitur, an *Manius* praenomen potiùs, quàm familiare nomen dicendum fit. Hocce enim vocabulo ufus eft vates, ut hominem humili loco natum indigitaret (*l*) ---- ---- *praefto eft mihi Manius haeres*

Progenies Terrae ---- ---- atque infra --- *Manius hic generis prope Major avunculus exit.*

Haud inficior, Manium Romanorum praenomen fuiffe, quòd pluribus exemplis in Plinio oftenditur (*m*), *quofdam & cum dentibus nafci ficut M'. Curium qui ob id Dentatus cognominatus eft*. Optimè Harduinus notam M'. *Manium* non *Marcum* fignificare tradit hoc loco. Imò Plinius *Manium* nullo adhibito compendio fcripfit, ubi codicibus, & antiquioribus credamus editionibus; & alibi ipfemet Harduinus legit *Manium Curium Imperatorem* (*n*); ideoque duplici errore laborant Lengleti (*o*), aliorumque Fafti confulares, in quibus legitur fortiffimi hujus Ducis, & Confulis.

[a] *Vid. edit. Hackior.* [b] *Cap. VIII.* [c] *De Claris apud Senec. Rhetor. pag. 7.* [d] *Apud Gell. pag. 443.*
[e] *Polyhift. Tom. I. lib. IV. pag. 845.* [f] *Lufus de morte Claud. Caef.* [g] *Venet. 1496. Brixian. 1496.*
[h] *Edit. Ven. 1490. 1507. 1519.* [i] *Ven. 1559.* [k] *Vide Cicer. interpretes.* (l) *Saty. VI. Vide Didac. Lopefium Perfii interp. pag. 153.*
[m] *Lib. VII. 16 pag. Har. 383. Tom. I.* [n] *Plin. lib. XIX. Tom. II. pag. 168.* [o] *Tom. I. pag. 224.*

leggesse; dalle quali per altro ad allontanarne la critica, servirommi di un illustre assioma addottato per fino da Cicerone: questi sebbene riguardar si debba come superiore a qualsivoglia quantunque rigida censura, nulla di meno diceva: Io scrissi il mio libro per Lelio Decimo, e non già perchè fosse letto dal dottissimo Manio Persio; *e ciò che deve ponderarsi di più, si è, che un tale sentimento viene patrocinato da un eccellente difenditore. Che se l'accennata sentenza a se stesso addattò Lucilio, il quale fu il primo, che presso di noi un purgato giudizio delle altrui*

ANNOTATIONES.

lis nomen *M. Curtius Dentatus*. Vbi Plinii exemplis, & Manii Juventii Consulis morte (*a*) institisset Muratorius, de Manii praenomine minimè dubitasset, quamvis ei ultro concedamus, quòd gentilicium familiae nomen appareat ex allato per ipsum Ticinensi elogio (*b*).

OLO MANIO EROTI
PATRI
CASSIAE QVARTAE
MATRI OLO MANIO
TERTVLLO FRATRI

Haecquoque ex pluribus aliis monumentis declarantur (*c*), & praesertim ex Gudiano per Bimardum illustrato, cujus initium est (*d*) —— DEC. MANIO
CAPRO &c.

Id a Plinio poterat etiam ostendere, ubi Manium Maximum binûm cubitorum fuisse ex Varronis auctoritate affirmavit (*e*). Apparet enim Manium gentilicium esse nomen: quo, & cognomine contentus auctor praenomen omisit. Fieri igitur potuit, ut C. Persius a Cicerone allatus vocaretur *C. Manius Persius*; ut juvenior ex Pliniis *C. Plinius Caecilius*: ut ab utroque Plinio memoratur . . . *Lartius Licinius*; quibus in exemplis duplicia junguntur gentilicia nomina, vel adoptionis, vel haereditatis jure.

(6) *Laelium Decimum volo*. Longè major in Laelii Decimi, quàm in Manii Persii appellationibus oritur concertatio. Hanc utrisque castigationibus attingit Hermolaus, atque in primis adnotavit pro *Laelio Decimo* codices omnes antiquos habere, aut *Junium Congium*, aut *Laelium Congrum* „ & quamvis, *addit*, apud Ciceronem secundo de Oratore libro Laelium Decimum legamus ex C. Lucilii sententia *Persium*, inquit, *non curo legere haec: fuit enim, ut noramus omnium* (*f*) *nostrorum hominum doctissimus: Laelium Decimum volo, quem cognovimus virum bonum, nec illiteratum*. Meminit & in praefatione finium: *nec ut noster*, inquit, *Lucilius recusabo, quo minus omnes mea legant utinam esset ille Persius: Scipio vero, & Rutilius multo etiam magis, quorum ille judicium reformidans: Cosentinis ait se, & Tarentinis, & Siculis scribere*. In Oratione etiam pro L. Flacco: *Decimum*, inquit, *Laelium optimi viri filium*. Fere tamen adducor, ut Junium, aut Laelium quidem omnino tueamur: & si placet Decimum quoque quod ejus viri cognomentum esse potuit: ut Spinter Lentuli: nam & Murenae, & Oratae quidam vocati sunt, & Apri, & Asinae, de quo Macrobius, & in quadam Epistola Cassiodorus „ Hucusque Hermolaus, per quem certè profecit Harduinus, & novam cudens lectionem profitetur veterum codicum fidem sequi, quos Barbarus, Rhenanus, Turnebus, Dalecampius, & ipse viderat. Reg. 1. 2. &c. Statuit inde Luciliani versiculi (qui trochaicus est) finem citari, —— *nec doctissimis*: ut mox integer sequatur, ubi metri caussâ in Manio, Persioque jota coit:

Manium Persium haec legere nolo, Junium Congrum volo.

Affert subinde Ciceronis sententiam lib. II. de Oratore, additque „ ex hoc quidem Tullii loco ausi sunt editores contra codicum omnium auctoritatem hunc locum refingere, ac pro Junio Congo, quem illi conspirante consensu exhibent, Laelium Decimum substituere. Perinde quasi ac semel dumtaxat usus sit Lucilius formâ loquendi, ac de Laelio Decimo uno cogitarit is, quem ex eodem Tullio scimus libro I. de Finib. num. 7. nec Laelium, nec Junium adduxisse alias in exemplum hominum non doctissimorum, sed Cosentinos populos, & Tarentinos. *Nec vero*, inquit (*g*), *ut noster Lucilius* „ & reliqua ex Barbaro nuperrimè allata.

Durandus „ haec sunt, *inquit*, Lucilii, quae Cicero mutuatus est, & inde repetit noster. Sed in codicibus mira varietas. Londinensis *Nec doctissimos manium persium haec legere volo junium congum volo*. —— Veram lectionem e Murbacensi suo restituit Cl. Rhenanus, & adoptavit Harduinus „

Vt gradatim incedamus, nullam invenio rationem, quòd legere debeamus *nec doctissimis* potiùs quàm *nec doctissimum*, uti in Joviano, Vgoletin., Escorial., Auberti Mirei (*h*), & Spirensis codicibus. Nonne Persius hic ille est, qui omnium ferè Romanorum doctissimus a Cicerone appellatur? Non vult igitur doctissimum Persium Lucilius, sed Laelium Decimum haud ita doctum. Secundò codices hoc loco mirum in modum corrupti parum *Junii Congii*, aut *Congri* appellationibus favent: hujus nulla, ni fallor, apud antiquos extat memoria; contra patet ex Cicerone, atque Horatio, Laelium Decimum, quem Lucilius ad sua legenda invitat, hominem fuisse bonum, nec illiteratum: fieri etiam potuit, ut hic praenomine Decimus, nomine Laelius, cognomine Congius, vel Congrus vocaretur; uti Decimus praenomen fuit Junii Bruti (de quo Plinius (*i*), & Frontinus (*k*)) & Sanfeii, in prandio exanimati (*l*). Imò praenomen fuisse, & praenominis loco relatum certò pronuncio sive Laelium, sive Junium scripserint ex Lucilio Cicero, & Plinius; quamvis carminis lege, vel ex arbitrio nomini gentilicio postponatur; nam alibi Cicero genuinâ appellandi ratione, nullâque versiculi lege adstrictus illum *Decimum Laelium optimi viri filium* appellavit. Vbi verò Decimum pro cognomine accipias, quid repugnat, ut illum Laelium Lucilii amicum agnoscas, de quo Horatii carmina proximè afferenda; de quo idem Horatius mitem, & sapientem fuisse cecinit? Hunc Caj praenomen habuisse, illumque esse conjicit Dacerius, quem Cicero in amicitiae dialogo loquentem adduxit. Ad Laelium igitur non ad Junium provocabat Lucilius; atque ex Lucilio, & Cicerone Plinius. Cod. Pertusatin. legit *Laelium Congium*. Vnde verò Harduinus legem Luciliani carminis statuat haud satis intelligo Trochaeum Grammatici ex longâ & brevi constituunt: at quaenam carminis lex in hisce vocibus?

—— *nĕc dŏctīssĭmīs*

Mānĭūm Pērsĭūm hǣc lĕgĕrĕ nōlō, Jūnĭūm Cōngrūm vōlō.

Multa sanè coire oporteret, ut numerus constaret. Fateor Lucilii aevo non adeò Romanorum aures fuisse delicatas, ut exactam numerorum legem servarent; attamen aliâ omninò ratione versus Satyrici Poëtae constitisse colligerem: hu-

(a) *Plin. lib. VII. pag. 409. Harduin.* (b) *Nov. Thes. pag. MCCLXV. 4.* (c) *Vid. Class. XVII. Murat. pag. MMCCCIV.*
(d) *In epist. ad Scip. Maffej. Nov. Thes. Murat. Tom. I. col. 114.* (e) *Lib. VII. 16.* (f) *Omittit Barbarus illud ferè.* (g) *Barbarus nec ut noster.* (h) *In Praef. de illust. Belg. Scriptor.* (i) *Plin. lib. X. 37.* (k) *Stratagem. lib. III. 13. Vid. Harduin. hoc loco Plin. pag. 566. Tom. I.* (l) *Plin. lib. VII. 53.*

dum ſibi putavit: ſi Cicero mutuandum (1) praeſertim, cum de Republicâ ſcriberet: quanto nos cauſſatius ab aliquo judice defendimur (2). Sed haec ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione, quoniam plurimùm refert (3), ſortiatur aliquis judicem, aut eligat; multumque apparatus intereſt inter invitatum hoſpitem, & oblatum. Cum apud Catonem (4) illum ambitus hoſtem (5), & repulſis tanquam honoribus indeptis (6) gaudentem flagrantibus comitiis pecu-

ANNOTATIONES.

hujus loci alienam litem dirimere noſtrum non eſt, tum magis quòd de certâ Plinii lectione non conſtet, neque de Lucilii metro, idque ſatis oſtendat Harduini, & Durandi diſcrepantia. Sufficiat noſſe, quòd non contra omnium codicum auctoritatem in naturali hiſtoriâ Decimi Laelii nomina occurrunt; nec aliâ loquendi formulâ uſum fuiſſe Lucilium (quòd ſciamus) magis ad Plinii locum accedente, quamvis Coſentinis, & Tarentinis, & Siculis joci gratiâ ſcribere profiteretur. Hujuſmodi conjicerem ob oculos habuiſſe Bolaeum, cum Lucilium Laelii amicum innuit (*a*).

(7) *Styli naſum.* De Lucilio Poëtâ loquitur, qui juxta latinum Euſebii chronicon natus eſt anno II. Olympiad. CLVIII. claruitque Jugurthini belli temporibus. Obiit Neapoli anno III. Olympiadis CLXIX. aetatis ſuae ſexto ſupra quadrageſimum; fuitque (quod in Satyrarum acerbiſſimo ſcriptore mirandum) publico funere elatus; finivitque juxta Annae Fabriae ſupputationem anno Vrb. Cond. 649. (*b*). Hunc dicit Plinius *ſtyli naſum* condidiſſe, quod eleganter explicat Raphael Regius *compoſitionis irriſionem*, *& ſtyli ipſius ſubſannationem*. Lucilius doctiſſimus fuit, & Romanorum primus, qui ſuſpiciendo carmine ſatyrico vitia reprehenderit: convenit Plinio Horatius (*c*).

- - - - - - - - - - quid cum eſt Lucilius auſus
Primus in hunc operis componere carmina morem?
Detrahere, & pellem, nitidus quà quiſque per ora
Cederet, introrſum turpis? num Laelius, aut qui
Duxit ab oppreſſâ meritum Carthagine nomen
Ingenio offenſi, aut laeſo doluere Metello,
Famoſiſque Lupo cooperto verſibus? atqui
Primores populi arripuit, populumque tributim:
Scilicet uni aequus virtuti, atque ejus amicis
Quin ubi ſe a vulgo & ſcena in ſecreta remorant
Virtus Scipiadae & mitis ſapientia Laeli,
Nugari cum illo, & diſcincti ludere, donec
Decoqueretur olus, ſoliti.

Perſius Poëta --- (*d*) *ſecuit Lucilius urbem*
Te Lupe, Te Muti, & genuinum fregit in illis.

Juvenalis de Lucilio utpote Auruncâ in urbe nato (*e*)
Cum tamen hoc potiùs libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus.

Plinius totius antiquitatis conſcius videtur ad Horatii carmina alluſiſſe, cum Lucilium ſatyrici ſtyli primum conditorem dixit, quamvis praecurſores habuerit Ennium, & Pacuvium; ſed qui parum condendi difficilis, & periculoſi hujus carminis leges calluerunt. Hinc Sectanus parentum aetate illuſtris perſonatus Poëta Charontem tali pacto loquentem inducit *- - - - - - nunquam*
Trajeci majorem animam, pinumque ſubegi
Infernas poſtquam petiit Lucilius oras.

Quintilianus tamen Lucilii elogium conflans aliquantulum ab ejus admiratoribus, atque ab Horatii ſententiâ diſceſſit, cum illum lutulentum fluere affirmavit. Lucilii opera communi naufragio periere. Conſule Voſſium, Artopoeum &c. Alia Horatii, & Martialis loca poſt Nicol. Perotum collegit Harduinus. Addere poſſumus Macrobium lib. III.

(1) *Mutuandum*. Non diſſimulato primigenio auctore. Infra infelicis animi aſſerit deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere.

(2) *Defendimur*. Sic plures Codices, quos inter uterque Ambroſianus, & Vallicellianum Breviarium. Plinius eodem ſenſu, *ſed defendi aequum eſt abavos, qui praeceptis ſuis proſpexere vitae* (*f*), & de Elephantorum cum Draconibus pugnâ (*g*) *quoniam is tantùm locus defendi non poſſit manu*: alibi etiam argutè *defendi* verbo pro tueri utitur. Harduinus maluit *defendimus*; fatetur tamen & *defendimur* in antiquis codicibus legi, unde recens ſit, & conficta lectio *diffidimus*, quam ex Dalecampio Hackii adoptarunt. Codex Jovii, & Vgoleti Harduino ſubſcribit. Nobis praeter allatos, Murbacenſis, & Londinenſis, & Veneta I. accedit „ niſi quod, *inquit Durandus*, haec latinius forſan, & me„ lius *cautius* non *cauſatius* voce mihi ſuſpecta, quam alibi nunquam legiſſe me non memini. „ Cruſius quamvis Durandi adnotata non viderit, legatque *quanto nos cauſſatius ab aliquo judice diffidimus*: barbaram contendit ſignificationem in vocabulo *cauſſatius* tunc recipiendam, quando redderet *cum juſta cauſſa*, unde ſcribi poſſe *cautius* affirmat. Notat Harduinus referente Joh. Georgio Graevio in codice Palatino legi *excuſatius*, hoc ultimum opportuniſſimum videtur. Caeteroquin cum a *cauſſâ* permulta omnino ſimilia deducantur; *cauſſatius* latiniſſimum dicemus vocabulum, quamvis uni Plinio receptum, ubi de illius genuinâ ſcripturâ tot exemplaria omnino conveniunt (*h*). Juſtam demum cauſſam a Cruſio deſideratam comparatio Lucilii, & Ciceronis omnibus oſtendit.

(3) *Plurimum refert*. Hackii loco *refert* habent *intereſt*: ita & Stoërii, aliaeque editiones (*i*), jejuno tamen ſenſu, & mendico, quaſi non alia adeſſent auctori vocabula, ut iterum ſubderet *multumque apparatus intereſt*: ab hac ultimâ voce amanuenſis alicujus oculus deceptus, *intereſt* & ſupra inoculavit. Jovii, Vgoleti, Ambroſianique codices nitidè habent *plurimum refert*: & iis adſtipulantur antiquae impreſſiones (*k*), Harduinus, & Durandus. Adde ſimilem omnino ſententiam ex libro VII. 28. *etenim plurimum refert, in quae cujuſque virtus tempora inciderit*.

(4) *Catonem*. Graviſſimas inimicitias a primâ adoleſcentiâ Reipublicae cauſsâ ſuſcipere non deſtitit Cato Magni illius Catonis pronepos, de quo infra. Nil mirum igitur ſi demens Populus ſuffragia quandoque tanto viro denegaverit. Valerius Maximus auctor eximius, non uno loco Catonis virtutem extulit: ubi verò de repulſis agit, tam pulchra ad rem noſtram affert, ut illa, ex titulo, Plinio, aliiſque ejus aetatis nota conjiciam: *Sed*, inquit Valerius, (*l*) *ut Comitiorum maximum crimen referam, M. Porcius Cato plus moribus ſuis Praeturae decoris adjecturus, quàm praetexto* ejus

[a] *Vide* Boileau *Tom. III. Satyr. IX. verſ. 275. pag. 171. & Tom. IV. pag. 69.* [b] *Excerpt. Chron. ad Florum pag. 200.*
[c] *Sat. I. lib. II. verſ. 62.* [d] *Satyr I. Vide Lopeſium pag. 35.* [e] *Satyr. 1. verſ. 19.* [f] *Lib. XVIII. 6.* [g] *Lib. VIII. 12.*
[h] *Veneta 1496. 1499. Brixian. 1496. Veneta 1519. 1507. Veneta 1559. Baſileenſes Frobenii, Lugdun. 1548.*
[i] *Veneta 1519. Veneta 1559. Baſileenſ. Froben. Lugdun. 1548.* [k] *Veneta 1496. 1499. 1507. Brix. 1496.* [l] *Lib. VII. 5. de Repulſ.*

trui opere introducesse; e se M. Tullio credette di applicare alle sue fatiche un simile detto, specialmente ove tratta di cose appartenenti alla pubblica utilità: con quanta maggior ragione potrò io servirmene contro la critica di un non richiesto censore? Or m' avveggo però non valere tale scusa, dappoichè a Voi dedicai questa mia opera; mentre troppo grande è la differenza, dal ricevere in sorte, o da se medesimo scegliersi il proprio Giudice; e ben diverso deve essere il trattamento da farsi a chi s' invita, da quello che si usi ad uno, che spontaneamente viene in vostra casa ad alloggiare. Allora che nel maggior bollore degli scrutinj, presso di Catone, quel giurato nemico degli uffizzi malamente comperati, e che rallegravasi delle ripulse, come se le addimandate cariche ottenute avesse, mettevano in deposito

ANNOTATIONES.

ejus splendoris ipse laturus, consequi illam a Populo aliquando non potuit: proxima dementiae suffragia, quae quidem satis graves poenas erroris sui pependerunt, quoniam quem honorem Catoni negaverant, Vatinio dare coacti sunt. Ergo si verè aestimare volumus, non Catoni tunc Praetura, sed Praeturae Cato negatus est. Historiam Livius narraverat; sed malo fato iis in Libris, qui perierunt; unde pauca tantùm rescire licet ex epitome voluminis Liviani CV. In Consulatus quoque petitione repulsam passus est Cato, & sententiam Valerii aemulatur Seneca Philosophus (*a*). *Quis usque eo ad conspiciendam veritatem excaecatus est, ut ignominiam putet M. Catonis fuisse, duplicem in petitione Praeturae, & Consulatus repulsam? ignominia illa Praeturae, & Consulatus fuit, quibus ex Catone honor habebatur.*

(5) *Ambitus hostem.* Hisce verbis pronepotem Catonem a Censorio abavo distinguit. Ambitus crimen ex honore malis artibus parto austeris legibus puniebant Romani; quâ de re habes Ciceronis interpretes lib. III. de Oratore. De Quinto Coponio narrat Noster (*b*) *ambitus damnatum, quia vini amphoram dedisset dono ei, cujus suffragii latio erat.*

(6) *Indeptis.* Ita Gelenius, Paullus Manutius, Jovii, Vgoleti, aliique Codices, nempe eâdem ratione incedebat Cato tanquam assecutus esset honores, a quibus arcebatur. Ab hâc lectione minimè abhorruit Hermolaus, cum in secundis castigationibus *quibusdam*, ait, *placet indeptis, non ineptis.* Vt verum fatear pleraque exemplaria habent *ineptis* (*c*) quod Caesarius, & Turnebus inter alios patrocinantur; nihilo tamen minus vox planè *inepta* videtur. Quae enim laus in summo viro esse poterat, ut *ineptos* illos honores ex repulsâ unicè judicaret, quos antea si grandibus Comitiis petierat: potiùs enim Peroto accederem, qui *inceptis* edidit. Attamen verosimilior nostra videtur lectio, ex eo etiam, quòd apud allatum Senecam inveniam (*d*) *nihil interest inter Catonis Praeturam, & repulsam — & hoc numera inter repulsas Catonis, tam magno animo feret, aliquid sibi ad victoriam, quàm ad Praeturam obstitisse. Quo die repulsus est, lusit*: idem Epistolâ CV. *nemo mutatum Catonem toties mutatâ Repub. vidit, eundem se in omni statu praestitit. In Praeturâ. in repulsâ, in accusatione &c. — eodem, quo repulsus est die, in Comitio pilâ lusit.* Senecae subscribit Plutarchus (*e*), qui Catonem asserit post Consulatus repulsam sequenti die unctum in Campum descendisse; & post prandium rursus, ut solebat, sinè calceis, & tunicâ in Forum venisse, adeò ut tantam animi praesentiam ipsi Cicero reprehendat. Haec omnia videntur innuere, quòd Cato aequè repulsis laetabatur, ac si honores ipsos esset consecutus; neque mirum de homine, qui a laudato Cicerone perfectissimus Stoicus appellatur (*f*); quique in balneo ab imprudenti percussus huic postea satisfacienti reddidit: *non memini percussum me* (*g*): atque alibi: (*h*) *Cato, cum illi os percussum esset, non excanduit, non vindicavit injuriam: ne remisit quidem, sed factam negavit. Majore animo non agnovit, quàm ignovisset.*

Harduinus cum vocabulum *ineptis* ex Regiis Codicibus, & Colbertino reciperet, Catonem repulsis gavisum statuit, tanquam honores inepti essent, aut contemnendi; partem inde verborùm affert Senecae ad matrem, quae supra invenies. Priorem sententiae animadversionem minùs ad rem facere satis ostendimus; verba Senecae nostras conjecturas firmare potiùs Lector intelliget. Meliora excogitavit Harduinus cum addit „ Fuit aliquando tamen cum *inemptis* „ scribendum putarem, hoc est, non suffragiorum corruptione emptis: vel *indeptis* retinendum, quod libri recens „ excusi praeferunt; ut sensus esset, repulsis populi, plebisque ventosae gavisum perinde Catonem, ac si honores „ ipsos, quos sequi videbatur, esset adeptus. „

Durandus longâ verborum argumentatione *inemptis gaudentem* proferens, se id omnium primum ex Taciti auctoritate reposuisse affirmat iis innixus verbis (*i*) *Mario Celso Consulatus servatur, sed creditum famâ, objectumque mox in Senatu Caecilio Simplici, quòd* EVM HONOREM PECVNIA MERCARI --- *nec sine exitio Celsi voluisset. Restituit Vitellius, deditque postea Consulatum Simplici innoxium, & inemptum.* Bellè inde statuit sibi convenire ejusdem aevi scriptores sensu eximio: *& repulsis*, inquit ille, *tanquam honoribus inemptis gaudentem: hoc est quasi ipsos honores, non malis artibus, non pecunia, & ambitu, sed meritis suis & libera omnium bonorum consensione — Sunt, qui* ineptis *gaudeant, ut legitur in omnibus libris, sed quis non videt factum fuisse elisâ lineolâ, quae prius* ineptis *superaddita veram lectionem representabat? Cur autem eos honores despiceret Cato, quos honestè petierat, & sanctè administrare poterat! Alii non* ineptis, *quod certè ineptum est, sed* indeptis, *ut in Londinensi quoque, sed manu recentiore litera* d *superposita. Ridiculum quasi non potuisset auctor, & melius quidem* adeptis *ponere si hoc voluisset. Rhenanus denique non* ineptis, *neque* indeptis, *sed* meritis *simpliciter.*

Inemptis potiùs cum Durando legere, quàm *ineptis* minùs aptam vocem recipere, magis quadrat orationis texturae. In eo tamen stat difficultas, quòd nullo codicum praesidio incedit novissimus Plinianae Praefationis enarrator; nec lineolam, quam elisam dicit, in aliquo exemplari extitisse comprobavit. Similes Tacito sententias in omnibus, qui de ambitu Comitiorum egerunt, invenire haud erit difficile. Nunquam tamen nostram eludent lectionem, unde Catonis ab honoribus exclusi elucescit constantia, quòd idem esset, ac si verè magistratum obtinuisset. An in iis ridendi occasio doctis praebeatur, aliorum judicio relinquemus. Gaudeo nobiscum Jacobum Facciolatum nostrae aetatis Ciceronem convenire (*k*). Quid enim dulcedinis magis insit in voce *adeptis*, quàm *indeptis* prorsus ignoro, cum utrumque vocabulum ab idoneis auctoribus recipiatur, atque apud Plinium de Fulminum superstitione eleganter differentem occurrat (*l*). *Vocant & familiaria in totam vitam fatidica, quae prima sunt familiam suam cuique indepto.* Rhenani excogitata, utpote extra chorum, a nemine recipi posse crediderim. Vbi nostra lectio Eruditis non placeat, aliam ipsi adornent. Vltimùm hâc in re addemus, Catoni (meo quidem judicio) Spartanum illum esse praeferendum, qui in Magistratus petitione victus, se maximè laetari praedicavit, quòd aliquos Patria sua se meliores haberet. Hujusmodi responsum mihi annis ab hinc XX. innotuisse velim Cives mei nunquam obliviscerentur.

[a] *Consolat. ad Helviam matrem XIII.* [b] *Lib. XXXV. 12.* [c] *Verumque Ambrosian. Vallicellian. Regia, 1. & 2 Colbertin. 2. ab Harduino allata, Londinense ex Durando, Perusinum.* [d] *Epist. LXXI.* [e] *in vitâ Caton. Uticens.* [f] *In Bruto.*
[g] *De Irâ XXII.* [h] *De constant. sapient. XIV.* [i] *Histor. II.* [k] *Vide Lexicon Facciolati in verbo* indeptus, indipiscor.
(l) *Lib. II. 53.*

cunias deponerent Candidati (1), hoc se fecisse (2) pro innocentiâ, quod in rebus humanis (3) summum est (4), profitebantur: inde nobilis illa M. Ciceronis suspiratio (5). *O Te felicem M. Porci, a quo rem improbam petere nemo audet*. Cum Tribunos appellaret L. Scipio Asiaticus (6), inter quos erat Gracchus (7), hoc attestabatur, vel inimico judice se probari posse; adeò summum quisque caussae suae judicem facit, quemcumque eligit (8), unde provocatio appellatur. Te quidem in excelsissimo humani generis fastigio positum, summâ eloquentiâ, summâ eruditione praeditum, religiosè adiri etiam a salutantibus scio; & ideo immensa praeter caeteras (9) subit cura, ut quae Tibi dicantur, Te digna sint (10). Verùm & Diis lacte rustici, multaeque gentes supplicant (11), & molâ (12) tantùm salsâ litant, qui non habent thura: nec ulli fuit vitio Deos colere quoquo modo posset (13). Meae quidem temeritati accessit hoc quoque, quòd levioris operae hos Tibi dedicavi libellos: Nam nec ingenii sunt capaces (14) (quod alioquin nobis perquam mediocre erat) nec admittunt excessus (15), aut orationes, sermonesve, aut casus miserabiles (16),

quos

ANNOTATIONES.

(1) *Candidati*. Pecuniae a Candidatis deponebantur, ut iis multarentur, ubi corruptorum suffragiorum, vel ambitus convicti fuissent: Vide Dalecampium, & Harduinum. Plinius ad illam Ciceronis narrationem respexit, quae libro II. epistolâ ultimâ ad Q. fratrem occurrit. *Res ardet invidiâ: Tribunicii Candidati compromiserunt* H-S IↃ *in singulos apud M. Catonem depositis, petere ejus arbitratu, ut qui contra fecisset, ab eâ deponeretur. Quae quidem comitia, gratuita si fuerint, ut putantur, plus unus Cato fuerit, quàm omnes leges Terrae.*

(2) *Hoc se fecisse*. Ita Codices Jovii, Vgoleti. E contrario alii, & pleraeque editiones (a) *hoc se facere*, quòd in idem vergit: iis adstipulantur Harduinus, & Durandus; qui tamen sequentia ex integro immutat in hanc speciem, *quod tum Porcio innocentia rebus humanis summa esset, profitebantur*. Locum optimè ex Murbacensi suo restituisse Rhenanum assirmat, in quo extat: *Hoc se facere, quod tum pro innocentia rebus humanis summum esse profitebantur*. Conjicit ex *porcio* malè intellecto, seu breviter scripto amanuenses fecisse *pro*, & deinde ex *summa inesset* levi differentiâ *summum esset*. Vt hujusmodi minimè recipiam, illud in primis obest corruptum Murbacensem codicem habere *quod tum*. Fortasse *tum*, & non *semper* Cato innocens dicendus est? A nostris exemplaribus, itemque a plerisque editis particula *tum* abest; & potiùs ex Venetâ principe esset recipienda: ubi *quod tum per innocentiam rebus humanis summum esset, profitebantur*; sed hoc loco neque indicia de Porcii nomine. Innocentiae vocabulum, cur non in Catonis eximiam laudem accipiemus, quando solus judex a Candidatis eligebatur? Vitiosam & a Durando taxatam verborum constructionem minimè agnosco; imò latinissima: & juxta auctoris stylum mihi videtur, apud quem *pro antidoto — pro cibo, — pro desiderio — pro imagine — pro majestate — pro nutrimento — pro viribus*, & infinita eodem modo facta inveniuntur.

(3) *Rebus humanis*. Cognatas dictiones habes libri XXVII. initio, *velut alteram lucem dedisse rebus humanis videntur*.

(4) *Summum est*. Quod res omnes excedit. Cato Censorius istius proavus dicitur a Plinio *hominum summus in omni usu* (b), tamquam in iis omnibus tradendis, quae vitae inserviunt, incomparabilis extiterit. Qui naturalem historiam transtulerunt, haud satis Plinianae orationis vim allato volumine videntur attigisse.

(5) *Suspiratio*. Sententiam in deperditis Ciceronis libris extitisse indolemus. Seneca Philosophus (c) *neminem ausurum coram Catone peccare*; & alibi: *Catonem inquam illum, quo sedente negatur Populus permisisse sibi postulare florales jocos* (d).

(6) *Asiaticus*. L. Cornelius Scipio, qui alterum ex Asiâ devictâ cognomen invenit, cum superato Antiocho repetundarum reus accusaretur, Senatus judicium declinans ad Plebis Tribunos provocavit. Eo tunc Magistratu fungebatur Tiberius Sempronius Gracchus, qui licèt Scipioni infensissimus, prohibuit, ne in carcerem, & vincula raperetur. Vide Dalecampium plura ex Floro, & Eutropio eruditè hoc loco congerentem. Lucium Scipionem tabulam victoriae suae Asiaticae in Capitolio posuisse Plinius testatur; idque aegrè tulit frater Scipio Africanus, quòd filius ejus in eo praelio captus fuisset (e).

(7) *Gracchus*. Duo fuerunt Gracchi Fratres ex illustri Semproniâ gente maximè celebres: alter Tiberius, alter Cajus praenomine. Horum pater extitit Gracchus, ad quem alludit Plinius. Historiam habes apud Valerium Maximum (f): *Quàm etiam Tiberius Gracchus admirabilem se exhibuit! Tribunus enim Plebis cum ex professo inimicitias cum Africano, & Asiatico Scipionibus gereret; & Asiaticus judicatae pecuniae satisdare non posset; atque ideo a Consule in vincula publica duci jussus esset: appellassetque Collegium Tribunorum nullo volente intercedere, secessit a collegis, decretumque composuit: nec quisquam dubitavit, quin eo scribendo irati hostis adversus Asiaticum verbis usurus esset. At is juravit prius cum Scipionibus se in gratiam non rediisse: deinde tale decretum recitavit.* „ Quum L. Cornelius Scipio die triumphi sui ante currum subactos hostium duces in carcerem conjecerit: indignum & alienum a majestate Populi Romani videri eundem ipsum duci. „ *Itaque id non passurum fieri libenter: tunc opinionem suam Populus Romanus a Graccho deceptam cognovit, moderationemque ejus debitâ laude prosecutus est*. Auctor virorum illustrium illum Titum videtur appellare (sed puto exscriptorum negligentiâ, cum Tiberius notis Ti. redderetur) *Titus Sempronius Gracchus nobilissimâ familiâ ortus Scipionem Asiaticum quamvis inimicum, duci in carcerem non est passus*. Rem paullò diversam narrat Gellius, quem vide. Ex facto insigni Gracchus Scipionibus reconciliatus duxit Corneliam Africani Filiam, de quâ Juvenalis — *Cornelia mater*
Gracchorum &c. Consule Andream Schottum in illud Senecae Patris:
Scipio Gracchi inimicus, & tamen postea Socer (g).

(8) *Quemcumque eligit*. Ita codex Guarini, Londinensis. Harduinus *quemcumque, cum eligit:* ad eum nempe provocat, qui de illo judicare debet, nec aliquid sorti permittit. Sic de Iliacis temporibus, ac Homero (h) *Sortiri quoque contra provocationem duces non anulis tradit*. Crusius legendum contendit *unde nec provocatio audiatur*, vel *admittatur*.

(a) *Venet. 1496. 1499. 1507. 1519. 1559. Brix. 1496. Edition. Froben. Lugdun.* 1548. (b) *Lib. XVII. 29.*
(c) *In consolat. ad Marciam*. (d) *Epist. XCVII.* (e) *Lib. XXX. 4.* (f) *Lib. IV. 1.* (g) *Lib. V. Controv. 25.*
(h) *Initio lib. XXXIII.*

ſito il denaro i pretenſori[1] *de' Maeſtrati, ciò da eſſi dicevano praticarſi per dimoſtrare quello, che fra gli uomini più ſi deve ſtimare, vale a dire un illibato candore. Da un tal coſtume nacque quella belliſſima eſclamazione di M. Tullio:* Oh gran Catone veramente beato, a cui non evvi chi ardiſca domandar coſa, che appaja men retta. *Quando alla ſentenza dei Tribuni della Plebe, fra quali Gracco ſi annoverava, appelloſſi L. Scipione l'Aſiatico, era sì certo della ſua innocenza, che non dubitò aſſicurare d'eſſerſi in tal guiſa condotto, onde le ſue operazioni veniſſero approvate anche da un giudice ſuo particolare nemico: accennando così di ſottometterſi ad inappellabile ſentenza, alloraché non ſolo ſi riceve, ma ſi elegge chi deve giudicar la ſua cauſa. Io ben ſo, che riſplendendo Voi nel più ſublime grado, a cui giunger poſſa l'umanità, di puriſſima eloquenza, e della più ſcelta erudizione adorno: da quelli venite con ogni venerazione inchinato, che di voſtra ſalute a Voi medeſimo anſioſi ſi dimoſtrano; e perciò ſovra ogni altro penſiero premuroſiſſima deve eſſere la cura, onde di Voi ſieno degne le coſe, che a Voi ſi offeriſcono. Con tutto queſto però gli agricoltori, e tante nazioni col ſemplice latte agli altari accompagnano i loro voti, e col farre miſchiato di ſale*[2] *ſacrificano quelli, che di olibano provedere non ſi poſſono; nè giammai receſſi a diffetto oſſequiare li Dei giuſta la miſura delle proprie facoltadi. Al mio ardire s'accreſce di più, che a Voi dedicai queſta tenue fatica, nella quale l'ingegno (che per altro confeſſo aver ſortito al di ſotto del mediocre) non può campeggiare; perchè il ſoggetto non ammette divagamenti, orazioni, diſcorſi, o caſi compaſſionevoli, che i Greci unitamente a varj acci-*

ANNOTAZIONI.

(1) *Sembrami, che queſta parola, o l'eguale di* pretendente *ſi poſſa ricevere nei vocabolarj, mentre ſi uſa con ottima, e neceſſaria ſignificazione.*

(2) *La Mola ſalſa addotta da Plinio corriſponde alla miſtura quì deſcritta. Il Landino la chiamò* Mola inſalata.

ANNOTATIONES.

(9) *Praeter caeteras.* Alii modicâ differentiâ habent: *praeter caetera*, ita Guarin. codex. F. Petrus, *& ideo curavi, ut quae tibi dicantur condigna ſint*, cui accedit Hermolaus: videtur, quòd voces *praeter caeteras* magis auctori familiares evaſerint: *praeter caeteras mira gens — praeter caeteras fulva reſina:* unde haec cura caeteras officio ſuo debitas non excludat.

(10) *Digna ſint.* De Laureae Tullii carmine: *dignum*, inquit, *ubique, & non ibi tantùm legi* (*a*). Harduinus, *& ideo ſubit cura, ut quae tibi dicantur, te digna ſint*: nullam video cauſſam, ut tot verba, quae orationi addunt vim, expungamus, cum illa & vetuſti, & recentes libri recipiant.

(11) *Supplicant.* Id moris Romulo fuiſſe teſtatur lib. XIV. *Romulum lacte non vino libaſſe indicio ſunt ſacra ab eo inſtituta, quae hodie cuſtodiunt morem.* Libro itidem XII. cum de thure & myrrhâ loqueretur, & ignota huiuſmodi priſcis ſacrificantibus: Deos non minùs propitios *molâ ſalſâ ſupplicantibus, imò verò (ut palam eſt) placatiores fuiſſe* aſſeruit (*b*).

(12) *Molâ.* Erat Mola compoſitio farris, ſive hordei farre admixti. Conſule Virgilii enarratores Eclog. VIII. (*c*)

Sparge molam, & faciles incende bitumine lauros.

Antiquiſſimis temporibus in funereo quoque Optimatum ſacrificio adhibebatur, cum ante Plinium laudatus Vates morituram Didonem tali pacto deſcribat (*d*):

Ipſa molâ, manibuſque piis altaria circum
Vnum exuta pedem vinclis, in veſte recinctâ
Teſtatur moritura Deos.

Allati moris, & ſententiae cognata vocabula occurrunt apud Plinium libro XVIII. (*e*) *Numa inſtituit Deos fruge colere, & molâ ſalſâ ſupplicare, atque ut auctor eſt Hemina far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet.*

(13) *Poſſet.* Verba Livii (*f*) imitatur: *Divi quoque in eo erant, quibus quoquo modo ſupplicaretur.* Martialis thura minoribus jungens ad Domitianum (*g*): *Offendunt numquam thura, preceſque Deos.*

Plinius verò ad priſca Romanorum ſacra alludit, quae Numa pauper inſtituerat, unde Juvenalis Satyrâ VI.

Sympuvium ridere Numae, nigrumque catinum.

Perſius Sat. II. *Aurum vaſa Numae, Saturniaque impulit aera,*
Veſtaleſque urnas, & Thuſcum fictile mutat,
O curvae in terris animae, & caeleſtium inanes,
Quid juvat hoc templis, noſtroſque immittere mores, atque infra
Haec cedo, ut admoveam templis, & farre litabo.

M. Seneca (*h*) *fictilibus fuerunt Dii faciles.*

(14) *Capaces.* Alibi de hominibus temperatam habitantibus Zonam (*i*): *Ingenia foecunda, totiuſque naturae capacia.*

(15) *Exceſſus.* Exceſſus, ſive egreſſiones ad eam pertinent figuram, quae a Graecis parecbaſis dicebatur. Quintilianus (*k*) *Parecbaſis* παρέκβασις *eſt, ut mea quidem fert opinio, alicujus rei, ſed ad utilitatem cauſſae pertinentis extra ordinem excurrens tractatus.* Plinius Caecilius cum longiſſima quaedam ex Demoſthene adduceret (*l*). *Jam quid audentius illo pulcherrimo, & longiſſimo exceſſu?*

(16) *Miſerabiles.* Ita habent codex Guarini, & Jovianus. Harduinus legit *mirabiles*, ut Dalecampius, cumque illo Haekii. Vtraque lectio ſuſtineri poteſt, Harduinianamque fovet codex I. Ambroſianus, Romani, &c.

Nollem hoc loco imbecillae mentis redargutionem adipiſci, eo quia aliter etiam legi in Plinianis exemplaribus adno-

(a) *Lib. XXXI. initio.* (b) *Lib. XII. 28.* (c) *Verſ. 52.* (d) *Aeneid. IV. verſ. 517.* (e) *3.* (f) *Lib. XXII.* (g) *Lib. VIII.* (h) *Lib. VIII. Suaſ. 9.* (i) *Lib. II. 78.* (k) *Inſtit.* (l) *Lib. IX. 26.*

quos Graeci ut eventus varios περιπετείας, καὶ πλοκὰς appellant (1). Non alia jucunda dictu, aut legentibus blanda: sterili materiâ rerum naturâ, (2) hoc est vita narratur, & haec sordidissimâ sui parte (3), ut plurimarum rerum, aut rusticis vocabulis, aut externis, imò barbaris (4), etiam cum honoris praefatione ponendis. Praeterea iter est non tritâ auctoribus viâ (5), nec quâ peregrinari (6) animus expetat. Nemo apud nos (7) quidem, qui attentaverit. Nemo apud Graecos, qui unus ea tractaverit (8). Magna pars amoenitates (9) quaerimus. Quae verò tractata ab aliis dicuntur immensae subtilitatis (10), obscuris rerum tenebris premuntur. Jam omnia attingenda, quae Graeci τῆς ἐγκυκλοπαιδείας (11) vocant, & tamen ignota, aut incerta ingeniis facta (12): alia verò ita multis prodita (13), ut in fastidium adducta (14). Res ardua vetustis no-

ANNOTATIONES.

notari, cum Raphael Regius, *qui* ---, ait, *casus miserabiles ita putat esse legendum, ut mirabiles legi posse quoque dicat: fatuus est judicandus, cum Plinius alterutrum dumtaxat scriptum reliquerit.* Id ultimum omnes intelligunt. Verùm quid auctor scripserit, exemplarium diversitas incertos nos reddit, unde ea prudentibus lectoribus congerenda, ut meliora acu inveniant. Casus miserabiles scripsisse, ut alibi *memorabili caussâ, sed eventu misero* (a), etiam sequentium indicat textura; oppositum sentit Hermolaus, qui *lego*, ait, *in antiquis exemplaribus casus miserabiles, quos Graeci ut eventus varios περιπετείας, καὶ πλοκὰς appellant.*

(1) Quatuor has voces, nempe graeca, & latinum *appellant* in omnibus editionibus omittuntur; neque in multis codicibus apparent. Nos Jovianum, & Hermolai auctoritatem secuti nobilem sententiam Plinio restituimus. *Casus miserabiles* ad *peripetias* magis spectare videntur, cum περιπέτεια Graecis *casum* significet; itemque per πλοκὰς nexus, Fatique necessitatem intelligebant, quam Chrysippus *catenam volventem, semetipsam implicantem per aeternos consequentiae ordines* definit. In graecis dictionibus, quae desiderantur (uti monuimus) fieri potuit, ut ab imperitis amanuensibus omitterentur, cum ea vero eloquio reddere ignorarent. Ita primigenii naturalis historiae typographi, vel graeca relinquunt in medio, vel latinis elementis reddunt, ut ea corrumpant, quae Plinius graecè vulgaverat. (b)

(2) *Rerum naturâ.* Quantum haec cohaereant in naturalis historiae corpore relatis, auctoris sequentia ostendunt (c): *Natura remediorum, atque multitudo instantium, ac praeteritorum plura de ipsâ medendi arte cogunt dicere, quamquam non ignarus nullis ante haec latino sermone prodita, ancepsque, ac lubricum esse rerum omnium novarum principium, nec aliud utique gratiae, quàm steriles difficultates in promendo.*

(3) *Sui parte.* Gemmas extollens Plinius, *ut nihil*, inquit, (d) *instituto operi desit, gemmae supersunt, & in arctum coacta rerum naturae majestas nullâ sui parte mirabilior.* Vide quanta verborum, & styli in diversis etiam convenientia!

(4) *Barbaris.* Rejicienda mihi videtur hoc loco Jo. Friderici Noltenii animadversio, ubi Plinii eloquium a latini sermonis puritate distare judicavit (e): eo quia ipse profiteatur opus suum verbis conflasse, *aut externis, immo barbaris, & non sine honoris praefatione ponendis*: unde rem claudit Noltenius: *quare talibus ejus verbis, non nisi ubi nos meliora deficiunt, utendum putamus.* Sed herculè Plinii sensum Lexicographus torquet. Qui naturae historiam condit rustica verba, res humanae vitae inservientes, medicinam, & sordida quaeque tractare cogitur, ubi multa delicatis auribus inconcinna enumerantur, alia etiam latinae linguae inaudita, unde Lucretius eodem ferè sensu ante Plinium de rerum naturâ cecinit (f): *Nec me animum fallit Graecorum obscura reperta*
Difficile illustrare latinis versibus esse,
Propter egestatem linguae, & rerum novitatem.

Lucretii locum ob oculos habuit, atque adducit Plinius Caecilius. Iis omnibus Avunculus, sibique admodum cohaeret libri XXX. initio, ubi, *quin imò*, ait, *externa quoque, & barbaros etiam ritus indagabimus.* Dicendum igitur omnia, quae Romanis vocibus, aut etymis apud Plinium occurrunt latinissima esse: ex Graecorum sermone *externa*: a Troglodytis, Aethiopibus, Scythis &c. *barbara*; atque haec ultima nihilo secius cum honoris praefatione ponenda, utpote narrandis necessaria, quamvis ab Italis ignorata. M. Manilius (g):

Et si qua externâ referuntur nomina linguâ,
Hoc operis, non Vatis erit: non omnia flecti
Possunt, & propriâ melius sub voce notantur.

Parili igitur ratione de naturali historiâ judicandum, in quâ Romani idiomatis splendor ita micat, ut maximè demirer, Antonio Possevino excidisse, multa subobscura in Plinio inveniri, eo quia *cadente jam linguae latinae nitore* opus suum exaraverit (h).

(5) *Viâ.* Libro VIII. *Et in pariendo semitas minùs cavent humanis vestigiis tritas, quàm secreta ac feris opportuna* (i).

(6) *Peregrinari.* Eodem libro VIII. *Quaeso legentes boni consulant - - - - - curâ nostrâ breviter peregrinantes* (k).

(7) *Apud nos.* Libro XVIII. *De his nunc dicemus a nullo ante nos prodita* (l): Harduinus legit: *qui idem tentaverit.*

(8) *Tractaverit.* Lib. XXXV. initio de terrae, lapidumque generibus: *plurimis*, ait, *singula a Graecis praecipuè voluminibus tractata.* Haec sanè styli convenientiam, reliqua ab auctore immensis curis digesta illum haud imparem tanto labori ostendunt, unde Jacobus Milichius in nuncupatione ad Georgium Principem Anhaltinum: *Nihil autem est*, inquit, *me de Plinii laboribus dicere, qui non tam librum, quàm Bibliothecam nobis reliquit, complexus uno volumine ferè totam rerum naturam, ut ne apud Graecos extet unus aliquis locupletior auctor.* Codex Guarin., & Jovian. legunt: *Nemo apud Graecos, qui unus ea tractaverit, invenitur.* Verùm τὸ *invenitur* ad Glossematis (quamvis non abstrusi) explanationem addiderunt molesti enarratores. Neque enim in Fratris Petri, Harduini, & Dalecampii membranis invenitur.

(9) *Amoenitates.* Laudatus Fratris Petri Ticinensis Ambrosianus codex, qui veras toties nobis lectiones suppeditavit, concisè praesefert: *Magna pars amoenitates quaerimus.* Plerique addunt *studiorum*, de quâ voce idem statuendum, ut de superiori *invenitur.*

(10) *Immensae subtilitatis.* Haec duo jungere persaepe assolet Plinius: *immensae subtilitatis animalia ---- locusque subtilitatis immensae --- ratio subtilitatis immensae* --- ac demum *Aristoteles vir immensae subtilitatis* appellatur lib. XVIII. 34.

[a] *Lib. VII. 43.* (b) *Vide edit. Parmens. 1476. 1480. 1481. &c.* (c) *Libro XXIX. initio.* (d) *Lib. XXXVII. initio.*
[e] *Pag. 134.* (f) *Lib. IV. 28.* (g) *Lib. III. vers. 40.* (h) *Biblioth. Tom. II. Lib. XII. Cap. XLII.*
[i] 32. (k) 26. (l) 28.

accidenti, Peripezíe, *e* Ploche [(a)] *addimandano. Non vi aspettate diceríe all' orecchio gradite, che interessino il leggitore, mentre l' origine delle cose mi somministra argomenti in se stessi ristretti, coi quali il viver nostro si descrive, per la maggior parte in verità schifosissimo, come parimente lo sono cento altri soggetti, nei quali son costretto di servirmi di rustici nomi, di straniere, anzi barbare appellagioni, che per essere le sole debbono con tutto ciò onorevolmente riferirsi. Si aggiunga, che un' opera ho tessuta, della quale non se ne trova presso altri principio d' orditura; mentre difficilmente s' incontrano soggetti, che ad un tal travaglio s' appiglino; fra i nostri non trovo chi una sì vasta materia abbia pensato a trattare; nè fra i Greci chi di un tanto apparato arricchisca i suoi libri. Lo scopo di molti è lo scrivere di cose geniali, efrattanto le materie, che taluni svilupparono, ed in se contengono profondissime cognizioni, da una cieca notte sono a nostri giorni occultate. Perciò appunto mi prefissi di trattare di tutte quelle scienze, che sotto il nome di* Enciclopedía [(b)] *i Greci comprendono; sebbene ignote, o almeno incerte ancor siano presso taluni. Per l' opposito d' altre narrazioni comunissime, che fino a recar nausea da tanti, e tanti son ripetute, non potrò ommetterne il registro. Per verità egli è un difficile assunto*

di

ANNOTAZIONI.

(a) *Le voci greche* peripeteias, kai plockas *sebbene ignote alla nostra favella, crederei, che ambedue meritassero di esservi aggiunte, e così ridurle alla desinenza italiana, imitando in ciò i Francesi, che tanti greci vocaboli hanno gentilmente tradotti nel loro idioma. Non pretendo già di erigermi in autore di lingua; ma in quei casi, nei quali non possiamo esprimere con un solo adattato nome ciò che i Greci dottamente combinano, prenderò esempio da Orazio* (*):

Pregio più grave avran se dalle greche
Voci imitate sian, con saggi modi
Le nuove aggiunte voci &c.

Già da alcuni s' introduce il vocabolo di peripezíe *per ispiegare stranj avvenimenti, e li capricci della Fortuna: nella stessa guisa dunque nominar potressimo* ploche *quella necessità di Fato, che tenevano i miseri Gentili; e che la nostra santa Religione c' insegna essere il volere del Sommo Iddio, che il Mondo tratto dal nulla libra, e governa. Abbiamo notato, che questa sentenza manca in più codici, e nei libri stampati, e perciò non è riferita dal Landino, Brucioli, e Domenichi.*

(b) *Sotto il nome di* Enciclopedía *dobbiamo intendere la scienza universale. Così li Francesi alla insigne, e massima opera, nella quale si racchiude ogni arte, e sapere, hanno posto il titolo di* Enciclopedie. *Questa nobilissima collezione da noi si appella* Enciclopedía; *come parimente il Giornale* Enciclopedico &c. *Cristoforo Landino ingannato dalle prime edizioni Pliniane, e dai manoscritti a lui noti, in luogo di* tas encyclopaedias *lesse* tas idopaedias, *cioè* proprie, *e* particolari dottrine. *Il Domenichi portò in caratteri greci la voce, e disse:* Già tutte le cose sono da esser tocche, le quali da' Greci sono chiamate ἐγκυκλοπαιδεία. *In questa versione si vede la povertà dello stile, e delle parole.*

[*] *Vedi la Versione della Poetica d' Orazio di Bened. Pasqualigo pag. 16.*

ANNOTATIONES.

(11) τὰς ἐγκυκλοπαιδείας Graeci vocant orbem, seu circulum doctrinarum omnium, unde Cicero de Enciclopaediâ: *Est enim*, ait (*a*), *illa Platonis vera, & tibi, Catule, certè non inaudita vox, omnem doctrinam harum ingenuarum, & humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri.* Vide & Orationem pro Archiâ Poëtâ. Corruptam lectionem inter primos restituit Hermolaus ex Quintiliano, Vitruvio, Graecisque omnibus; atque ex Aristotele in Ethicis addit Encyclopaedicas disciplinas illas esse, quas *commentationes encyclias intelligit, quas Gellius extrarias, hoc est exotericas, Martianus Capella cyclicas appellavit, cujusmodi & problematum sunt libri, & quae populares a Cicerone, & Themistio quaestiones appellantur.* Non omnino hâc in re Hermolao subscribam, eâ praesertim in parte, quâ extrariarum disciplinarum nomine Encyclopaediam a Gellio denotari tradit. Encyclopaedia enim potiùs ἐξωτερικά, atque ἀκροατικά omnino comprehendet, ut ex Gellio liquet colligere (*b*); atque eodem docente Graecorum τὰς ἐγκυκλοπαιδείας, latinè omnigenas doctrinas appellabimus, ubi: *Homo*, ait (*c*), *nobis familiaris in literarum cultu non ignobilis, magnamque aetatis partem in libris versatus, adjutum, inquit, ornatumque volo ire noctes tuas, & simul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, ut ipse dicebat praescatentem.* Suidas ἐγκυκλοπαιδείαν ex omni constare disciplinâ rhytmicâ pariter, & gesticulariâ affirmavit. Hinc est quòd Morhofius: *Non audiendi sunt*, inquit (*d*), *homines imperiti, qui humano ingenio majorem, vel inutilem, & rebus gerendis adversam* πολυμαθίαν *criminantur. Est scilicet quaedam scientiarum cognatio, atque conciliatio, unde &* ἐγκυκλοπαιδείαν *vocant Graeci, ut in unâ perfectus dici nequeat, qui caeteras non attigerit.* Neque enim unus omnia exactè scire potest; sed naturae, & caelestium arcana indaganti scientiarum nobilissimae utique famulantur (*e*). De Encyclopaediâ consule Noltenium. Hocce titulo plura philologica opera inscripsit Fortunius Licetus (*f*), quorum syllabum habes in Hieroglyphicis, sive antiquis schematibus gemmarum anularium. Veram encyclopaediam tradere Alstedius, Velschius, alique intentarunt.

(12) *Ingeniis facta.* Noster libri XVII. initio: *Restat earum quae arte, & humanis ingeniis fiunt veriùs quàm nascuntur.*

(13) *Multis prodita.* Convenientia occurrunt verba (*g*): *qui norint multa ab antiquis prodita*; & alibi *Eriphiam multi prodidere* (*h*). Aullus Gellius, qui hanc Plinianam praefationem (ut infra constabit) in noctium Atticarum prooemio saepiùs imitatur: postquam primitias, & quasi libamenta ingenuarum artium, quae virum civiliter eruditum decerent, se tradere asseruit; *petitum*, addit, *impetratumque volumus, ut in legendo, quae pridem scierint, non aspernentur, quasi nota, invulgataque.*

(14) *In fastidium adducta.* Ita elegantiùs, pressiùsque I. Ambrosianus; alter *in fastidium adducantur.* Inde amanuenses fecerunt *in fastidium sint adducta.* Codex Londinensis *in fastidium sint ducta.* Plinius in XXIX. voluminis calce: *Nos hoc etiam audita fastidimus*, & libro XI. (*i*): *Quà propter quaeso, ne haec legentes (quoniam ex iis spernuntur multa) etiam relata fastidio damnent.*

(a) *De Orator. lib. III.* (b) *Lib. XX. 5. pag. 528.* (c) *Lib. XIX. 6. pag. 385.* (d) *Libro I. cap. I. pag. 2.*
(e) *Vide Tarquin. Gallutium in Oratione* de Encyclopaed. (f) *Vide ad calcem Hieroglyph.* (g) *Lib. XIV. initio.*
(h) *Lib. XXIV. 17.* (i) *Lib. XI. 2.*

novitatem dare (1), novis auctoritatem, obsoletis nitorem (2), obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus verò naturam, & naturae suae omnia (3). Itaque etiam non assecutis voluisse abundè pulchrum, atque magnificum est (4). Equidem ita sentio, peculiarem in studiis caussam eorum esse, qui difficultatibus victis (5) utilitatem juvandi (6) praetulerunt gratiae placendi (7): id quod & in aliis operibus ipse feci (8), & profiteor mirari Titum Livium (9) auctorem celeberrimum in historiarum suarum, quas repetit ab origine Vrbis, quodam volumine (10) sic orsum. *Satis sibi gloriae quaesitum, & potuisse desinere, nisi animus inquies pasceretur opere*. Profectò enim Populi Gentium victoris (11), & Romani nominis gloriae, non suae (12) composuisse ista decuit. Majus meritum esset operis amore, non animi causfà perseverasse, & hoc Populo Romano (13) praestitisse, non sibi. XX. millia rerum dignarum curâ (14) (*quoniam*, ut ait Domitius Piso (15), *thesauros oportet esse non libros*) ex lectione voluminum circiter duum millium, quorum pauca admodum studiosi attingunt propter secretum materiae, ex exquisitis auctoribus centum (16) inclusimus XXXVI. voluminibus (17): adjectis rebus plurimis, quas aut ignoraverant priores, aut postea invenerat vita (18). Nec dubitamus multa (19) esse, quae & nos praeterierint. Homines enim sumus (20), & occupati officiis (21), subsecivisque

ANNOTATIONES.

(1) *Dare*. Opportunè Plinii sententiâ utitur Ludovicus Cultellinus [a]: verùm addere potuisset *praefatione ad T. Vespasianum*; nam unicè Vespasiani cognomen referens, videtur eorum opinioni accessisse, qui naturalem historiam Vespasiano dicatam falsò prodiderunt.

(2) *Nitorem*. Paullus Jovius Benedicti frater, qui Plinianam praefationem procul dubio memoriter tenuit, hunc locum in Cosmi Pactii elogio sciè aemulatur [b]: *usque adeò difficile est obsoletis nitorem, & novis authoritatem feliciter attulisse*.

(3) *Omnia*. Hoc loco tantâ verborum elegantiâ, & varietate Plinius Titum alloquitur, ut cum ipsâ Naturâ certare videatur. Quamvis enim in Geographicis, & tradendis scientiarum praeceptis incomparabilem illius brevitatem admiremur: in reliquis pinguis stylus, ac floridus a Symmacho celebratus elucescit. Nihil sanè allatâ sententiâ concinniùs apud antiquos invenio.

(4) *Magnificum est*. Alii codices legunt *atque magnum est*: utrumque in idem conspirat. Secundum ad notum illud Propertii magis accedit -- *& in magnis nam voluisse sat est*. Locum ante nos Plinio contulerunt Bened. Jovius, & Leodegarius a Querca, qui apud Poëtam particulam *&* pro *nam* iterum legit.

(5) *Difficultatibus victis*. Ita Ambrosiana, & reliqua plerumque exemplaria. Vallicellianum habet *Difficultatibus victi*; huic accedunt plures antiquae impressiones, & Alexander Benedictus: quae lectio recondita magis; tamquam ea componere voluissent eruditi, ut amoenis studiis inservirent; verùm juvandi amore compulsi a proposito recesserint, & magis utilia, quàm placitura vulgassent. De Picis Plinius [c] *Constat emori victas difficultate verbi*.

(6) *Juvandi*. Gellius, suppresso Plinii nomine hujusmodi attingens: *jucundiora alia*, inquit [d], *reperiri queunt*: noster verò sibi admodum cohaeret, ubi scripsit [e]: *relictis aestuationi suae istis hominum turbis, pergemus excolere vitam, eoque constantiùs, quò operae nobis major, quàm famae gratia expetitur*: alibi de Democrito [f]: *palamque est, virum alias sagacem, vitaeque utilissimum nimio juvandi mortales studio prolapsum*.

(7) *Placendi*. Item Plinius [g]: *quin omnem insumemus operam, licèt fastiditis periculum urgeat, quando ita decretum est minorem gratiae, quàm utilitatum vitae respectum habere*. Horatius utrumque a scribentibus, atque a Poëtis signanter praestandum injungit [h]: *Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci*
Lectorem delectando, pariterque monendo.

(8) *Ipse feci*. Lectionem sequor primi Ambrosiani codicis, quae communi magis vibrata. Caeterum idem in omnibus refertur. Vide Harduinum, Codicem Londinensem apud Durandum, Benedictum Jovium &c. Plinii opera suo loco memoravimus.

(9) *Livium*. Vterque Ambrosianus *profiteor mirari Livium*. Londinensis *profiteor mirati t. Livium*; illud igitur *me* in vulgatis redundat, quod caeteroquin in Vallicelliano, & in aliis invenitur.

(10) *Volumine*. Hujusmodi ad T. Livium Romanae historiae parentem spectant: sequentem sententiam nonnulli diversâ ratione legunt, minùs rectè, ut puto. Verba enim a Plinio relata in iis Livii voluminibus exstabant, quae immenso Reipublicae literariae damno perierunt. Omissis etiam lectorem a X. ad XLV. librum destituentibus, adhuc septem supra nonaginta desiderantur volumina. In horum extremâ parte extitisse a Plinio exscripta affirmandum videtur. Livium porrò ab Aeneâ initium fecisse omnes norunt, atque ex allatis Plinii verbis apparet, non unicâ textura integrum nobilissimae historiae corpus vulgasse, sed primis laboribus recentiora bella, & Romanorum res gestas addidisse. Profectò Livius jam satis sibi gloriae quaesierat, cum Plinius Caecilius testetur [i]: *Gaditanum quendam Titi Livii nomine, gloriâque commotum ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse, statimque, ut viderat, abiisse*.

(11) *Victoris*. Populus Gentium victor, quia hostes suos omnes Europae, Africae, Asiaeque debellaverat, unde a Livio eâdem ex causâ Princeps Terrarum Populus appellatur [k]. Plinii stylum, & summam cum reliquis convenientiam agnosces, ubi in tertii voluminis initio legas: *Primum ergo de Europâ altrice victoris omnium gentium populi &c.*

(12) *Non suae*. Ita omnes membranae exceptis Vallicellianis, ubi *non sibi*. Huic subscribunt exemplari plures antiquae editiones [l].

(13) *Populo Romano*. Notandum, quòd hoc nomine Rempublicam designabant. Hinc apud Caesarem *Populus Romanus* ab

[a] Due Ragionamenti *fol. I.* [b] *Pag.* 210. [c] *Lib. X.* 42. [d] *In Praefat.* [e] *Lib. XVIII. initio*. [f] *Lib. XXVIII.* 8.
[g] *Lib. XXX. initio*. [h] *Poëtic. vers.* 343. & 344. [i] *Lib. II.* 3. [k] *Praefat. lib. I.* [l] *Venet.* 1496. 1499. 1507.

di nuova luce cose rancide rabbellire, a non mai prodotte conchiusioni dar fermo appoggio, ravvivare con isplendore pensieri disusati, esporre con facile metodo oscuri concetti, raddolcire ingrate sentenze, un forte sostegno a dubbj racconti somministrare; e nel suo giusto aspetto collocando ogni cosa, d'ogni cosa rintracciarne l'origine. Tuttavia se alla bramata meta giugnere non potessi, sarà sempre un laudevole, ed ottimo pensamento l'aver usato tutto lo sforzo per arrivarvi. E certamente fu sempre mia opinione, che sovra d'ogni altro meritano d'essere commendati que' dotti, che superati i frapposti ostacoli piuttosto del piacere l'utile cercarono dell'umana società. A tale bersaglio in altre opere mirai io pure, e mi pregio d'infinitamente rispettare Tito Livio celebratissimo autore, il quale in un certo libro delle sue storie, che dall'origine di Roma incominciò, così favella: Abbastanza noto ho reso il mio nome, ed avrei potuto tralasciare di scrivere d'avvantaggio, se l'ingegno nimico dell'ozio colla fatica non si pascesse. *Ed in vero assai meglio a prò di una nazione vincitrice del mondo, e per onore del nome Romano, che per sua propria gloria conveniva aver dato alla luce un' opera tanto eccellente. Sembrami però, che maggior encomio a lui dovrebbesi, qualora non per alimentare l'ingegno, ma pel valore della stessa sua fatica avesse continuato il travaglio; ed a benefizio piuttosto della Romana Repubblica, che per sua particolare soddisfazione l'avesse eseguito. Venti mila Capi di nobilissime cognizioni (poichè giusta il sentimento di Domizio Pisone tesori anzi, che libri al pubblico esporre si debbono) tratte dalla ponderazione di circa due mila volumi, fra i quali cento Autori dei più classici annovero, e che per la difficoltà delle astruse scienze ivi racchiuse ben pochi anche fra i più colti a leggere si appigliano, ho raccolto in questi XXXVI. libri* (a), *ove altresì aggiunte vi troverete assai cose, le quali o gli antichi non seppero, o coll'andare del tempo si discoprirono. Tuttavia non dubito, che di molte notizie saranno a me pure sfuggite, mentre confesso esser uomo, e da varj officj distratto; onde perchè dubitare non poteste, che man-*

ANNOTAZIONI.

(a) *Don Giuseppe Quer confonde i cento Autori, dei quali servissi Plinio ne' XXXVI. Volumi della sua Storia col numero dei libri* (*): De los Autores mas exquisitos hay incluidos ciento y treinta y seis volumenes: *quello che di più aggiugne non ben s'accorda col testo di Plinio.*

[*] *Flora Española.*

ANNOTATIONES.

ab iis poenas repetisset (a). Nescio cur haec paullulum invertat, & breviet Nicolaus Heinsius, apud quem lego (b): „ Plinius praefatione magni operis *majus meritum esset, Populo Romano hoc praestitisse, non sibi.* „

(14) *Curâ*. Haec summa ex rebus omnibus scitu dignioribus, quae in naturali historiâ occurrunt, emergere debet, illamque ipsemet auctor confecerat. Sed pleraque exemplaria modò observationum numerum adaugent, modò imminuunt.

(15) *Piso*. Pisonem a Plinio laudatum esse celeberrimum Annalium scriptorem asserit Benedictus Jovius. Verùm fallitur, cum ex diversâ omnino gente fuerit L. Calpurnius Piso Frugi, cujus viri consularis auctoritatem saepius in naturali historiâ adducit Plinius. Consule Dionysium Halicarnassaeum, Gellium, aliosque. Habes Harduinum in auctorum indice, ubi tamen aliqua de hoc etiam Domitio Pisone erant proferenda (c). Caeterum noster nobilissimam refert sententiam ex poenitissimâ doctrinâ, quam auctores legentibus referant. In hanc speciem sororis filius de T. Aristone, aetate suâ Jurisconsultorum principe (d): *Nihil est quod discere velis, quod ille docere non possit. Mihi certè quoties aliquid abditum quaero, ille thesaurus est*: Iis sanè adjumentis instructa avunculi Plinii naturalis historia, thesaurus non liber evasit Joh. Alberti Fabricii testimonio (e).

(16) *Centum*. Celebriores tantùm auctores hoc loco designat: exempli causâ Berosum, Zoroastrem, Democritum, Epicurum, Archimedem, Aristotelem, Timaeum &c. Nescio quam in *Auctoris* voce difficultatem habuerit Harduinus, ut illam pro *Scriptore* reciperet. Neque enim in praefatione tantùm, sed ubique apud Plinium occurrit, & hoc sensu a Cicerone, aliisque usurpari satis constat.

(17) *XXXVI. voluminibus*. Ita uterque Ambrosianus, Jovianus, Vgoletinus, Londinensis, & veteres editiones. Nonnulli minùs rectè XXXVII. (f) cum Plinius XXXVI. innuat, ex eo, quòd primus caeterorum epitoma sit, Harduinus: *Quem nunc primum historiae Plinianae librum vocamus, hic non numeratur: quod sit operis index.*

(18) *Vita*. Habemus libro VIII. (g): *Plurima alia in his quoque vita invenit.*

(19) *Multa*. Vterque codex Ambrosianus, Londinensis, veteres, & recentiores editiones. Pauci quidam, ut Jovius, & Vgoletus habent *plura*.

(20) *Sumus*. Seneca Philosophus: *Nos homunciones sumus* (h).

(21) *Officiis*. Quaenam fuerint haec officia aliquibus conjecturis persequimur suo loco; certè definire non valemus.

(a) *De bello Gallico lib. I.* (b) *Adversar. lib. IV. pag.* 528. (c) *Tom. I. Plinii pag.* 65. [d] *Lib. I.* 12.
(e) *Bib. Latin. Tom. I.* 13. (f) *Vide variantes Dalecampii.* (g) *Lib. VIII.* 40. [h] *Epist. CXVI.*

que [1] temporibus [2] iſta curamus, ne quis veſtrûm putet his ceſſatum horis [3]. Dies vobis impendimus, cum ſomno valetudinem [4] computamus, vel hoc ſolo praemio contenti, quòd dum iſta, ut ait M. Varro, muſitamus: [5] pluribus horis vivimus. Profectò enim vita vigilia eſt. Quibus de cauſſis atque difficultatibus nihil auſo promittere: hoc ipſum Tu praeſtas, quod ad Te ſcribimus. Haec fiducia operis eſt, haec indicatura [6]. Multa valde precioſa inde videntur, quia ſunt Templis dicata. Nos quidem, [7] Omnes, Patrem, Te, Fratremque diximus opere juſto Temporum noſtrorum hiſtoriam orſi a fine Aufidii Baſſi [8]. Vbi ſit ea quaeres? jam pridem peracta [9] ſancitur [10]; & alioquin ſtatu-

ANNOTATIONES.

(1) *Subſecivisque*. Vocem ex codicibus Ambroſianis, Eſcorialenſi antiquiore, aliiſque reſtituimus; iiſque ſuffragantur Plinii junioris epiſtolae in Medicaeo, & Riccardiano exemplaribus conſulendae (*a*). In nonnullis ex his codicibus legitur *ſubſicivis*, uti etiam in Aldino (*b*); vel ex facili literae *e* in *i* mutatione, vel quòd utrâque methodo *ſubſecivum*, & *ſubſicivum* Grammatici recipiant. Cicero in M. Antonium Philippicâ II. omne genus monimentorum ſuorum perfeciſſe *operis ſubſecivis* teſtatur. In agris metiundis *ſubſeciva* illa dicebantur, quae aſſignari non poterant (*c*). Primus, quòd ſciam, Alexander Benedictus genuinae acceſſit ſcripturae, qui edidit *ſubſicivisque temporibus iſta curamus* (*d*).
Turnebus ex libris veteribus planè, & dilucidè profert *ſubciſivisque*. Convenit Harduinus, qui Regia exemplaria, & Colbertin. II. in lectionis teſtimonium congeſſit. Addamus pleraque a nobis inſpecta, & Londinenſe a Durando illuſtratum. Ita ſcribendum innuunt Paullus Jovius (*e*), Cornelius Beughemius (*f*), & Franciſcus Floridus, qui optimo opuſculo *Lectionum ſubciſivarum* titulum fecit; quibus adde Philippi Camerarii *Horarum ſubciſivarum* meditationes hiſtoricas. Verùm cum iiſdem elementis confletur *ſubſicivis*, & *ſubciſivis*, facilis evadit inverſio, ut manifeſtè conſtat in nonnullis Dalecampii editionibus, in quibus Turnebum *ſubſicivisque* recipere ſtatuitur (*g*), & ex ipſo Harduino, qui faventem ſibi aſſerit Gruterum, cum apud illum in celebri Falerienſium tabulâ occurrat. QVID CONSTITVERIM DE SVBSICIVIS &c. Obvius igitur apparet oculorum, & amanuenſium error, cum apud ipſum Ciceronem Metovillaeo interprete legamus *ſubceſſiva opera*, cum ſcribendum erat *ſubſeciva* (*h*). Avunculum igitur imitatur ſororis filius laudatâ epiſtolâ, uti Gellius, qui ad *ſubſiciva*, & *ſecundaria tempora* provocavit in operis prooemio; & ubi Phavorinum loquentem inducit: *Non uſque eo tamen*, ait (*i*), *infrequens ſum vocum latinarum, quas ſubſicivo, & tumultuario ſtudio colo*.
Alii legunt *ſubceſivis*, unde Biſciola ſuis voluminibus *Horarum ſubceſivarum* lemma appoſuit. Petrus Pithoeus *Adverſariorum ſubceſivorum*. Franciſcus Maria Negriſolius *de Onocrotalo exercitatio ſubceſiva*. Felix Oſius *paucis omnino dievus, ne horis ſubceſivis dicam* (*k*).
Succiſivis recipit hoc loco apud Plinium Caeſarius (*l*), Poſtellus (*m*), Andreas Morguaeſius (*n*), & Leodegarius a Quercu. Succiſivum tempus requieti juſtae ſubducere de ſe affirmavit Budaeus Plinianae lectionis ſtudioſiſſimus (*o*). *Succeſſivis* nonnulli legere maluerunt: iis annumero Nicolaum Antonium (*p*) Popeblountium ex Hoffmanio (*q*), & fortaſſe Machaneum, apud quem *tumultuarie*, & *ſucceſſive* (*r*), & Monſoconium, qui *horis*, ait (*s*), *ſucceſſivis, dum Florentiae agerem*. Ab iis omnibus recedendum Andreae etiam Schotti auctoritate, qui doctus Plinii interpres, cum de altero naturalis hiſtoriae reſtitutore Pintiano loqueretur: *horis*, inquit (*t*), *ſubſecivis animum quoque ad ſcribenda applicavit*. Menon Nicolaus Carſtenſius (*Carſtens*) huic adhaerens ſcripturae *Meditationum ſubſecivarum* opus Lubecae editum nuncupavit.

(2) *Temporibus*. Subſecivorum temporum nomine haud modicam temporis partem ſtudiis impendiſſe innuit Plinius, ut opportunè monet Defendens Laudius (*v*), quod utique recipio; neſcio tamen, an & ipſe legat hoc loco *ſubſecivisque temporibus iſta curamus*, ideſt *nocturnis*, ut Harduinus poſt Dalecampium, & pleroſque. Fateor hujuſmodi a penè omnibus typographis ingeri, atque in Londinenſi, Joviano, multiſque aliis codicibus inveniri. Deſiderantur tamen in Ambroſianis, caeteriſque vetuſtioribus, unde omni jure ab Alexandro Benedicto praetermittuntur: hinc illud, *ideſt nocturnis*, interpolatoris explanationem judicarem, quae in operis corpore ſubinde fuerit invecta. Neque enim verborum nexus ſatis cohaeret, potiùs enim legendum eſſet *ſubſecivisque temporibus*, *ideſt nocturnis iſta curamus*. Quamvis neque hanc Tito explicationem Plinium dediſſe congruit, qui illum ſtudiis ubique deditum noverat, neque ignorare poterat, quòd ante lucem ad Veſpaſianum parentem conſulendum pergebat. (*x*)

(3) *Ceſſatum horis*. Ita noſtri codices, Turnebus, Harduinus, Durandus. Ritè primus explicavit: ne quis veſtrûm putet me his horis, quibus naturalis hiſtoriae libellos ſcripſi, ceſſiſſe, & officio meo defuiſſe. Nec illam Harduinus improbavit, quamvis his ceſſatum horis, ideſt nocturnis recipiat. Jovianus codex habet *ne quid noſtris putes ceſſatum horis*, Dalecampius *ne quid veſtris puteтis ceſſatum horis*, & alia variantia profert: ſententia paullulum immutatis vocibus, adhuc per Turnebum expoſitis conveniret.

(4) *Valetudinem*. Ambroſiani, & meliores codices habent *valitudinem*; iis acceſſit Alexander Benedictus, neque rejiciendum videtur; a *valeo* enim *valitum*, & *valitudo* deducitur. Ex communiori tamen, & ab iis receptâ ſcripturâ *valetudinem* retinemus. Senſus erit, minimùm dormio, cum ſtudia horarum partem quieti dandam ſibi vindicent; ideoque ſomnus, & valetudo unicam temporis ſummam conficiant: hanc ſovent explicationem quae ſequuntur *pluribus horis vivimus*.

(5) *Muſitamus*. Ex utroque Ambroſiano, codicibus Jovii, Vgoleti, & veteri lectione (*y*). Benedictus Jovius: *Muſitamus*, ait, *frequentativum a muſando, quod murmurare ſignificat, metaphoricè verò a Varrone pro ſummiſsâ voce legere, uti ſtudioſi facere ſolent, cum ſoli literarum monumenta percurrunt*. Alii duplici *ss* habent *muſſitamus* (*z*); videoque *muſſo*, & *muſſito* (Italis *parlar ſotto voce*) a Grammaticis reddi. Incertus in panegyrico ad Conſtantinum: *non ſolùm tacitè muſſitantibus* (*aa*) Pacatus ad Theodoſium: *nec cunctari quidem, aut muſſitari potuit*. Vt verum fatear congruam non video rationem, ut doctis noctu ſtudentibus hujuſmodi conveniant; neque enim tunc vocis, licet ſummiſſae, praeſidio indigent, cum taciti, ſolique literis incumbunt.

(a) *Vide editionem Cort. & Longol. lib. III. 15. pag.* 218 (b) *Cit. lib. III. 15. pag. 86. edit. an.* 1518.
(c) *Vide Aggen. de limitib. agror. & Gruter. pag. MLXXXI.* 2. (d) *Venet.* 1507. (e) *In vitâ Nic. Leoniceni MSSt.*
(f) *Incunab. Typograph. pag.* 101. (g) 1615. *num.* 42. (h) *Vide Tom. III. pag.* 674 (i) *Lib. XIII. 24. pag.* 361.
(k) *In Praefat. ad Morenas.* (l) *In Plin. edit. an.* 1524. (m) *De Repub. Athen. col* 1332. (n) *In edit. Plin.* 1561.
(o) *In praefat. ad Julium II. ante verſion. Plutarchi.* (p) *Biblioth. Hiſp. Tom. I. pag.* 444. (q) *Cenſur. pag.* 118.
(r) *In enarrat. Viror. Illuſtr.* (s) *Bibl. MSSt. Tom. I. pag.* 413. (t) *In vitâ Freden. Pintian.* (v) *Prooem. ad Hiſt. Laudenſ.*
(x) *Vide Plin. Caecil. lib. III.* 5. (y) *Venet.* 1496. *Brix.* 1495. (z) *Venet.* 1499. 1507. 1519. (aa) *Vide collection. Pataroli*.

mancassi a' miei doveri, valuto mi sono di ritagli di tempo per compilare quest' opera. Il giorno in vostro servigio s' impiega, e sottraggo alle stanche membra parte del notturno riposo, più che soddisfatto rimanendo di tal mercede; mentre, giusta il sentimento di Marco Varrone, in qualunque benchè leggiera cosa occupandosi più tempo si vive; ed in fatti che altro è mai il vivere, se non vigilare. Quindi è, che le addotte ragioni, e difficoltà esaminando di nulla più mi so rispondìtore, mentre in Voi ho stabilita ogni mia fiducia, e posciachè per Voi io scrissi, Voi stesso accennerete il valore, e la stima, che deve farsi dell' opera. Molti doni, perchè alli Dei consegrati, si giudicano di grande prezzo. Le gloriose gesta della vostra Famiglia (1)*, del Padre, di Voi, del Germano in compiuti libri di già narrai, allorchè scrissi de' nostri tempi la storia, da quell' epoca incominciando, che fu d' Aufidio Basso la meta. Mi direte, ove sono i succennati volumi? Questi già da qualche tempo finiti religiosamente si riserbano* (2)*; e sebbene fossi prima di sentimento, per evitare*

ANNOTAZIONI.

(1) *Il Landino volgarizzò:* Noi tutti habbiamo detto te padre & fratello. *Il Domenichi:* Et veramente Noi tutti habbiamo scritto di Te, di tuo padre, & di tuo fratello. *La parola* Omnes *deve addattarsi alla famiglia de' Flavj, e non già a Plinio. E che significa* noi tutti?

(2) *Il Landino portando in Italiano il passaggio accennato disse:* già gran tempo finita si conferma. *Meglio il Domenichi:* Egli è già un pezzo, che è finita, & riposa.

ANNOTATIONES.

Harduinus legit *musinamur*; subscribit Durandus, cum modicâ differentiâ in Londinensi appareat *mussinamur*. Vocis originem a Musis deduxit Turnebus, ut *musinamur* interpretetur, *commentamur lentè, ociosè scribimus*. Novi in hanc sententiam doctissimum Facciolatum deflexisse (*a*), nec immeritò, cum ita scriptum judicet. Harduinus tamen unicum Colbertinum II. exemplar in scripturae suae fulcrum adducit; atque in Chiffletii codice apparet *muginamur*, quod Ciceronis sententiae respondet (*b*). Vocem ex Ciceronis loco in Plinio restituendam, vel ex Plinio in Cicerone immutandam censet Dalecampius. Ego suam Ciceroni relinquendam, & *musitamus* apud Plinium legendum conjicerem. Quare cum *muginor*, & *musinor* minùs ad Plinii locum quadrare videatur; neque vocis origo a Turnebo excogitata sensui conveniat: studeant eruditi, utrum *musitamus* meliori ratione sit recipiendum, cum Varronis sententia, unà cum libris ubi extabat, omnino desideretur; & illum *musitantus* scripsisse a *mus*, atque *itamus* composito vocabulo suspicer. Ita enim mures noctu vigilantes imitaremur. Hujusmodi non decernendi, sed indicandi gratiâ ingerimus, cum interim *musitamus* caeteris vocabulis rectiùs sustineatur.

(6) *Indicatura*. Ex Ambrosiano Guarini Veronensis codice, antiquis editionibus, & Alexandro Benedicto. Alterum Ambrosianum exemplar: *haec fiducia operis, haec est indicatura:* Harduinus opposita legit: *nec fiducia operis hoc est, sed indicatura.* „ Non certa, *inquit*, operis nostri fiducia nitimur, sed nuncupatione, & hac nominis tui inscriptione opus comemendatum, & pluris aestimatum iri intelligimus. „ Videtur Harduino Durandum accessisse, cum legat eodem sensu: *nec fiducia operis hoc est, sed indicatura*. Notaverat Raphael Regius exemplarium inconstantiam, unde altero duorum modorum legendum locum asseruit; vel *nec fiducia est operis, sed indicatura:* vel *haec fiducia est operis, haec indicatura*. Secundum magis Plinio quadrare intelligo, cum operis sui fiduciam, atque indicaturam, idest peculiarem aestimationem in eo ponat, quòd Tito summâ eruditione praedito illud inscripserit; alibi in medicorum fraudibus posuit *dolorum indicaturam* (*c*), nempe precium, taxationem; notandumque in antiquis exemplaribus ad operis elenchum scribi: *De aetate picturae, operum, & artificum indicaturâ* (*d*). Crusius, qui legit: *Haec fiducia operis est indicatura:* meram *balbutiem* hisce in vocibus agnoscens emendare intendebat. *Haec fiduciam operis spes est indicatura*: recipi etiam posse innuit: *Haec fiducia operis: haec est spes dicaturo*. Mirum semper evadet hominem doctum nullo membranarum praesidio instructum Plinio manus admovisse. Cui demum conveniat *Balbuties*, ignotum idoneis scriptoribus, ut opinor, vocabulum, judicent legentes.

(7) *Nos quidem, Omnes*. Ita ex nostris codicibus, non ut apud recentiores irrepsit typographos, qui vitiosâ divisione illud *omnes* ad Plinium referunt. In antiquis editionibus usque ad annum 1496. nullae incisi notae in Plinianis voluminibus apparent. Hinc Veneta Portesii habet *Nos qdē oēs patrē te: fratremque diximus*. Postea vulgare curarunt: *Nos qdem oēs: patrem te &c.* (*e*), & subinde: *Nos qdē oēs, patrem te fratremque diximus* (*f*). Unâ voce *Omnes* colligit Flaviae Gentis Principes, ac Sabinum, ut puto, Titi patruum, ejusque filios; hinc suam Regnanti domui sedem tribuit, ut primo loco Vespasianum parentem, secundo Titum imperii consortem, ultimo Domitianum natu minorem singulatim recenseat; unde ex his etiam verbis Tito naturalem historiam dicasse compertum habeam. Flaviorum Imperatorum expeditiones habes apud Suetonium, illasque in Pliniorum vitis nos quoque attigimus.

(8) *Aufidii Bassi*. De Historiis a fine Aufidii Bassi egimus libro V. Johannes Pacius a Castro suspicatur, quòd *Bassi* cognomen suppletum fuerit ex Plinii Caecilii epistolis, eo quia in Salmanticensi, & Rhenani codicibus desideretur. Verùm tempore quo utrumque exemplar descriptum, a plerisque sequentis Plinii opera ignorabantur, ut indicio esse potest in antiquioribus naturalis historiae membranis junioris de avunculo elogia non inveniri Addamus quòd allatis praeponendi codices Toletanus, uterque Ambrosianus, Escorialenses, Pertusatinus, Vaticani, *Aufidii Bassi* nomen atque cognomen recipiunt; neque ultimum a Plinio omissum scribendi, & appellandi ratio suadet.

(9) *Peracta*, id est absoluta, ad terminum deducta. Hocce vocabulo persaepe utitur Plinius. *Peracta Cerealium quoque in medendo natura est* (*g*).

(10) *Sancitur*. Nempe recondita in scriniis servatur, custoditur. Ita enim cum plerisque, Jovio, atque Hermolao interpretor: qui *dudum*, inquit, *perfecta est, sed inter arcana custoditur, sanciturque. Sanctum dicitur, ut ait Donatus, quod omni observatione inviolatum est. Sanctuaria quoque Plinius, sive sanctaria Mithridatis appellavit, quae alio loco arcana*. Nullo codicum praesidio Plinium torquet Harduinus, legitque *peracta sarcitur*, hoc est accuratius elimatur, castigatur. Credit ipse unius literulae varietate corrupto loco medicinam fecisse, dum pugnantia ingerit. Quis enim

dicet

[a] *In verbo* musinor. [b] *Lib. Epistol. XVI. ad Attic.* 12. [c] *Lib. XXIX.* 1.

[d] *Vide lib. I. Histor. Natur. in Elencho ad lib. XXXV.* 8. *anni* 1491. 1496. 1499. 1507. 1519.

[e] *Edit. Venet.* 1499. 1507. [f] *Edit. Venet.* 1519. [g] *Lib. XXIII. initio.*

tutum erat Haeredi mandare (1), ne quid ambitioni vita judicaretur. Perinde verò occupantibus locum faveo (2), & posteris (3), quos scio nobiscum decertaturos, sicuti nos fecimus cum prioribus. Argumentum hujus sthomaci mei habebis, quòd in his voluminibus auctorum nomina praetexui (4). Est enim benignum, ut arbitror, & plenum ingenui pudoris fateri, per quos profeceris: non ut plerique ex iis, quos attigi, fecerunt. Scito enim (5) conferentem me auctores deprehendisse a juratissimis (6), & proximis veteres transcriptos (7) ad verbum, neque nominatos (8): non illâ Virgilianâ virtute (9), ut certarent, non Ciceronianâ simplicitate (10), qui de Republicâ (11), Platonis se comitem (12) profitetur. In consolatione filiae *Crantorem* (13), inquit, *sequor*, *item Panaetium* (14) *de officiis*. Quae volumina ejus ediscenda, non modò in manibus coti-

ANNOTATIONES.

dicet historiam opere justo digestam, absolutam, quamque haeredi mandare destinaverat, postmodum tamquam apes ruentes ceras (*a*), & aranei scissas telas ad polituram sarsisse (*b*)? A veteri igitur lectione minimè recedendum, atque unicè violenta, atque impedita mihi videtur ab Harduino proposita, quamvis Crusio placuisse non ignorem.

(1) *Haeredi mandare*. Id Romani modestiae, vel aliâ de caussâ agere solebant. Martialis (*c*):

Plena laboratis habeas cum scrinia libris
Emittis quare Sosibiane nihil:
Edent Haeredes inquis &c.

(2) *Locum faveo*. Ex tantâ Titi humanitate se coactum innuit ad vertendam sententiam; ideoque reconditam Temporum suorum historiam publicare, unde occupantibus locum favebat, aditum nempe Criticis praebens, ut ejus scriptis adversarentur eâdem ratione, quâ posteros secum decertaturos praevidebat: Opposita omnino colligit Harduinus, legitque: „ *proinde occupantibus locum faveo: ego vero & posteris*. Verbum faveo explicat „ Neque iis invideo, qui „ ejusdem argumenti historiam edere ante me occupabunt. „ Conjicerem hujusmodi a sequentibus abhorrere *ego verò*. Dubitavi quandoque, an legendum esset *locum facio* dictione Plinio saepiuscule usurpatâ. Verùm cum in omnibus exemplaribus inveniam *faveo*, aliis verborum licia invertenda relinquam.

(3) *Et posteris*. Qui post mortem meam mihi refragabuntur, uti ego antiquioribus sum adversatus. Eâdem ratione Aristoteles Platoni, Carneades Zenoni, Sulpicius Cassio: inter Ecclesiasticos Patres Hieronymus Hilario, Augustinus Hieronymo (ut infinitos praeteream) plura objecerunt. Id duplici caussâ agunt recentiores, quarum unam invidiae, alteram veritatis filiam appellabimus. A primâ longè abfuerunt Hieronymus, atque Augustinus. Eorum exemplis igitur unicè insistant recentiores; atque inventionis laude antiquioribus manente, ab illis quandoque recedere vitium non erit, cum nihil eodem tempore simul inventum evaserit perfectumque. Noviter in lucem educta, atque a prioribus ignorata modestè proferentes Plinium imitantur, qui hacce de caussâ cum priscis auctoribus toties decertavit.

(4) *Praetexui*. Operi auctorum nomina praeposui. Quàm ineptè Harduinus in hâc praefatione incredibilem a reliquo opere dissimilitudinem (*d*), & frequentem sententiarum pugnam cum ipso operis corpore invenerit (*e*), ex nostrâ illustratione eruitur. Pulcher locus invenitur, ubi auctor postquam recensuit Reges, Duces, Virosque clarissimae familiae, qui de agriculturâ scripserunt, iis addit sapientes complures; *quos sequentes*, ait (*f*), *praetexuimus in hoc volumine non ingratè nominando M. Varronem*. Quanta non modo styli, sed verborum convenientia appareat, omnes vident. Quid autem citato libro XVIII. designat, cum se auctorum nomina, qui de agriculturâ scripserunt, praetexuisse asserit, nisi quia illa voluminibus, & signatim XVIII. nomina praefixit? Neque enim difficultatem effugiet Harduinus, ut inoculata eodem libro XVIII. nomina, praetexta dicat, cum non hâc ratione *praetextum* in naturali historiâ intelligendum veniat, sed legitimâ significatione ante textum, tanquam primoribus filis operis texturam praefiguraverit; & eodem ipsissimo libro brevitatis gratiâ *non auctoribus positis* (*id enim verbosum est*) *sed regionibus* commemoratis, Solis, Lunaeque orbes digesserit (*g*).

(5) *Scito enim*. Particulam *enim* non agnoscit Vallicellianus codex, a quo non multùm abest Salmasius. Alii *scito enim*, quod edita sequuntur exemplaria.

(6) *A juratissimis*. Laudatus Vallicellianus *adjuratissimis*, quod potiùs quàm ex Rhenani conjecturâ *a furacissimis* admittendum censerem; & tunc latinissimum quia Plinianum, quamvis ab aliis ignoratum, pronunciandum esset. Consule hoc loco Harduinum, & Plinium, qui Julium Graecinum notat, quia Cornelium Celsum transcripsit (*h*).

(7) *Transcriptos*. Harduinus gaudet ubique apud Plinium *ss* geminare *transscriptos*.

(8) *Neque nominatos*. In hujus generis plagiarios invectus est Vitruvius (*i*): pessimo adhuc jure principatum obtinebunt, qui suppresso genuini auctoris nomine sibi alienos labores adscripserunt, uti de Barbosâ celebri Jurisconsulto notavit Erythraeus (*k*); deque infinitis Morhofius, quorum fraudes indigitavit in opere de Plagio literario, itemque Almeloveenius in Syllabo Plagiariorum.

(9) *Virtute*. Virgilius multa e Graecis praesertim mutuatus est, quae singulari opere collegit Fulvius Ursinus; & insigni commentario illustravit Germanus Valens Guellius. Morhofius ad rem nostram haec referens (*l*): *Virgilius*, ait, *in Eglogis Theocritum imitatus est, in Georgicis Hesiodum, in libris Aeneidos Homerum, imò ipsos Latinos, qui ante se scripserunt, Ennium, Lucretium, Catullum, quos omnes tamen ita imitatus est, ut --- superaret*. Hunc Plinii locum aemulabar, cum ADAMATVM PARENTEM TVVM alloquens *Virgilianâ ipse virtute metatum pulcherrimam diversa tramite attingendam curarem* (*m*). Quintilianus eleganter juncturam praebuit, ubi legimus: *diversis virtutibus consecutus est* (*n*).

(10) *Ciceronianâ simplicitate*. Codex Toletanus habet *Cicilianâ*, Loudinensis *Cecilianâ*: verùm haec amanuensium incuriâ excidisse patet.

(11) *De Republicâ*. Ex codicibus nostris, utroque Ambrosiano & Londinensi. Neque enim necesse est addere *in libris de Republicâ*, ut habent impressa exemplaria, cum haec satis volumina designent. *De Republicâ* eodem pacto profert, quo *in consolatione filiae*.

[a] *Vide Plin. lib. XI. 10. Hard. pag.* 595. [b] *Citat. lib.* 24. *pag.* 605. [c] *Lib. I.* [d] *Chronol. Veteris Testam. pag.* 572.
[e] *Notas ad Plin. praefat. Tom I. pag.* 1. *num.* 8 [f] *Lib. XVIII.* 3. [g] *Lib. XVIII.* 3. [h] *Lib. XIV.* 2. [i] *Prolegom. lib. VII.*
[k] *Pinacoth. num.* 80. [l] *Polyhistor. Tom. I. lib. II.* 16. *pag.* 532. [m] *In epistolâ ad Regem Christianiss. ante Musar. Epinicia.*
[n] *Institut. lib. X.*

la taccia di ſovverchia ambizione, laſciarne all' Erede l' incarico di pubblicarli dopo mia morte: tuttavia nell' eſporli adeſſo alla luce porgo occaſione di critica ai voglioſi di comparire, ed ai poſteri ancora, che ben preveggo ſi opporranno alle mie opinioni nella ſteſſa foggia, che io ho impugnate quelle de' predeceſſori. Vna pruova però darovvi della mia condotta coll' aver premeſſo i nomi degli Autori, de' quali ſervito mi ſono (1). *Egli è per verità effetto di corteſe ingenuo candore l' indicare per qual mezzo ci ſiamo di nuove cognizioni arricchiti. Con tutto ciò oſſervo eſſere negletto tale ottimo coſtume dalla maggior parte degli ſcrittori, che ho conſultati, mentre uopo è che ſappiate, come nel collazionarne di molti le opere, ho riſcontrato copiarſi da famoſiſſimi uomini di parola in parola autori poco lontani dalla loro età, ſenza neppur averli nominati; ed oh quanto in ciò ſi diſcoſtarono dal virtuoſo cammino di Virgilio, e dallo ſchietto operare di Cicerone, il quale trattando della Repubblica nominaſi compagno di Platone; ed ove conſola ſua figlia:* Sieguo, *dice*, Crantore, ed ancora Panezio negli Vfficj (2). *Queſti volumi, come ben vi è noto, non ſolo degni ſono, che ſempre con noi ſi portino* (3), *ma che a memoria eſattamente ſi apparino.*

ANNOTAZIONI.

(1) *Giuſeppe Quer, di cui abbiamo ſpeſſe volte favellato, volle ancora rivocare in dubbio il bel coſtume di Plinio, che ſi proteſta nominare gli autori, che a lui ſomminiſtravano le notizie inſerite nella Storia naturale.* La candidèz de Plinio, *dice queſto dotto Erbajuolo* (*a*), que tanto pondèra Salmaſio, queda dudoſa, por lo qne parece copiò de Antonio Muſa, pues como dice Gabriel Humelbergio (*b*), lo que eſcribìo de la *Betonica*, ſi ſe coteja, ſe verà que Plinio la tomò de Antonio Muſa: no obſtante que Plinio en la nomenclatura de los libros Medicos, en los diverſos Indices de ellos, no hace mencion alguna de èl, paſſandole en ſilencio? Que es de admirar que ſea reparable en Plinio el ſilencio de Dioſcorides? *Poteva ſapere il Quer, che il libro più volte ſtampato ſotto il nome di Antonio Muſa, ſebbene a lui da molti attribuito, viene dai migliori critici conoſciuto per opera di Lucio Apulejo* (c)*: Lo ſteſſo Hardovin, che ſul principio lo credette parto di Antonio Muſa* (d), *nel riteſſere l' indice degli Autori inclina a dichiararlo opera di Apulejo* (e). *Con ciò vana ſi rende l' accuſa dell' Humelberg. Ed in fatti un argomento di non aſcriverlo ad Antonio Muſa ſi è appunto, perchè di ciò Plinio non parla. E con qual ragione doveva ommetterlo, poichè tante volte ſi fa gloria di celebrare la ſcienza di un medico dottiſſimo, ed a lui noto? Aggiungaſi di più, che Antonio Muſa non avrebbe ſcritto il volume in idioma latino, ma in greco, eſſendo tale la ſua natia favella. Da Plinio dunque copiò Apulejo quanto raccolſe della Bettonica, e fu in ciò plagiario, come ingiuſto in tanti luoghi, ove traſſe le notizie dalla Storia naturale, ſenza mai ricordarſi del nome di Plinio. L' altra accuſa, che riſguarda Dioſcoride, verrà da noi baſtantemente trattata nell' articolo di Niccolò Marogna.*

(2) *Nella politiſſima traduzione dei tre volumi degli Vfficj di Cicerone arricchita di opportuni commentarj dal Marcheſe Andrea Luigi de Silva leggiamo* (*f*): Tutti dunque edificarono sù quei primi fondamenti gettati da Panezio. Ognun sà, che queſto autore è ſtato uno dei principali Filoſofi della Setta Stoica; ma che non deferiva ciecamente alle deciſioni dei Fondatori del Portico, non aſcoltava altra voce che quella della ragione, e non aveva altro oggetto, che il pubblico bene.

(3) *Dice Plinio degli accennati volumi* non ſolamente degni, che ſempre ſi abbino nelle mani &c: *ſeguendo l' indole della noſtra lingua ſembrami che queſta fraſe debbaſi modificare nella maniera da noi eſpreſſa, equivalente non alle parole, ma al ſentimento dell' Autore.*

(a) *Tom. I. pag.* 89. (b) *Nella prefazione al libro di Antonio Muſa.* (c) *Vedi Eloy Tom. I. pag.* 64. (d) *Al lib. XIX. 8. di Plinio pag.* 175. (e) *Vedi Tom. I. nell' Indice degli Autori.* (f) *Libro I. pag.* 14.

ANNOTATIONES.

(12) *Se comitem.* Ingenuum Ciceronis animum oſtendit, qui ſe Platonis ſocium vocavit, eo quia Graecus ille celeberrimus auctor notos de Republicâ libros vulgavit, ubi tamen (ut verum fatear) multa rationi minùs conſona inveniuntur. Erratorum maximum circa mulierum communionem verſatur; unde opportunè Benedictus Jovius adnotavit (*a*)*: Plato medicus animorum, ut omni diſſenſioni aditum perſtrueret, meum, & tuum de medio tollens civitatem illam inſtituit ex omnium communitate, quam nulli tot ſeculis illius exceſſu praeter apes admittere voluerunt.*

(13) *Crantorem.* A Plinio totius antiquitatis conſcio Cicero adducitur, eo quia ex Crantore Graeco Philoſopho multa deſumpſerat, cujuſve libellum *de Luctu* mirè laudaverat, quâ de re conſule Thomam Aldobrandinum (*b*). Plinius ad illa Ciceronis verba procul dubio reſpexit, quae in Academicis occurrunt quaeſtionibus (*c*). *Legimus omnes Crantoris veteris Academici de Luctu. Eſt enim non magnus verùm aureolus, & ut Tuberoni Panaetius praecipit ad verbum ediſcendus libellus.* Acutè conjicit Harduinus Crantoris librum περὶ πένθους, ſive *de Luctu minuendo* titulum geſſiſſe. An verò Plinius dixerit *conſolationem filiae*, pro conſolatione de filiae obitu, ut Harduinus dubitat, nequaquam affirmarem. Filiam Tulliam de alicuius gentilis ſui morte dolentem conſolabatur Cicero memorato opuſculo, quod deperditis recenſebimus. Non ignoro Tulliae mortem; & Crantoris Plutarchum meminiſſe in Conſolat. ad Apollonium, illiuſque uti ſententiâ, cum in filiorum deceſſu Hippoclem ſolaretur (*d*). Crantor fuit patriâ Solenſis, tantique Philoſophi vitam habes apud Diogenem Laërtium (*e*). Floruit ultimis Ptolemaei Lagi temporibus; hoc ſiquidem regnante Polemonem audiebat (*f*). Crantor ut a Graecis, ita a Latinis celebratur, quod Horatii enarratores adnotarunt epiſtolarum libro I. --- *& meliùs Chryſippo, & Crantore dicit.*

A Ficino primus Platonis interpres appellatur (*g*); & hunc Plinii locum ob oculos habuit Didacus Lopeſius in Juvenalis Satyrâ II. (*h*).

(14) *Panaetium.* Libros Panaetii de Officiis imitatione ſuâ Ciceronem longè ſuperaſſe innuit Gellius (*i*)*: legebatur Panaetii philoſophi liber de Officiis, ſecundus ex tribus illis incultis, quos M. Tullius magno cum ſtudio, maximoque opere aemu-*

[a] *De Humanâ ſocietat. lib. I. MSSt.* [b] *Apud Diogen. Laërt. pag.* 52. [c] *Lib. IV.* [d] *Vide fol.* 231. *&* 233. *ex verſione Stephani Nigri.* [e] *Lib. IV.* [f] *Vide Natal. Alexandr. Tom. II. fol.* 288. [g] *In Platone folio* 1026. [h] *Pag.* 41.
[i] *Lib. XIII.* 27.

cotidie [1] habenda nosti. Obnoxii profectò animi, & infelicis ingenii est, deprehendi in furto [2] malle, quàm mutuum reddere, cum praesertim sors fiat ex usurâ [3]. Inscriptionis [4] apud Graecos mira felicitas [5]: Κηρίον (6) inscripsere, quod volebant intelligi Favum: alii Κέρας Ἀμαλθείας (7), quod Copiae cornu, ut vel lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum Ἴα (8), Μοῦσαι (9), Πανδέκται (10) Ἐγχειρίδιον (11), Λειμὼν (12), Πινακίδιον (13), inscriptiones, propter quas vadimonium deseri

ANNOTATIONES.

aemulatus est. Verùm nisi exscriptoris diligentia hoc loco apud Gellium desideretur; infirmum illius judicium ex Horatio statuunt eruditi, qui ad Iccium militiae operam daturum hujusmodi scribit (*a*):

Quare coemptos VNDIQVE NOBILES
Libros Panaeti, Socraticam & domum
Mutare Loricis Iberis
Pollicitus meliora tendis?

Quamvis igitur officiorum definitionem a Panaetio neglectam asserat Cicero (*b*): illius tamen libros summo habuit in precio, cujus cum laude saepe meminit Seneca Philosophus, & praesertim, ubi de Amore quaerenti responsum dedit (*c*). Consule Vellejum Paterculum, Plutarchum, & Artopoei Tabulas Chronicas. Scipioni demum Africano sequenti (cujus auspiciis non minùs politiores quàm bellicae artes creverunt) id etiam aetas sua debuit, ut Panaetium Stoicum maximi ingenii virum, unà cum docto Polybio domi, militiaeque comites haberet. Horum igitur judicio satis Panaetii περὶ τοῦ καθήκοντος volumina quamvis deperdita a Gellii conviciis tutabuntur.

(1) *Cotidie*. Edita exemplaria, & plerique scribunt *quotidie*. Verùm antiquiores codices habent *cotidie*. Ita discertè Londinensis. Ambrosianus Petri Ticinensis *et* geminato *cottidie*. Hinc Plinium *cotidie* scripsisse colligimus, cum ita etiam a veteribus prolatum contra Johannem Tortellium doceat Laurentius Abstemius (*d*), cuique suffragatur Johannes Casa (*e*). Videntur a Plinio Caecilio avunculi dicta imitari, ubi de Verginii Romani comoediâ ad Caninium scribit (*f*): *In summâ extorquebo ei librum, legendumque, imò ediscendum mittam tibi. Neque enim dubito futurum, ut non deponas, si semel sumpseris*. M. Seneca: *Cassij Severi*, ait (*g*), *hominis Labieno junctissimi bellè dicta res ferebatur. Illo tempore quo libri Labieni ex S. C. urebantur, nunc me, inquit, vivum uri oportet, qui illos edidici*.

(2) *In furto*. Noster de muribus loquens (*h*): *semperque furtum id deprehendi*.

(3) *Ex usurâ*. Intelligit, quòd mutuum auctoribus reddendo notiones, quae inde desumuntur in laudem, & honorem mutuantium cedant. Contra verò ubi Plagiarii sibi alienos labores adscribunt.

(4) *Inscriptionis*. In editionis suae orâ legi *inscriptionum* adnotavit Dalecampius: quâ auctoritate, reticet. Ex hoc praecipuè indicio conjicerem pluralem numerum a Salmasio, & Durando adoptari.

(5) *Felicitas*. Crusius mallet *mira fecunditas*, aut *mirae deliciae*: fortassis lectoribus similia *merae* videbuntur *nugae*; doleoque nullam ex tot animadversionibus satisfacere; neque mirùm, cum ex suo tantùm ingenio, non ex membranaceâ supellectili Plinium castiget.

(6) Κηρίον. Gemina Ambrosiana, Londinense, Vgoleti, & Jovii exemplaria *cerion*, & reliqua vocabula Romanis characteribus exhibent. Hujusmodi ex sequentibus, & praesertim ex voce *Musae* tueri possent: in naturalis historiae corpore *cerion* quoque latinis elementis scriptum invenimus (*i*): *Sanat ulcera concreta in modum favi, quem cerion appellant*. Allata tamen in Plinii praefatione ex amanuensium inscitiâ, qui graeca elementa ignorabant, accidisse compertum habemus, cum in aliquibus membranis vero reddantur eloquio; & in principe naturalis historiae editione modò latiis elementis cusa appareant, modò interpositis lacunis calamo supplenda typographus reliquerit. Hinc vetustiorum exemplarium praesidio accuratiores librarii, Hermolaus, Gelenius, Paul. Manutius, Salmasius, Harduinus, Durandus omnia nativis elementis interpretabantur. In verborum orthographiâ Salmasio adhaesimus. Cum enim iis in vocibus librorum titulus exponatur, non abs re primum elementum majusculâ formâ exhibetur. Graecis κηρίον, idem quod Latinis *favus* a κηρὸς *cera* destuctum. Bartholomaeus Castellus: κηρίον, inquit, *favus propriè significat opus illud apum artificiosissimum cellulis angulos succo melleo repletis distinctum* (*k*). Graecus igitur auctor, cum selecta e purioribus disciplinis se tradere gloriaretur ad apes provocavit, quę favum ex omnigenis floribus conficiunt. Hinc eleganter Lucretius:

Florigeris ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

(7) Κέρας Ἀμαλθείας. Κέρας *Cornu*, Ἀμαλθείας *Copiae* declinandi casu. ἀμαλθεύω *ditare*, *nutrire* sonat. Graecum etymon deducitur ab ἅμα *unà*, & ἄλθω *augeo*, ex celebri Caprâ, quod ea una nutriit Jovem. Sed in hâc fabulâ, ut in plerisque, millenas invenies opiniones. Alii enim Amaltheam Nympham faciunt Jovis nutricem, alii Capram, cujus industriâ, & lacte Jupiter adoleverit. Nonnulli verò celebratum adeò cornu non caprinum, sed taurinum affirmant. In hoc demum omnes sibi convenire videntur, quòd cornui a Jove in grati animi testimonium indita fuerit potestas, ut quidquid optari posset, inde emanaret. Consule Diodorum Siculum (*l*), Strabonem (*m*), Ovidium (*n*), Lactantium (*o*), Natalem Comitem (*p*), Hieronymum Aleandrum (*q*), Proustium apud Gellium (*r*). Haec fabula inter omnes antiquissima. E Graeciâ in Italiam, atque antea ab Asiâ in Graeciam migrasse conjicio: receptâ siquidem Graecorum, & septuaginta interpretum lectione, cornu Amaltheae nomine tertia Jobi filia appellabatur. Cur verò illi fabulosam appellationem indiderit pater: post Nicetam, aliosque explicare nititur Johannes Pineda, ubi pleraque ad hanc quaestionem attingit (*s*). Allegoriam inter multos eleganter persequitur Henricus Farnesius: *Nec cornu*, ait (*t*), *Amaltheae cornu erat Bovis, ut pingitur; sed jus & ratio, in qua sita est rerum omnium utilitas, & copia, cujus cognitionem si possideas, imperii artem possideas*. Plinius hoc loco ad Phocionis peripatetici librum alludit, qui ex Platonis, & Xenocratis discipulo orator evasit, claruitque Demosthenis temporibus: Gellium audiamus (*v*): *Phocion ex peripateticâ disciplinâ haud sanè ignobilis vir fuit. Is librum multae, variaeque historiae refertum composuit, eumque inscripsit* κέρας ἀμαλθείας. *Ea vox id fermè valet, tanquam si dicas Cornucopiae*. Qui libros suos *Amalthaeum*, *Amaltheam*, *Cornucopiam &c.* inscripserunt, Phocionem imitati sunt. Phocionem dico, non Socionem, ut perperam post alios apud Gellium Proustius. Verùm ab Henrico Stephano in errorem adductus, qui primus Phocionis vice Socionem reposuit. Antiquam lectionem ex optimis exemplaribus, atque ex Aristophanis scholiaste restituit Harduinus (*x*). Est & Θησαυρὸς κέρας Ἀμαλθείας, καὶ κῆποι Ἀδώνιδος Varini Phavorini, cui Politianus, & Carolus Antenoreus insudarunt, non unâ vice ex Aldi officinâ impressus; ex hoc titulo Phavorinum Phocionis inscriptioni adhaesisse apparet.

(a) *Lib. I. Od. 29.* (b) *Offic. lib. I. sub initio.* (c) *Epist. CXVI.* (d) *Annotat. variar. pag.* 887. (e) *In vitâ Cardin. Contareni.* (f) *Lib. VI.* 21. (g) *Controv. lib. V.* (h) *Lib. VIII. in calce.* (i) *Lib. XX.* 2. (k) *Amalth. Onomastic.* (l) *Lib. IV.* 5. (m) *Lib. V.* 2. (n) *Fastor.* 5. *Metamorph. IX.* (o) *Vide edit. Paris.* 1748. (p) *Mytholog. VII. 2. pag.* 715. [q] *In explicat. Tabul. Heliae.* [r] *Lib. XIV.* 6. [s] *Tom. II. in Job. cap. 32. vers. 14. pag.* 964. [t] *Lib. I. fol.* 102. [v] *Lib. I. 8. pag.* 23. [x] *Tom. I. pag.* 7.

Effetto egli è di un' anima ingrata, e di un meschino talento il più tosto esporsi alla taccia di plagiario, che di pagare al creditore i dovuti interessi; tanto più che di questi un nuovo capitale si forma a pro di chi deve. Vna felice espressiva intitolazione diedero i Greci ai loro libri: Kirion *nominarono un' opera per denotare, che fosse un Fiale: altri* Keras Amalthaeas, *cioè Corno dell' abbondanza, quasicchè diffidare non si dovesse di rinvenirvi lo stesso latte di gallina* (1). *Piacque a taluni, le sue fatiche nominare:* Ia (2), Musae (3), Pandectae (4), Enchiridion (5), Laemon (6), Pinachidion (7), *titoli in verità, che pos-*

ANNOTAZIONI.

(1) *Questo proverbio nella nostra lingua è passato fra i triviali; mantiene però la stessa forza come presso gli antichi per esprimere una cosa difficilissima a ritrovarsi. Luigi Pulci nel Malmantile (a):*

Vi è l' aria buona azzurra oltremarina,
E non vi manca latte di gallina.

Si possono consultare in questo luogo le erudite note di Jacopo Dalechamps, e specialmente quelle del P. Hardovin.

(2) Ia *è parola greca, che significa* Viole.

(3) Musae. *Finsero i Poeti, che le Muse presedessero agli studj. Questa voce, e le seguenti mancano nella versione di Cristoforo Landino; ed in quella di Ludovico Domenichi sono tutte guaste, e confuse: egli di due parole ne formò una sola, e portò* Jamnos, *seguendo forse in ciò l' edizione di Paolo Manucci.*

(4) Pandectae. *Voce greca, e significa* continenti ogni cosa. *A nostri giorni con tal nome specialmente si chiamano le leggi fatte compilare da Giustiniano; ed è stato anche il vocabolo adottato dagli Italiani, onde a questo corpo dassi il titolo di* Pandette.

(5) Enchiridion *si chiama una cosa, che facilmente si porta in mano, e si dice tanto di un pugnale come di un libro. Denota in questo luogo un volume di picciola mole. Parmi, che in nostra favella potrebbesi chiamare* Mannale; *ed il celebre* Enchiridion *di Sant' Agostino recato in Italiano ha per titolo* Mannale. *Di tale voce parimente servissi il grande Giureconsulto, e Teologo Martino Azpilcueta detto il Navarro; e venne ritenuta dal Camilli nella versione Toscana.*

(6) Laemon *vuol dir Prato. Quell' autore dabbene, che a varj esempj Cristiani pose il titolo di* Prato fiorito, *stimò aggiugnere col nuovo epiteto forza, e leggiadrìa alla sua opera; ma in verità frammischiovvi di molte cose apocrife.*

(7) Pinachidion *denota un' opera fatta con varj colori, e si addatta anche ad un indice, o sia libro di memorie. Ha varie altre significazioni, che non fanno al nostro caso. Alcuni in questo luogo vorrebbero si leggesse* pinax, schedion, *e di un composto ne formano due voci; colla prima parola si enuncia una tavola, un libro da scrivere; e colla seconda un' opera estemporanea, non digerita. Si adducono nelle illustrazioni latine i motivi, per i quali sembra, che* Pinachidion *più si confaccia al senso Pliniano.*

[a] *Lib. 1. 64.*

ANNOTATIONES.

(8) Ἴα. Ob prodigiosam exemplarium inconstantiam Interpretum diligentia hoc loco fatigatur. Legitur enim *Jam* Μοῦσαι. Apud Gelenium *Jam ja Musae*, & reliqua subsequentia graecis elementis: *Jam jam Musae* (a): *Jam jam Mose* (b): *Jam jam* Μοῦσαι (c). In aliis *Jam Musae*, in nonnullis *Jam Mosae*. In codice Londinensi *Jam jam mos* jejuno sensu, uti apud Turnebum *Jam jam nos*. Alexander Benedictus edidit; *Jam* ια Κυμος; ut violis fabam adjungeret. Jam ἴαμνον Paullus Manutius, ut locum irriguum, & herbosum indigitaret. Apud neminem inter doctos Aristarchos invenio Ἴα, Μοῦσαι, quae tamen unica, & gennina lectio evadet. Poterat Harduinus ex Colbertini, aliorumque codicum vestigiis, ubi *Jam* ἴα Μοῦσαι scribitur, animadvertisse imperitos librarios ex graecarum, & latinarum vocum affinitate latinum *jam* contra auctoris mentem ingerere. Id satis ostendit tentatam in Musarum nomine latinam transmigrationem, cum *Jam Mosae* in multis codicibus irrepserit loco Ἴα, Μοῦσαι. Latinum igitur *jam* hoc loco redundat (ubi etiam omisso *cacophoniae* vitio *jam ja*, pejusque *jam jam ja*) certè Plinii stylo non respondet. Raphael Regius *jam jam mos* invenerat, illudque *mos* expungendum affirmabat. Sunt igitur ἴα plurali casu *violae*. Qui autem ex Graecis libros suos Ἴα inscripserint, ut Κηρίον, ignoro.

(9) Μοῦσαι. Antiqua exemplaria habent, ut notat Benedictus Jovius, latinis elementis *Mosae*: tali pacto Divae Sorores ab Joniis appellabantur. Hermolaus Barbarus: *potest*, ait, *&* Mosae *legi pro* Musae, *quod eo titulo, ut palam est, Herodotus suas historias ediderit*. Verùm hujusmodi ingeniosè magis quàm ad rem. Constat Plinium voces graecis characteribus expressisse. Indocti latini amanuenses cum graecam vocem per elementa *Mo* incipientem patrio eloquio inverterent, diphthongum ου primâ tantùm retentâ literâ corruperunt. Neque enim aliqua ratio suadet, quòd Plinius Graecorum vanitatem irridens, graecè omnes librorum titulos excepto *Musarum* opere referret; & sanè optimi codices per Salmasium, & Harduinum inspecti habent Μοῦσαι. Potiùs quàm ad Herodoti titulum, ad Aurelii Opilii, & Alexandri Vatis libros Plinium allusisse conjicerem. De hoc Macrobius (d): *Alexander Aetholus Poëta egregius in libro, qui inscribitur Musae, refert &c.* Musarum inscriptionem pariter voluminibus suis fecerat Aurelius Opilius Epicurei cujusdam libertus, qui Philosophiam primùm, deinde Rhetoricam, novissimè Grammaticam docuit & Smyrnae postea consenuit: de quo Suetonius in illustribus Grammaticis composuisse asserit: *variae eruditionis aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis, qui quia Scriptores, & Poëtas sub clientelâ Musarum judicaret, non absurdè & fecisse, & scripsisse se ait ex numero Divarum, & appellatione*. Meminit etiam Gellius hisce verbis (e): *Aurelius autem Opilius in primo librorum, quos Musarum inscripsit*; ad hunc igitur prae caeteris provocat Plinius.

(10) Πανδέκται. Graecorum exemplo Pandectas volumina sua appellavit Tiro M. Tullii doctissimus libertus, de quo idem Gellius (f): *Tullius Tiro M. Ciceronis alumnus, & libertus, adjutorque in literis studiorum ejus fuit. Is libros complures de usu, atque ratione linguae latinae, item de variis, atque promiscuis quaestionibus composuit. In his esse praecipui videntur, quos graeco titulo* πανδέκτας *inscripsit*. Graecas Dorothei Pandectas citat Clemens Alexandrinus (g), atque horum imitatione legum volumina a veteribus Jureconsultis Pandectas appellari Harduinus adnotavit.

(11) Ἐγχειρίδιον. Enchiridion Graeci dicunt tum pugionem, tum librum molis exiguae, eo quòd facilè manibus gestatur. Fortasse ad hunc titulum auctor respexit, quòd opus suum prae manibus semper habendum praedicaret. Epictetus Socraticus Philosophus vigilias suas prudentiae, & moralis disciplinae praeceptis refertas *Enchiridion* inscripsit. Extant in hunc librum Simplicii, & Arriani commentaria. Consule ad allatum Plinii locum Morguaesium, Dale-cam-

(a) *Edit. Venet. 1496.* (b) *Edit. 1499.* (c) *Edit. 1519.* (d) *Lib. V.* (e) *Lib. I. 25.*
(f) *Lib. XIII. 9. pag. 341.* (g) *Stromat. lib. I.*

seri possit (1). At cum intraveris, Dii, Deaeque, quàm nihil in medio invenies (2). Nostri crassiores (3) *Antiquitatum* (4), *Exemplorum* (5), *Artiumque* (6). Quàmfacetissimi (7) *Lucubrationum*, ut qui ait, *Baculuseram*, *& vocabar*. Paullo nimis

ANNOTATIONES.

campium, Harduinum, & Proustium in Gellii enarrationibus. Doctissimus Johannes Pacius a Castro multa eruditè congessit ex Menandro, & Suidâ (a). Plures subindè hujusmodi titulum suis opusculis fecerunt. Divi Augustini *Enchiridion* magno in praecio a doctis habetur, de quo ipsemet auctor (b): *Enchiridion a nobis postulas, idest quod manibus possit adstringi, non quod armaria possit onerare.* Erasmi Enchiridion opus eruditum pariter habemus italicâ etiam interpretatione donatum. Salmasius plurali voce legit apud Plinium Ἐγχειρίδια, quòd parum a communi scripturâ abest. Theodorus Gaza in laudato Passionaeo codice Ἐγχειριδιασμὸν.

(12) Λειμών. Suidas docet Pamphilum Alexandrinum Grammaticum vigilias suas λειμῶνα appellasse, quasi variarum rerum collectanea diversos pratorum flores imitantia. Has Plinii voces Benedicti XIV. operibus haud iniquâ comparatione adaptavi, cum optimo, doctoque Pontifici suppositiтia Innocentii XI. militaria stipendia inscripsi (c).

(13) Πινακίδιον. Pinachidion tabellam variis coloribus pictam sonat; idque etiam de pugillaribus dicebatur. Puto hoc loco Plinium ad Cebetis Thebani opus respexisse, qui hujusmodi titulo usus est. Cebetis Tabulam habemus multorum commentariis illustratam: optima judicatur, quae Salmasio curante apparuit anno 1640. Pinachidion alia etiam significat, ut ex Guillandino affert Dalecampius. Salmasius compositam vocem solvit, legitque Πίναξ, Σχέδιον. Hujusmodi in primâ voce haud displicent, cum de Aurelio Opilio constet opus etiam vulgasse, quod *Pinax* appellaretur. Harduinus nullâ Salmasii habitâ mentione vocabulum, & ipse separaverat, atque Πίναξ, Σχέδιον ex secundo Regio codice legendum conjecerat. Πίναξ *tabulam*, Σχέδιον *tumultuarium*, *& extemporale opus*, & telum, sive hastam, quâ cominus dimicatur, Graecis significat. Vbi dictiones essent dividendae ad secundum etymon provocaret Plinius: neque enim Graeculi de tumido, & inani titulo arguendi, qui subitarias promitterent lucubrationes. Secundis curis in viam rediit Harduinus, cum ait: *nihilominus* πινακίδιον *nunc magis placet, quae accepta vox etiam a Julio Firmico in indice capitum operis sui, ut & elenchi vox pro librorum syllabo*. Theodorus Gaza in laudato codice scripsit πιναξκίδιον, cui convenit codex Londinensis, ubi *Pinaxchidion*.

(1) *Possit*. Vadimonium deserit, qui tempus in judicio indictum absque responsione elabi sinit. Hinc in celeberrimo illo Senatus consulto Q. Catulo referente, & per Sigonium e Graeco in Latinum converso legimus *Vadimonium praeteriisse* (d). Cum igitur Vadimonium sit obligatio sistendi in jure ex suâ, Vadumque promissione, qui statuto die in judicio comparet, *vadimonium sistit*. Sic apud Ciceronem pro Q. Roscio Comoedo *quòd vadimonium obisset*; apud L. Senecam *cum ad vadimonium advocatus descenderem* (e), nempe quod oblatâ die se in jure sisteret. Consule Suetonium (f), & Aulum Gellium (g). Vadimonia dilata pro tempore prorogato accipiuntur (h), unde noster (i) *Baebius judex cum vadimonium differri jubet*. Ex iis igitur librorum titulis magnifica adeò polliceri innuit, ut ad vadimonium ipsum deferendum incitent: tale enim ex voluminum lectione promittebatur lucrum, ut multis humanae vitae commodis, & fortunis renunciari posse suaderent.

(2) *Invenies*. Exclamandi formulam, & verba Gellius imitatur: *Accipio*, inquit, *cupidus*, *ac libens*, *tanquam si copiae cornum nactus essem --- & quae scripta erant*, *pro Jupiter*, *mera miracula*. Rationem cur iterum, saepiusque Gellii testimonium attulerim, ingenuus lector dignoscet. Quis enim negare potest illum Plinianae praefationis sententias aemulari, cum in Noctium Atticarum prooemio haec quoque occurrant. *Namque alii Musarum inscripserunt, alii Sylvarum. Ille* κηρίον, *alius* κέρας Ἀμαλθείας; *& item alius* ἐγχειρίδιον. *Sunt etiam qui Pandectas inscripserunt*. Multorum subinde, & ipsiusmet Plinii opera attingit. *Est qui Studiosorum*, *& de Ridiculis --- Est qui Historiae naturalis: Est qui* βιβλιοθήκην. *Est praeterea qui Pratum*. Exscribat Gellii verba: nonne satis superque innuunt Noctium Atticarum auctorem materiam ab allatis Plinii locis desumere? Quid ad haec Harduinus reponet? Numquid adhuc Plinii praefationem genuinam esse Plinii opus negabit? Apertè fatetur Salmasius hîc Gellium a Plinii praefatione colores desumere, quamvis graecas pariter, latinasque misceat inscriptiones; contra Plinius eas secernens *Latinos Graecis hâc in re modestiores, ac simpliciores exemplis utrimque allatis* confirmaverit.

(3) *Crassiores*. Dubitavi quandoque num *grossiores* substituerem. Ita enim uterque Ambrosianus, Vaticani 1954. 1956. Barberini I., & III. Escorialensis II. Londinensis; nec differt Toletanus, in quo corruptè *grossioris*. Vbi igitur certò *grossioris* vocabulum Plinio esset adscribendum, nil obstaret, quòd apud neminem inveniatur; tantâ siquidem auctoritate inter latinissima recensendum veniret; atque ut a grosso ficu *grossulum* Columella imminuens fecit (k), ita *grossiorem* Plinius adaugens effingeret.

(4) *Antiquitatum*. M. Antistius Labeo morum Populi Romani, Jurisque Civilis doctissimus, qui Augusto imperante vixit, *ratum pensumque nihil habebat*, *nisi quod justum*, *sanctumque esse in Romanis Antiquitatibus legisset* (l). Plinius hoc loco, ut conjicio, respicit ad Varronis libros, quibus titulum fecerat Antiquitates rerum Romanarum: nobis subscribit Johannes Pacius a Castro.

(5) *Exemplorum*. Titulus a Cornelio Nepote adoptatus, de quo laudatus Gellius (m): *Cornelius autem Nepos in libro Exemplorum quinto, id quoque literis mandavit*.

(6) *Artiumque*. Hoc nomine Musicam, Grammaticam, Geometriam, & scientiarum nobilissimas designat: neque abs re. Priscianus Plinii librum primum Artium adducit, ut suo loco monuimus. Sub hocce vocabulo liberales omnes Artes comprehendi posse ex Posidonio docet Seneca filius (n). Plinius cuncta homini inservientia Artes vocavit, ut videre est totis Naturalis historiae voluminibus, sufficiantque libri XIV. initio quaerenda, ubi Reges innumeros honore artium cultos celebravit, & paullò infra *pessum iere vitae precia: omnesque a maximo bono liberales dictae artes in contrarium cecidere, ac servitute solâ profici coeptum*. Inde fortassis invaluit, ut emendicato titulo imperiti medici posterioribus seculis *Artium*, *& Medicinae Doctores* appellarentur, quasi medicinae caeterarum liberalium artium scientiam copularent. Quisnam inter Romanos primus artium volumina scripserit, incompertum. Hâc in re vel muti, vel nullius subsidii evadunt Plinii enarratores. Artis titulo libellum vulgasse Graecum Isocratem innuit Quintilianus, qui tamen dubitavit, an opus ad ipsum spectaret.

(7) *Quàmfacetissimi*. Crucem figit, atque omnes, ut puto, torquere debet corrupta hoc loco Plinii sententia. Neque enim scopum attigisse profiteor ex verbis *quàmfacetissimi*, usque ad *flexibula*. Monstrisetae siquidem lectiones in omnibus pennâ exaratis, editisque exemplaribus occurrunt. Vt veritati magis accederem vetustas contuli membranas; attamen parum subsidii nobis emersit, qui vix ingenio fisi, a dictionibus, quarum nullum extet indicium, maximè abhorremus. Codd. Vaticani 1950. 1951. 1952. *Lucubrationem dico*, *qui ait Bibaculus eram*, *& vocabar*. *Pantomimus asserit Varro in satyris sustulit & flexibula*. 1593. caeteris antiquior *Lucubrationem dico*, *quia ut masculus erat*, *& vocabatur*. *Paulo minus asserit Varro in satyris sustulit & flaxiabula*: Escorialensis I. *Nostri crassiores antiquitatum*, &

[a] *In annot. MSS.* [b] *Ad Laur. cap.* 5. [c] *Consule Praefatien. pag. VI.* [d] *De jure Provinciar. lib. I.* (e) *Epist. VIII.*
[f] *In C. Calig. XL.* (g) *Lib. II.* 14. (h) *Vide Cicer. Epistol. famil. lib. II.* 8. *ad Coelium*. (i) *Lib. VII.* (k) *De Arborib.* 21.
[l] *Gell. lib. XIII.* 12. *pag.* 344. (m) *Lib. VII.* 13. [n] *Epist. LXXXVIII.*

pospoſto qualsivoglia pressante affare, sembra vi spingano a divorar tai volumi; ma viva al Cielo, quando si leggono, nulla di sublime, ma soltanto un infinito vacuo vi si ritruova. I Romani semplicemente le loro opere nominarono Antichità, Esempj, Arti; *e i più gioviali le appellarono* Lucubrazioni*: come quello che dice* Bacolo (1) io era, e mi chiama-

ANNOTAZIONI.

(1) Bacolo *chiama elegantemente col cognome dell'Autore un pezzo di legno ad uso di fiaccola incerata, perchè rendeva poco lume; onde nacque la voce* lucubrare. *Si consulti la sposizione del Saumaise; ma si ritenga, che questo passaggio di Plinio è tutto sconvolto dai copisti; nè si pretende esibire la vera lezione, ma solamente quella, che in tanta oscurità è paruta più verisimile, lasciando libero il campo a chi verrà dopo di noi di rintracciarne una migliore.*

ANNOTATIONES.

exemplorum, artiumque quamfacetissimi. Lucubrationem dico q ait bibaculus eram, & vocabar. Pantominus asserit Varro in satyris suis sustulit & flexabula (quod ultimum eodem charactere versum est in *flexibula*). Multiplicem loci difficultatem, aliasque diffidentias minimè ignoravit Plinianae eruditionis phosporus Hermolaus Barbarus. Hinc post recitatas falsas, atque monstriferas dubitavit utrum legendum esset: *Nostri crassiores Antiquitatum, Exemplorum, Artium: quam facetissimi Lucubrationum, ut qui ait, Bibaculus eram, & vocabar: paulo nimis asserit Varro in satyris suis sesculixem & flexibula* --- vel *Nostri crassiores Antiquitatum, Exemplorum, Artium, quam facetissimi lucubrationum; puto qui ait Bibaculus eram & vocabar paulo nimis asserit. Varro in satyris suis sustulit & flexibula.*

Tertia subinde apparuit lectio Beato Rhenano duce, quam Frobenianae editiones, Parisina Andoëni Parvi, Lugdunenses Vincentii, & Junctarum, aliaeque usque ad Harduinum scribentem modicâ differentiâ amplectuntur. *Nostri crassiores: Antiquitatum, Exemplorum, Artiumque facetissimi. Lucubrationem puto qui Antias civis erat, & vocabatur Valerius primus asserit. Varro in satyris suis sesculixem, & flexibula.* Unde Valerii Antiatis nomen novissimè ingeratur, prorsus ignoro, nisi ut sanarent τὸ *Baculus*, quem in Bibaculum transformatum ab aliis adnotavimus. Verùm si primigeniam vocem inter monstriferas collocarunt, fortassis hallucinantur, cum Toletano, aliisque patrocinantibus codicibus, quodque magis est Plinio favente, sustineatur. Ab Antiquitatum igitur, Exemplorum, Artiumque scriptoribus *quàmfacetissimi* secernantur, ut post Salmasium egit Harduinus. Quae enim facetia in nudis illis Antiquitatum, Exemplorum, Artiumque titulis? Contra si ille, qui opus *Lucubrationes* inscripsit: ita labores suos digessisse affirmat, quia *Baculus erat, & vocabatur*, festivissimum sanè lemma assumpsit; cum modicum qualeque Lucubrationibus decet, lumen afferre possit Baculus, & insuper nomine omineque jucundus homo appareat. *Baculo*, inquit Plinius (a), *si quis ex iis accenso traxerit sulcos, rivos ignium sequi narrant.* Baculus igitur quasi facis vicem lucubrationibus inserviens pingitur: Turnebus, qui nihil ingenio permittebat, tali pacto Plinium jubet castigare. *Nostri crassiores Antiquitatum, Exemplorum, Artiumque facetissimi: lucubrationem puto, quia ut baculus erat & vocabatur paulominus. Asserit Varro in satyris suis sustulit, & flexabula.* Docti viri interpretationes, utpote minùs felices, ipsi relinquemus, quae fortassis ex vitiosâ interpunctione effluxerunt, & vocem Baculi antiquissimis in codicibus extantem retinebimus, quâ sanè auctor in librorum inscriptione quàmfacetissimus apparuit. Cicero in Bruto Titum Tincam Placentinum hominem facetissimum dixit, & cum familiari suo Q. Granio dicaciter certasse: nonnulla subinde Oratorum Princeps addit de Theophrasto, quae Plinius infra aliquâ ratione attingit. Ad facetissimas hujusmodi librorum inscriptiones alludit Gellius in praefatione: *& alia inscripta nimis lepidè*. In editis Plinii voluminibus Salmasius legi indicavit: *Nostri crassiores Antiquitatum, Exemplorum, Artiumque quam facetissimi. Lucubrationem puto, quia Antias Civis erat, & vocabatur, Valerius Primus asserit. Varro in fabulis suis sesquulixem & flexibulas.* Accipe Viri docti conjecturas „ Depravatissima, *inquit*, haec esse nemo non videt. Quomodo essent restituenda ne-
„ mo hactenus vidit. Libri veteres ab hac scriptura editionum longe divertunt, qui sic legunt: *Artiumque facetissi-*
„ *mi lucubrationem puto, quia ut baculus erat, & vocabatur paulo minus asserit Varro in satyris suis sesquulisse, &*
„ *flextabulis.* Priora sic constituenda sunt. *Nostri crassiores Antiquitatum, Exemplorum, Artiumque. Facetissimi Lucu-*
„ *brationum.* Qui ex nostris, inquit, crassiore Minerva egerunt, libros suos scripere Antiquitatum, Exemplorum,
„ Artium. Nihil isti tituli alienum aut affectatum praeseferunt, sed simpliciter id quod res est, indicant. Qui fa-
„ cetissimi ex his videri voluerunt, non lepidiores titulos captarunt, quàm ut *Lucubrationes* nuncuparent scriptiones suas.
„ Et sanè Romani etiam puro saeculo hominum eruditorum vigilias, ac labores semper vocarunt isto nomine, &
„ *elucubrata opera* dixerunt studiosorum, quae nocturnis meditationibus elaborata forent. Aliquis autem antiquorum
„ Romanorum hunc titulum operi suo fecerat, ut videtur, LVCVBRATIONVM. Eam vocem, quia obscurior
„ esset, verbis illis, quae subjicit exponere satagit Plinius. Ita & supra graecam inscriptionem Κήριον latine *favum*
„ est interpretatus. Item Κέρας Ἀμαλθείας *Cornucopiae*. Quae tamen haud multum erant explicatu difficilia. Hoc igi-
„ tur loco vocem *Lucubrationes* ennarrat ex Varrone. Sic igitur haec legenda: *Facetissimi lucubrationum a lucubro,*
„ *qui ut facula cerata, & vocatur Panos, vel Phanos: asserit Varro in satyris Sesquiulysse, & Flaxatabulis.* Nihil
„ certius his emendationibus. Libri habent *quia vivaculus erat*, pro *qui ut facula cerata*. Dixisse autem videtur
„ *Lucuber* pro *lucubrum*, ut *candelaber*, *rutaber*. Sic etiam *arater* dixerunt pro *aratrum*. Pro *Panus*, vel *Pha-*
„ *nus* corrupere correctores *Paulo minus*. Φανός & Πανός Graecis antiquis est facula. Idem Romanis fuit veteribus
„ *lucubrum* vel *lucuber*. Eadem utriusque vocabuli origo in sua lingua, nam *lucubrum* à luceo, ut *pollubrum* à per-
„ luo, *volutabrum* à voluto, & similia. Ita ergo & φανὸς à φαίνω, quod est luceo. Vetustiores Graeci lampadem eo
„ nomine vocarunt, vel facem. Secuta aetas laternam, sive λυχνοῦχον. Isidorus *lucubrum vocatum quod luceat in um-*
„ *bra. Est enim modicus ignis qui solet ex tenui stuppa, ceraque formari.* Ideo & *ceratam faculam* vocat Plinius, quo
„ loco tamen etiam legi potest, *qui ut facula erat, & vocatur* Πανός, aut Φανός. Graecum epigramma κηροχίτωνα
„ λύχνον vocat. De quo nos alibi. Erit fortasse, qui legendum putabit: *qui ut baculus erat*, ut illam faculam in-
„ star baculi habuisse dixerit. Sed illud verius. Quia ad lucubrum vigilabant studiosi, ex eo lucubrationes appella-
„ tae nocturnae eorum meditationes, scriptionesque, & exercitationes: Glossae *lucubro*, νυκτογραφῶ. *Lucubro*, ἀγρυπνῶ.
„ *Lucubro*, παννυχίζω. *Lucubratio* ἀγρυπνία. Nonnius Attam citat in *Lucubratione*, quae est παννυχισμὸς, παννυχίς. Fal-
„ litur autem si quis putat Plinium voluisse Varronis satyras duas, quarum ibi meminit, ea de causa adducere, ut
„ tituli facetiam ostenderet. Hoc si voluisset, nomina omnium Varronis satyrarum in hunc censum ab eo fuissent
„ revocanda. Nulla quippe est, quae non habeat exquisitè factos titulos, ac minimè vulgares. Sed omnino in dua-
„ bus illis satyris vocem *lucubrum* exposuerat Varro, & Graecum φανὸν esse dixerat. Et profectò non potuit aliter
„ dictio Latina expressius reddi quam per Graecum φανός. De Flaxtabulis nos alibi. Eam enim satyrae inscriptio-
„ nem pravè interpretantur, & sequnt docti. „

Huc usque Salmasius; verùm cum nihil certius suis emendationibus praedicavit, nihil vetustis exemplaribus, nimium-

(a) *Lib. II. 106.*

mis (1) Varro in ſatyris ſuis Seſquiulyſſem (2), & Flexibula (3). Apud Graecos deſiit nugari Diodorus (4), & Βιβλιοθήκης (5) hiſtoriam ſuam inſcripſit? Apion (6) quidem Grammaticus (hic quem Tiberius Caeſar cymbalum Mundi voca-

ANNOTATIONES.

miùmque ingenio ſuo tribuit. Et primò quidem nullos in *Lucubrationum* nudo titulo ſales invenio: cum potiùs tetricis, quàm facetis inſcriptio adaptaretur, niſi argutiſſimam feſtivitatem in *Baculi* voce qualemcumque lucem lucubrationibus tribuentem agnoſceremus. Secundò nulla occurrit neceſſitas, ut latinum vocabulum graecis etymis hoc loco exponeret Plinius. Quòd Graeca Romanis ſupra reddiderit, ratio utique ſuadet; & licèt explicatu minimè difficilia Salmaſio videantur; adhuc tamen concedet externos titulos patriis vocibus explanaſſe. Contra omnino extra chorum graeca vocabula, Graecorum titulis bellum indicturus, ad latinae inſcriptionis illuſtrationem ingererentur; quodve magis eſt cunctis repugnantibus exemplaribus. *Facula* enim *cerata* vix aliquam literarum convenientiam cum extantibus praeſeferr elementis. Φακὸς demum & Πινὸς nullam cum reliquis exhibet habitudinem. Id certè non ſapit ab amanuenſium erroribus Plinium repurgare, ſed novam ex ingenio cudere naturalem hiſtoriam. Eam igitur lectionem adoptemus, quam ſecundariam fecit Salmaſius, *quia ut Baculus*: Eſcorialenſis porrò, aliorumque codicum auctoritate: *eram*, & *vocabar*; quae concinnior evadit, quàm *erat*, & *vocabatur* a Turnebo ante Salmaſium adnotata. Harduinus certè, qui ex Salmaſii conjecturis profecit, vix illius habitâ mentione ultimas confodit reſtitutiones, novamque proponens lectionem, eam optimam in hanc ſpeciem judicavit. *Noſtri craſſiores, Antiquitatum, Exemplorum, Artiumque: Facetiſſimi Lucubrationem, ut qui Bibaculus erat & vocabatur: Paulo minus ſerio, Varro in Satyris ſuis Seſculyſſem & Flextabula.* In notis porrò, atque emendationibus „ Hanc lectionem, *ait*, nos ita primi in integrum reſtituimus ex veſtigiis veterum exemplarium praeſertim Regii 2. & ver. Dalecamp. qui ſic habent: *Artiumque facetiſſimi lucubrationem puto quia vivaculus erat & vocabatur paulo minus aſſerit Varro in ſatyris ſuis ſuſtulit & flaxtabula.* „ In hâc quaedam ex ingenio addita utique intueor.

Vt ad noſtram redeamus, inveſtigandum eſt, qui fuerit hic cognomine *Baculus Lucubrationum* ſcriptor. Non ignoravit Harduinus Nonii locum, ubi Attam in *Lucubratione* citat (*a*). Hic Attae cognomen claudicans invenerat docente Feſto: *Attae appellantur, qui propter vitium crurum, aut pedum plantis inſiſtunt, & attingunt magis terram, quàm ambulant. Quod cognomen Quinctio Poëtae adhaeſit.* Nonne hic illuſtris Poëta *Lucubrationum* titulum vulgaſſe potuit, quaſi *Baculus* ei lucem praeberet, & quia illius auxilio indigeret? Videtur enim Plinius, cum ſuos craſſiores in Artium, & quàm facetiſſimum Baculum in Lucubrationum titulis affirmavit, Horatii ſequentes verſiculos illuſtrare (*b*):

Indignor quicquam reprehendi, non quia craſsè
Compoſitum illepidève putetur, ſed quia nuper
Nec veniam antiquis, ſed honorem & praemia poſci.
Rectè necne crocum, floreſque perambulet Attae
Fabula.

Suſpicandum igitur Quinctio Poëtae claudo (eâdem ratione quâ Attae) Baculi cognomen adhaeſiſſe, vel illud ſibi joco adaptaſſe. Baculi cognomen in propriam quoque appellationem migraſſe ſequioribus ſeculis invenio (*c*). Hic verò Quintius, ſeu Quinctius (ita enim non Quintus legendum in Euſebii Chronico) ſcriptor Togatarum Romae obiit, ſepultuſque fuit viâ Tiburtinâ ad milliarium ſecundum Olympiade CLXXV.

Vtcumque tamen ſe res habeat, hujuſmodi certè meliùs ſibi cohaerent, quàm de Bibaculo, cui potiùs dicacis, & mordaculi, vel ipſo Hermolao judice, quàm facetiſſimi convenit attributio. Adde quòd ex Quintiliani, Suetonii, Macrobii, Chariſii, Divi Hieronymi, & Neotericorum ſententiis (*d*) omnino ignoramus, an opus aliquod *Lucubrationes* nuncupaverit Bibaculus. Id nobis conſtat de T. Quinctio Attâ, qui floruit CLX. annis ante Plinii nativitatem. Velim ſimilia probaret eruditiſs. Comes Mazzuchellius, qui de corruptâ apud Plinium lectione in Furii Bibaculi articulo cautè dubitavit (*e*).

(1) *Paullo nimis*. Plurium codicum, & praeſertim gemini Ambroſiani, Barbari, aliorumque auctoritate recipio. Vgoletus, Benedictus Jovius, Dalecampius &c. legunt *paulo minus*: ultro proceſſit Harduinus, induxitque *paulo minus ſerio*, quod neſcio cur a Durando adoptetur reclamante Londinenſi, imò omnibus exemplaribus. Senſus igitur erit, Varronem hominem adeò gravem, & doctum ſibi nimiùm indulſiſſe, cum ſeriis, mordacibuſque opuſculis jocoſum undique titulum appoſuerit. Id quoque indicat Seſquiulyſſis, & Flexibularum inſcriptio, cum utramque noviſſimam juncturâ, neque adhuc Romanis notâ joculariter adoptaverit. Hujuſmodi eludunt Salmaſii argumenta, qui Plinium ad Varronis inſcriptiones hoc loco minimè provocaſſe innuit, eo quia omnes Varronis ſatyrae titulos exquiſitè factos, atque a vulgaribus longè abhorrentes habuerint; adeòque non duas tantùm, ſed cunctas oportuiſſet in hoc album revocare. Vaneſcunt objecta, ubi conquiſitum titulum a nimiùm lepido, noviſſimoque ſeparemus. In iis Seſquiulyſſis, & Flexibulae titulos Varronem praepoſuiſſe ſcimus: Faculae ceratae graecam etymologiam expoſuiſſe omnino ignoramus. Ambroſianarum membranarum nitidam lectionem ipſa firmat textura; in aliis verò facilis apparet vocabuli *nimis* in *minus* depravatio. A priſcis ſiquidem amanuenſibus apices (quos nunc punctos, ſeu puncta Barbari appellant) literis minimè ſuperinducebantur. Vbi haec junctis elementis demamus: *nimis*, & *minus* ſibi invicem conveniunt. Cruſius e veſtigiis codicum ſic emendat. *Noſtri craſſiores antiquitatum exemplorumque quondam fecundiſſimi, lucubrationumque putidi abaculis erant, & vocabantur pantomimi, ut adſerit Varro in ſatyris Seſquiulixe, & Flexabulis* (*f*). Puto quòd membranarum veſtigia ex variâ impreſſionum collatione, atque ex ſuo ingenio deduxerit; nam Plinium nullo pennâ exararo codice reſtituere aggreſſus omnia conjecturae tribuit. Num Varronis locus de abacis, titulo per Plinium allato conveniat, non auſerim affirmare.

(2) *Seſquiulyſſem* recipio cum Dionyſio Gothofredo, & noſtris codicibus. Barbarus, Harduinus, aliique *Seſculyſſem*, quod idem eſt. Vtrumque enim, Vlyſſem unum cum dimidio ſignificat. Vt Vlyſſi hominum vaferrimo aliqua praeter ordinem opponeret, alterum dimidio aſtutiorem effinxit Varro; atque ideo Vlyſſi Seſquiulyſſem contulit. Notandum tamen, quòd plerique codices loco *Seſquiulyſſem*, vel *Suſculyſſem* habent *ſuſtulit & Flexibula*. Ita Vaticanus 1951. Barberini I. & II. In Londinenſi, Vaticano 1953., Barberino III., & reliquis ſaepius allatis: *ſuſtulit & Flexiabula*; ad quae Barbarus longè oppoſita Peroto conjecit: nam Sipontinus Antiſtes: *ſuſtulit*, ait, *inſcriptionem quam fecerat, ideſt flexibula, quaſi peniteret opus ſuum tam illecebroſo titulo nuncupaſſe*. E contrario Patriarcha Aquilejenſis: „ Varro in ſatyris ſuis *ſuſtulit & flexibula* facilem intellectum habuerit, ſi verbum ſuſtulit pro eo quod eſt erexit, „ & ſuſcitavit, accipias: in quem ſignificatum ſexcenta veterum exempla teſtimoniaque ſubſcribunt. „

(3) *Flexibula.* Varronis ſatyra a Nonnio Marcello allata. Haec itidem deperditis doctiſſimi hominis operibus recenſetur. Alii etiam legunt *Flexabula*, Salmaſius *Flaxtabula*. Harduinus *Flextabula*, nullamque vocis affert originem. Perotus interpretandum cenſet *Flexibula* quaſi conſilium flectens, cum βουλὴ apud Graecos conſilium appelletur. Ipſi adhaerent

(a) *Cap. VII.* (b) *Lib. II. epiſt. I. verſ. 76. Vide Daceri. Tom. IX. pag. 352.* (c) *Vide Paſſion. Inſcript. pag. III. 5.*
(d) *Vide Pithoeum, & Ariſii Cremon. Literat.* (e) *Vol. II. Part. II. pag. 1202.* (f) *Probabilia Critica Cap. VI. pag. 38.*

mava. *Varrone forse troppo giocosamente due delle sue satire appellò Sesquiulisse* (1), *e Flessibule* (2). *Mi direste forse, che da queste inezie si allontanasse fra i Greci Diodoro, allora che il nome di* Biblioteca (3) *adattò alla sua Istoria? e quell' Apione Grammatico, che dall' Imperador Tiberio chiamavasi cembalo del Mondo* (4), *quando piuttosto timpano*

ANNOTAZIONI.

(1) *Passava Ulisse per il più astuto de' Greci; onde Varrone per dire qualche cosa di straordinario pose alla sua Satira il titolo di* Sesquiulisse, *quasi di un uomo che fosse della metà più accorto di Ulisse. L'Hardouin porta in questo luogo il proverbio Francese:* A trompeur, trompeur & demi.

(2) *Si cita questa Satira da Nonnio, come pure il Sesquiulisse, ma non siamo sicuri della voce; mentre alcuni leggono* Flexibulas, *altri* Flexabulas. *Il Dalechamps s' attenne alla seconda ortografia nelle annotazioni, quando apparisce nel testo la prima (a), onde evvi sbaglio di stampa. L'Hardouin addotta* Flextabula: *si vegga quanto abbiamo osservato nella annotazione latina.*

(3) *La maggior parte degli Interpreti, e Critici, e fra questi il non mai abbastanza lodato Benedetto Feyjoo (b), hanno creduto, che da Plinio si lodi Diodoro Siculo: noi pensiamo in ciò diversamente; e l'irrisione si scopre dal punto interrogativo, e dalle cose, che sieguono immediatamente. Si vegga Monsignor Huet (c).*

(4) *Le accennate parole di Tiberio adattate all' Egizio Apione piacquero tanto a Bonaventura des Perriers sfrontato sostenitore dell' Ateismo, che ad una celebre sua opera pose il titolo di* Cymbalum Mundi. *Quasicchè non bastassero le antiche edizioni, una sortinne dieci anni sono:* Cymbalum Mundi, ou Dialogues satyriques sur differents sujetes par Bonaventure des Perriers --- 1753. *Devonsi dunque correggere quelli, che lo chiamano* de Perez, *e fra i molti il Morhof (d). I Cembali, de' quali parlano i Greci, e i Latini, erano di metallo come si può vedere presso Monsignor Bianchini nell' accennata erudita opera degli stromenti antichi. Sono in conseguenza ben diversi dalli descritti nel Vocabolario della Crusca (e).*

[a] *Vedi l'edizione del 1615.* [b] *Tom. IX. Supplem. al IV. §. VI.* [c] Traitè del' Origine des Romans pag. 9.
[d] *Polybistor. Tom. III. 5. pag.* 533. [e] *Vedi la voce* Cembalo.

ANNOTATIONES.

rent Lexicographi. Videtur meliora Barbarum adnotasse, cum ait: *Flexibula non a graeco verbo idest* ἀπὸ τῆς βουλῆς *descendit, sed eandem formam sequitur, quam rutabula, exorabula, sessibula, postribula.*

(4) *Diodorus.* Plerique hujusmodi in Diodori Siculi laudem dicta existimant, cum suis in voluminibus Bibliothecae compendium exhibuisse glorietur. Salmasius Diodori titulum simplicem, nec longè quaesitum, aut anxiè excogitatum celebravit. Mihi tamen videtur haud multum a pandectis, caeterisque ampullosis distare. Quid enim Bibliothecâ pretiosius, aut copiosius? Raphael Regius nugari desiisse intelligit propter historiae amplitudinem. Hanc summis encomiis multi extollunt (*a*), atque ab omnibus in precio haberetur, ubi tot nugis pepercisset, & simplicem antiquarum rerum notitiam referaret. Verùm quot deridicula, & fabulosa in XV. (qui ex quadraginta libris supersunt) adhuc inveniuntur, uti Huetius de origine *Romanensium* fabularum eleganter adnotavit. Rectius igitur post Ludovicum Vivem Catrovius, & Rovillaeus Diodorum infimi subsellii auctorem, & curtae supellectilis appellarunt (*b*). Cum igitur quae supersunt tot fabulosis adhuc scateant, Benedicti Jovii conjecturae assentior, qui Siculi bibliothecam irrisionis caussâ a Plinio memoratam innuit. Addamus, quòd illius auctoritas nunquam explicatè in naturali historiâ adducitur, ut eruditè ostendit Harduinus (*c*). Jovii etiam scitam animadversionem indicant sequentia in Apionis contemptum annotata; quaeve subjiciuntur: *ne in totum videar Graecos insectari.* Possevinus, ubi hujusmodi diligentius scrutatus esset, fortasse veram Plinii mentem assequebatur, neque de Diodoro scripsisset, *quem Plinius nescio qua de caussa dicat primum apud Graecos desiisse nugari, cum nihil eo sit nugacius (d).* Atque haec de Diodoro Siculo satis, qui floruit Julii Caesaris, & Augusti temporibus (*e*).

(5) Βιβλιοθήκης. Notat Possevinus quòd licèt Bibliothecae Historicae titulus praefigatur operi Diodori: alii eam plurali numero Bibliothecas appellarunt. Eusebius ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπὶ τούτου ὀνομάσας. S. Justinus: ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμών.

(6) *Apion.* Ita ex utroque Ambrosiano; Escorialensibus, Londinensi, Vaticano 1950., Breviario Vallicelliano, editionibus Gelenii, Paulli Manutii, Dalecampii, Stoërianis, Hackianis, Turnebo, Thomâ Ittigio, Harduino, Durando. Convenit orthographia Graecis scriptoribus, & praesertim Josepho Flavio. Multi Appionem geminatâ literâ *pp* scribunt, ut Lucii Senecae amanuensibus, sed contra Lipsii mentem, placuit. Adnotavi in codice Passionaeo ritè scribi *Apion*; & Theodorum Gazam doctum illum, Graecumque virum propriâ manu alterum *p* addidisse. Hâc fortassis de caussâ secundariae scripturae adhaeserunt Perotus, Raphael Regius, Hermolaus Barbarus, & vetustae Plinii editiones, Hieronymus Bardus (*f*), Regia Parisiensis inscriptionum, & politiorum literarum Academia (*g*), Paciaudius (*h*) &c. Fuit Apion Grammaticus Dydimi pariter Grammatici discipulus Oasi Aegyptiaco natus oppido: Alexandrinus tamen ob indepta amplissimae civitatis jura dici gaudebat. Tiberio imperante jam notus, clarior evasit sub C. Caesare, ad quem ab Alexandrinis legatus missus est. A Suidâ ὁ πλειστονίκου tanquam Plistonicae filius appellatur; quâ in voce Harduinus aliquid vitii cubare suspicatur. A Plinio dicitur *Apion cognominatus Plistonices (i)*, cui subscribunt Aullus Gellius, Clemens Alexandrinus, & Eusebius. *Plistonices* igitur quasi *multivictor* dici gaudebat. Gellius Graecis addictus benè de Apione sentit (*k*): *Apion, qui Plistonices cognominatus est, literis homo multis praeditus, rerumque graecarum plurimâ, atque variâ scientiâ fuit*: item (*l*) *Apion Graecus homo, qui Plistonices est appellatus facili, atque alacri facundiâ fuit.* Magis Plinio convenit Seneca filius (*m*): *Apion Grammaticus, qui sub Cajo Caesare totâ circumlatus est Graeciâ, & in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus.* Hinc est quòd ab illius asseclis μόχθος nempe *labor*, & polyhistor dicitur. Consule hoc loco Lipsium apud Senecam, & Proustium in Gellio allata Plinii verba exscribentes. De Apione multi egerunt, quos inter Vossius, Jonsius, Hanckius (*n*), Joh. Albertus Fabricius, Harduinus. Omnium primus post literarum fata illius memoriam revocavit Guilielmus Pastregius (*o*). Praeter res Aegyptiacas a Gellio memoratas alia penè infinita scripsit Apion, quae a Plinio non uno loco irridentur, & praesertim ubi: *quaerat aliquis*, inquit (*p*), *quae sint mentiti veteres Magi, cum adolescentibus nobis visus Apion Grammaticae artis prodiderit cynocephaliam herbam, quae in Aegypto vocaretur Osyrites, divinam & contra omnia veneficia; sed si tota erueretur, statim qui eam eruisset, mori.* Tanta de Apione congessimus, ut ostenderemus, Diodori bibliothecam a Plinio contemni, cum hujus Grammatici operibus jungatur; atque haec plurimis vanitatibus & mendaciis redundarent.

(a) *Consule Boecler. Tom. I. pag.* 1160. (b) *Histor. Roman. Tom. I. praefat. pag.* 40. (c) *Tom. I. Plin. pag.* 58.
(d) *Lib. XVI. Cap.* 14. (e) *Vide Euseb. Valesii pag.* 354. *Poplebount. Censur. pag.* 62. *Fabric. Bib. Graec.* (f) *Chronol. univers. tom. I. pag.* 12. (g) *Tom. III.* (h) *Monument. Pelopon. Tom. I. pag.* 39. (i) *Lib. XXXVII.* 5. (k) *Lib. V.* 14. (l) *Lib. VI.* 8.
(m) *Epistol. LXXXVIII.* (n) *Vide Johan. Moller. Prolegom. in Polyhistor. Morhof. pag.* 2. (o) *De origin. fol.* 6.
(p) *Lib. XXX.* 2.

vocabat [1] quum publicae famae tympanum potiùs videri poſſet) immortalitate donari a ſe ſcripſit, ad quos aliqua componebat. Non me poenitet [2], nullum [3] feſtiviorem excogitaſſe titulum, & ne videar Graecos in totum inſectari, ex illis nos velim intelligi, fingique [4] conditoribus, quos in his libellis invenies abſoluta opera, & illa quoque, quae mirando [5] non ſatiamur [6], pendenti titulo inſcripſiſſe, ut APELLES [7] FACIEBAT, aut POLYCLETVS [8]: tanquam inchoatâ ſemper arte [9], & imperfectâ, ut contra judiciorum varietates [10] ſupereſſet artifici regreſſus ad veniam, velut emendaturo quidquid deſideraretur, ſi non eſſet interceptus [11]: quare plenum verecundiae illud eſt [12], omnia opera tanquam noviſſima inſcripſere, & tanquam ſingulis Fato adempti [13]. Tria, non amplius, ut opinor, abſolutè [14] tra-

ANNOTATIONES.

(1) *Vocabat*. Erant Cymbala ex aere tanquam geminae ſcutellae, quae argutis manibus tuſae ſonum eliciebant. Conſule Bartholum, Sponium, & Pignorium eruditè a Franciſco Blanchino allatos (*a*). Quamvis invicem differrent ad Tympanorum genus deduci poſſunt, cum uniter quoque pulſarentur. Hinc de fabulis Atlantis Noſter libri V. initio: *Aegipanum, Satyrorumque laſciviâ impleri, tibiarum, ac fiſtulae cantu, tympanorumque, & cymbalorum ſonitu*. Apud laudatum Blanchinum legimus „ Tympanum rectè definivit Scaliger in Manilium —— *omne cavum, ab una* „ *parte rotundum, tympanum dicitur. Aſſentitur Plinius a pleriſque obſervatus lib. 9. cap.* 35. ubi aſſerit tympani no- „ men inde tributum margaritis eam figuram retinentibus, quibus una tantum eſt facies, & ab ea rotunditas, „ averſae vero planicies. „

(2) *Non-poenitet*. Ita Ambroſiani codices, & Dalecampii exemplaria. In Breviario Vallicelliano: *me vero non poenitet* cum Gelenio, & Paullo Manutio. Durandus *me autem non poenitet*. In ſuo tamen Londinenſi *me non poenitet*, uti apud Harduinum.

(3) *Nullum*. Codex Fratris Petri, & communis lectio. Guarinianus, & Londinenſis *ullum*, quod eâdem ratione ſuſtineri poteſt. Gellius Plinii verba ſequens: *nihil imitati feſtivitates inſcriptionum*.

(4) *Fingique*. Noſtri codices, uterque Ambroſianus, Vgoletinus, Jovianus antiquis editis conveniunt, niſi quia impreſſa exemplaria habent corruptè *pingique* (*b*). Johannes Pacius, cujus ſaepè cum laude meminimus, haec adnotavit: „ Eraſmus in adagiis: *tuis te pingam coloribus*, ut appareat corruptum eſſe locum: in codice quodam gothicis exarato „ literis ſic legitur: *Ex illis nos velim intelligi, item pingique coloribus, quibus abſoluta opera, & quae miranda non* „ *ſatiamur pendenti titulo inſcripſere* „ Veneta editio anni 1519. jam adoptaverat *ex illis nos velim intelligi fingique coloribus*, quod ultimum ineptum. Altera poſtmodùm a recentioribus inoculata Gelenio, & Paulio Manutio ducibus: *Ex illis nos velim intelligi pingendi fingendique conditoribus, quos &c.* Hanc Dalecampius, Franciſcus Junius (*c*), Harduinus, & Durandus amplectuntur. Vt noſtris, Ambroſianis, Jovii, & Vgoleti membranis accedamus jubet verbum *fingi*, quo Plinius pictores utique, & ſtatuarios comprehendit. Plaſtices enim opus eſt fingere rerum ſimilitudines, quod Pictori, & Statuario utique convenit.

(5) *Quae mirando*. Noſtri codices, vetuſtae editiones, & recentes. In nonnullis perperam *quae miranda*.

(6) *Satiamur*. Alibi: *Dum ſatiari cupiditate artis non quit* (*d*).

(7) *APELLES* floruit, ut Plinius docet, Olympiade CXII. picturaeque plura ſolus prope quàm caeteri contulit *voluminibus etiam editis, quae ejus doctrinam continent* (*e*). Alexandro Magno carus, illi ſupervixit. Inſigniora Apellis, & Polycleti opera Plinius recenſet lib. XXXIV. & XXXV., quae omnia diligenter congeſſit Carolus Datus in Apellis vitâ, & Franciſcus Junius (*f*).

(8) *POLYCLETVS*. In editis Plinii exemplaribus hâc ratione illuſtris artificis nomen redditur, uti apud Auctorem ad Herennium, Ciceronem, Horatium, Quintilianum, ſequentem Plinium, Aelianum, alioſque a laborioſiſſimo Junio congeſtos (*g*). Caeterum Ambroſianae, & Eſcorialenſes membranae habent *Polyclitus*, eâdem utitur orthographiâ Plinianam illuſtrans ſententiam Politianus (*h*). Legimus in Muſeo Veronenſi (*i*):

D. M.
POLYCLITO
AVG. PEDIS &c.

Et in nobiliſſimo elogio olim Romae apud Cardinalem Caeſium ſpectando (*k*):

DIS MANIBVS
L. MVNATI
PLANCINAE L.
POLYCLITI

Hocce monumento libentius utor, quia Plinii temporibus exarato, unde liberum fuiſſe conſtat Latinis πολυκλείτου nomen per *e* vel *i* reddere, nunc unum, nunc alterum elementum Graecorum diphthongo ει ſubſtituentibus. Quintiliani teſtimonio *diligentia, & decor in Polycleto ſupra caeteros* eminebat (*l*), ſed humanae formae dignitatis addebat ſupra verum, & Deorum auctoritatem non explevit, cum & graviorem aetatem refugiſſe videretur nihil auſus ultra leves genas: fortaſſis haec ultima ex invidentium ore proficiſcebantur. Polycleti Caneforas celebravit Symmachus (*m*). Nobiliſſima fuerunt Aſtragalizontes, *quo opere nihil abſolutius plerique judicant* (*n*), & Doriphorus, in quo aureus ſcriptor Longinus artis conſummationem admiratur (*o*). Fuit Polycletus patriâ Sicyonius, floruitque Olympiade LXXXVII. Hanc porrò methodum, ut pendenti titulo inſcriberent Graeci artifices opera non uno loco adoptatam invenimus. Laudatus Politianus in Melinae domus atrio ſe marmoream quandam veluti baſin aſpexiſſe affirmat, ubi legebatur: ΣΕΛΕΥΚΟΣ : ΒΑΣΙΛΕΥΣ : ΛΥΣΙΠΠΟΣ : ΕΠΟΙΕΙ : nempe SELEVCVS REX: LYSIPPVS FACIEBAT.

(9) *Incohatâ ſemper arte*. Hyacinthus Gimma legit *inchoatâ arte*; ſed Plutarcho Plinii verba adſcribens, cum unum pro alio ponat, calamo & oculis labitur (*p*).

(a) *De tribus generib. inſtrument. muſic. veter. organic. Cap. III. Tabul. VII.* (b) *Venet.* 1496. 1499. 1507.
(c) *Catalog. pag.* 28. (d) *Lib. XXXV.* 5. (e) *Lib. XXXV.* 10. (f) *De Picturâ Veter. & Catalog.*
(g) *Catalog. pag.* 167. *& ſequent.* (h) *Miſcellan. XVII.* (i) *Pag. CXXXIII.* 2. (k) *Gruter. pag. DCCCCLXXXV.* 8.
(l) *Lib. X.* 10. (m) *Lib. I.* 33. (n) *Plin. lib. XXXIV.* 8. (o) *Cap. XXX.* (p) *Phyſic. ſubterraneae Tom. II. pag.* 67.

della pubblica fama dirsi poteva; affermò da lui collocarsi nel tempio della immortalità le persone, alle quali alcuna sua opera indirizzava? A me non duole il non aver adottato alcun titolo più frizzante; e per non parere indiscreto riprenditore d'ogni greca minuzia, vorrei essere sempre tenuto, e compreso nel ruolo di quegli artefici, le di cui divine opere, che giammai non finirebbemo di contemplare, leggerete in questi libri rapportate, un'imperfetta soscrizione ci dimostrano: APELLE, o POLICLETO FACEVA: quasichè del travaglio fossero solo un abozzo, e che di poi terminar si dovessero; rimanendo all'artefice riparo contro i varj capricci degli uomini, che censurassero i lavori: come se vi fosse luogo a discolpa, e si volesse dall'autore (se non veniva prevenuto dalla morte) ripararne i difetti: e veramente fu parto di una singolare modestia, mentre ogni fatica come l'ultima, e non compita segnavano, quasi che il troppo breve corso del vivere tolta loro avesse l'opportunità di finirle. Tre opere, e non più, se bene mi appiglio (1), *e delle quali ne farò a suo luogo*

ANNOTAZIONI.

(1) *Si vede da questa restrizione la cautela di Plinio nello scrivere, che non supporrei potesse accusarsi di leggerezza. Nella spiegazione della prima tavola delle pitture di Ercolano alle parole greche* ALESSANDRO ATENIESE DIPINSE, *così aggiungono i dotti commentatori* (*a*) „ *Plinio nella dedicatoria della Storia Naturale all' Imperator Tito scrive, che* „ *gli antichi Pittori, e Scultori ebbero in costume nelle opere loro più perfette concepire in tempo pendente le iscrizioni, così:* „ Apelles, o Polycletus faciebat —— *e conchiude:* tria non amplius, ut opinor, absolute quae traduntur inscripta: „ ILLE FECIT. *Ma Fidia sotto la famosa statua di Giove Olimpio pose questa iscrizione:* Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖος „ μ' ἐποίησε. Fidia figliuol di Carmide Ateniese mi fece. *Pausania V.* 10. *Ed oltre di questo abbiamo noi due altri* „ *esempj di tali iscrizioni in tempo perfetto: uno è nel Real Museo, ove si legge sotto un busto:* ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΕΠΟΙΣΕ: „ Apol-

(a) *Tom. I. Tavola I. pag. 2. num. 9.*

ANNOTATIONES.

(10) *Varietates*. Franciscus Ramus (*Ramos*) scribit *varietatem*. Verùm nullo favente exemplari: alia etiam ex Plinio invertit, unde constat sententias potiùs, quàm verba sequi (*a*).

(11) *Interceptus*. Libro XXXV. commemorans *suprema opera artificum imperfectasque tabulas*: haec tradit, *in majori admiratione esse quàm perfecta, quippe — — in lenocinio commendationis dolor est: manus, cum id agerent, extinctae desiderantur*.

(12) *Illud est*. Celeberrimus naturalis historiae codex Florentiae in Riccardianâ Bibliothecâ asservatus (quemque ego caeteris antiquiorem judico) cum primo careat folio, meliorem praefationis partem amisit: verba quae supersunt hoc loco incipiunt; legitque: *illud est omnia opera tanquam novissima inscripsere*. Ita & Guarinus, Loudinensis codex, antiquae editiones (*c*), Dalecampius, Harduinus, Durandus. Alterum Ambrosianum exemplar: *verecundiae, illud quod omnia opera*. Gelenius *verecundiae illud est, quod omnia opera &c.*

(13) *Fato adempti*. Ex codice Riccardiano, Gelenio, Dalecampio, Harduino, Durando. Alii codices alia. I. Ambrosianus *fato ademptum*. II. sive Guarinianus *tanquam aliquid singulis fato adempti*. Veteres editiones *aliquid singulis fato sit ademptum*. Ita & Perotus.

(14) *Absolutè*. Nempe ILLE FECIT praesenti titulo. Videbatur hoc loco Carolo Dato Plinium suis locis redditurum, quaenam essent tria illa opera Apellis, seu Polycleti, quibus absolutè inscriptum ILLE FECIT (*d*). Verùm nullibi se hujusmodi invenire ritè affirmavit. Perotus verba Apelli adaptavit (*e*), tabulasque etiam describit, & Sipontini Antistitis conjecturas surripit Becichemus, creditque tria illa, quae absolutè, & perfectè traduntur inscripta, esse *imaginem Veneris e mari exeuntis: Castorem, & Pollucem cum Victoriâ, & Alexandro Magno: imaginem Belli restrictis post terga manibus Alexandro in curru triumphante*. Graeci hominis plagiariae conjecturae rejiciuntur a Carolo Dato (*f*), cum nobilissima quae fuerint Apellis opera, non facilè dictu Plinius affirmaverit; ideoque illum perfecto titulo minimè triplici in tabulâ usum statuendum pronunciat. Quod ubi indidisset laboribus, e Becichemi syllabo expungit ad Alexandrum spectantia, eisque substituit Antigonum Regem sedentem in equo, quem peritiores Artis omnibus Apellis operibus praeferebant, itemque Dianam sacrificantem Virginum choro mixtam. Haec, meo quidem judicio, omnino incerta, cum alia non minora occurrant, uti Heros nudus, quâ picturâ Naturam ipsam provocavit: equus in artis experimentum ostentatus. Inde colligerem tria ILLE FECIT, ad Apellem haud pertinuisse. Cum porrò suis locis reddenda profitetur: suspicor haec opera ab ipso inter praecipua libro XXXV. memorari. Neque enim aliâ ratione verba accipio, nisi promissorum oblitum accusemus. Harduinus exolvisse fidem asserit sectione X. & XXXIX. fisus verbis: *Nicias scripsit se inussisse* (*g*), & sequentibus: *Lysippus quoque picturae suae inscripsit* ἐνέκαυσεν (*h*). Geminas hinc Niciae tabulas attribuit, & ultimam Lysippo. Haec, quae longam, neque omnibus probatam, requirunt indaginem, ubi sustinerentur, adhuc emendarem: nempe ut unam tantùm adscribam Niciae tabulam Nemeae sedentis: Philocaro alteram puberis filii salvâ aetate senem patrem referentis. *Philocares hoc suum opus esse testatus est*: ultimam Lysippo. Quae a Peroto praesenti titulo dignae judicantur, ex illâ Plinii sententiâ effluxerunt: *Super omnes Divus Augustus in Foro suo celeberrimâ in parte posuit tabulas duas, quae Belli pictam faciem habent, & triumphum. Idem Castores ac Victoriam posuit, & quas dicemus sub artificum mentione, in templo Caesaris patris* (*i*).

Hyacinthus Gimma hunc Plinii locum illustrans Titiani Vecellii pictoris eximii affert exemplum, qui patrati operis excellentiâ mirè delectatus loco veterum FACIEBAT, scribere maluit TITIANVS. FECIT. FECIT. (*k*) Putarem Titianum non tantùm ad commune FACIEBAT, sed ad perrarum FECIT respexisse; & verbi absolutâ geminatione nihil ultra ab homine sperandum indicasse. Ex Ridulphii testimonio asserit Datus id a Titiano Venetiis peractum, cum indoctus quidam Servatoris templo praefectus tabulam despiceret, ubi sacratissimam Virginem, & Nuncium Angelum pinxerat (*l*): quo scripto artifici immensa, praefecto opposita apud posteros fama permansit.

[a] *Tom. II. fol.* 43. [b] *Lib. XXXV.* 11. [c] 1496. 1499. 1507. 1519. [d] *Vita Apellis pag.* 103. [e] *Commentariol. in Plin. prooem.* [f] *Pag.* 179. [g] *Tom. II. Pag.* 684. [h] *Pag.* 703. [i] *Lib. XXXV.* 4. [k] *Phys. subterr. Tom. II. Lib. V. cap.* 3. *pag.* 67. [l] *Dat. pag.* 179.

traduntur inſcripta ILLE FECIT, quae ſuis locis reddam (1): quò apparuit (2) ſummam artis ſecuritatem auctori ſuo placuiſſe, & ob id in magnâ invidiâ (3) fuere omnia (4). Ego planè meis adjici poſſe multa (5) confiteor; ſed & omnibus (6), quae edidi, ut obiter caveam iſtos Homeromaſtigas (7), ita enim verius dixerim; quoniam audio & Stoicos, & Dialecticos Epicureos quoque (8) (nam de Grammaticis (9) ſemper expectavi) parturiſſe (10) adverſus libellos,

ANNOTATIONES.

(1) *Reddam*. Cognatae Plinio dictiones: ſic *ſuis locis reddentur* (*a*), *ſuis reddemus locis* (*b*). Quae addit Harduinus: *tria ſic inſcripta ILLE FECIT ſuis locis reddenda auctor recipit, & ipſa libro quinto & triceſimo reddit, exolvitque fidem*; utique probant, non ſibi clariſſimum interpretem conſtare, cum auctori abſtulit praefationem, imò manifeſtae arguitur contrarietatis, ubi Plinii verba illuſtrans (quibus fatetur in pleriſque miraculorum fidem ſuam minimè obſtringere, ſed potiùs ad auctores relegare, *qui dubiis rogentur omnibus*) (*c*) haec addidit (*d*) ſcholicus enarrator: „ Reddam, *inquit*, aſſignaboque auctores rebus his omnibus, de quarum fide dubitari merito poterit. Sic legitur & in „ praefatione ad Veſpaſ. *Quae ſuis locis reddam*: & alias ſaepe. „ Cur inſuper Veſpaſianum loco Titi proferat, non intelligo, quamvis Titi praenomen abjiciens in praefationis titulo, opus illi dicatum non abnuerit?

(2) *Quò apparuit*. Ita Mediolanenſes membranae, atque Harduinus. In Riccardiano *quod apparuit*. In Londinenſi codice, atque apud Durandum *quo adparuit*.

(3) *In magnâ invidiâ*. Noſtri codices, & Riccardian. rectè, quamvis in vulgatis *ob id magna invidia*.

(4) *Omnia*. Addunt codices noſtri, Londinenſis, Harduinus, Durandus veteſti, & recentiores cum Jovio *omnia ea*: Sed Riccardianus magis adſtrictam, & verè Plinianam exhibet lectionem: *& ob id in magnâ invidiâ fuere omnia*; ſublatet enim *illa tria*. Quantùm ſibi Plinii dicta cohaereant oſtendit locus, ubi de Furio Creſino ſcientiſſimo agricultore ſcripſit: *in invidiâ magnâ erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis* (*e*).

(5) *Poſſe multa*. Codex Riccardianus, Vgoletinus, Jovianus, Barbarus, Palmarius, Alex. Benedictus, Gelenius, Paul. Manutius, Dalecampius, & Harduinus. In Ambroſianis exemplaribus ipſiſſima quidem verba, ſed paullùm diverſo ordine ſcripta occurrunt.

(6) *Sed & omnibus*. Laudatus codex cum Harduino, & impreſſis libris. τὸ *et* eleganter, ut ſaepius, loco *etiam* ponitur. Mediolanenſes membranae minùs rectè *ſed omnibus*.

(7) *Homeromaſtigas*. Hanc vocem graecis elementis reddidit Alexander Benedictus (*f*). Homeromaſtigarum nomine perverſam illam deſignat turbam, quae adverſus libros ſuos inſurrexerat. Compoſitum cognomen debetur Zoilo Amphipolitano Sophiſtae. Hic ſummos viros inſectari minimè erubuit, quos inter Platonem, Socratem, & Homerum; cumque adverſus hunc praeſertim ſcripſiſſet, *Homeromaſtix* appellatus eſt (*g*). Hujus exemplo Largius Licinius in Ciceronem librum vulgavit, cui titulum fecit *Ciceromaſtix* (*h*). Eâdem ratione Leonicenum *Pliniomaſtigem* nominavimus. Iniquos pariter in Ciceronem, & Virgilium fuiſſe Grammaticos oſtendit L. Seneca (*i*); atque a Grammaticis Homerus antea accuſatus, eruditè defenditur a Strabone (*k*). Claudianus in Alethium Quaeſtorem:

Orpheos alii libros impune laceſſunt,
Nec tua ſecurum, te Maro, fama vehit:
Ipſe parens vatum, princeps Heliconis Homerus
Judicis excepit tela ſevera notae.

Ad hunc Plinii locum Johannes Pacius legentibus Galenum offert libro V. *Method. Medendi*. Ad voces *Homeromaſtix*, aut *Virgiliomaſtix* Cardanus *eſt enim*, ait (*l*), *in admiratione rectè virum inclytum oppugnare, ſed ut hoc pulcherrimum, ſic e diverſo ineptiſſimum non aſſequi*. Id ultimum quandoque Cardano, Leoniceno ex integro adaptabitur.

(8) *Dialecticos Epicureos quoque*. Recipio ex Riccardiano exemplari. Harduinus *Dialecticos, Epicureos quoque*. Caeteri, *& Dialecticos, & Epicureos quoque*. Hos ſequitur Durandus. Noſtra lectio magis ad Plinii ſtylum accedet, ut etiam Harduini inciſio deleatur. Dialectici epithethon Epicureis additum innuit hâc arte potiſſimum gloriari ſolitos, ut verum a falſo diſtinguerent. Dialecticos igitur in philoſophicis Epicuri ſectatores deſignat: Hi enim (ut Stoici) Graeci erant, quos cum paullo acerbius in praefatione, atque in operis corpore exagitaverit, ita & in reliquis voluminibus hoſtes eos habuiſſe conjiciendum videtur. Horum tamen invectivae interciderunt: mirum aliunde evadit; quòd neque laudes, neque convicia occurrant apud Graecos, qui cum Plinio, vel parum infra vixerunt; & praeſertim apud Plutarchum, Dionem, Arrianum, Galenum. Vbi communiori adhaereas lectioni, & Dialecticos ab Epicureis ſeparare velis, non deerunt faventes membranae, & philoſophica hiſtoria, cum & ſuam Dialectici conſtituerint ſectam, quorum ingenium oſtendit laudatus L. Seneca: *in alium diem*, ait (*m*), *hanc litem cum Dialecticis differam, nimiùm ſubtilibus, & hoc ſolùm curantibus, non & hoc*. Vide & epiſtolam XLIX. Quid Dialectica differat a Rhetoricâ inter alios eleganter, & copioſè oſtendit Facciolatus noſter (*n*). De Stoicis, & Dialecticis multa eruditè Harduinus hoc loco.

(9) *De Grammaticis*. Secundus ille Athenienſis (qui Plinius a Suidâ appellatur) ſaepe dicebat: *in tria mala incidi, Grammaticum, penuriam, & malam mulierem* (*o*). Cum plerumque Grammatici criticam uſque ad ſtomachum exerceant, illorum ſubtilitatem Plinius alibi etiam damnavit (*p*): tunc temporis intolerandos fuiſſe innuit Quintilianus, cum ait (*q*): *ſed in tam moleſtos incidimus Grammaticos*. Quintiliano adde Graecum coaevum ſcriptorem Apollonium Tyanenſem (*r*). Bellè in Felicem quendam jocatur Auſonius:

Felix Grammaticus non eſt, nec fuit unquam
Nec quiſquam eſt felix nomine Grammaticus:
Sed ſi quis felix praeter fatum extitit unquam,
Is demum evoſit Grammaticos canonas.

Grammaticorum ineptias inter neotericos arguit Guiniſius (*s*). Contra illorum cauſam ſuſcepit Henricus Farneſius: oblitus tamen audaciae, quâ ſummos viros, & doctiores ſe gaudent arguere (*t*).

(10) *Parturiſſe*. Ex Riccardiano reſtituo, ubi *parturiſe*. Caeteri habent cum editis *parturire*. Videtur omnes innuere, qui in eum ſcripſerunt, & quorum opera abortus appellat. Agitur de VIII. dubii ſermonis libris, quos ultimis Neronis annis editos teſtatur Plinius Caecilius; ex hoc autem loco oſtendimus vulgatos labente anno V. Cond. 818. vel initio 819.

[a] *Lib. XXXIV. 2.* [b] *Lib. XXX. 3.* [c] *Lib. VII. 1.* [d] *Tom. I. pag. 370. num. 5.* [e] *Lib. XVIII. 6.*
[f] *In editione Venetâ 1507.* [g] *Vide Strabon. lib. VI.* [h] *Vide Gellium Noct. Attic.* [i] *Epiſt. CVIII.* [k] *Geograph. lib. I.*
[l] *De Sapientiâ Tom. I. lib. II. pag. 517.* [m] *Epiſtol. XLV.* [n] *Oratione III. ad Rhetor. pag. 63. & ſeq.*
[o] *Vide opera Mytholog. pag. 63.* [p] *Lib. XXXV. 3.* [q] *Lib. IX. cap. ultimo.* (r) *In epiſtolâ ad Euphratem.*
(s) *Allocut. V. pag. 267., & ſeq.* (t) *Lib. IV. Panegyr. 9.*

onorata menzione, si leggono compiutamente terminate colla iscrizione IL TALE FECE. Da ciò s' intende, che della sua fatica funne oltre il costume l' artefice contentissimo; e per questa stessa ragione vennero sempre tutte, e tre in grandissimo pregio tenute. Io confesso ingenuamente, che di molto si possono migliorare, ed accrescere i miei volumi; nè di questi soli io parlo, ma di tutti i libri, che ho pubblicati, acciocchè di passaggio mi volga a coteste Flagell-Omèri (1). *Siami lecito con tal nome opportunissimo d'appellarli, mentre intendo, che gli Stoici, e gli stessi Filosofi Epicurei (dei Grammatici non ne parlo, perchè di già m' aspettava i loro rimproveri) partorissero invettive contro le mie operette gramma-*
tica-

ANNOTAZIONI.

„ Apollonio fece. *L' altro era nella dipintura di un vaso Etrusco del Museo del celebre nostro D. Giuseppe Valletta, in „ cui si leggea* ΜΑΞΙΜΟϹ ΕΓΡΑΨΕ: Massimo dipinse. *Con troppa confidenza dunque asserì Plinio tre soli esempi trovarsi „ di sì fatte iscrizioni. „ Se è lecito con quel rispetto, che si deve, opporsi in picciola parte ad un veneratissimo Consesso: ardirei dire, che se gli stessi eruditissimi Accademici confessano essere ignoto agli antichi il nome di cotesto Alessandro: da tale premessa bastantemente si deduce, che le fatiche dell' accennato artefice non furono giudicate meritevoli di trasmetterne la notizia ai posteri; ed in fatti con qual ragione doveva Plinio istruirci di questa pittura, come di cosa maravigliosa, quando è solamente mediocre? Manca in essa il disegno, e sopra tutto la proporzione nel braccio destro di Febe fuor di misura allungato nell' attitudine di passarlo sulla spalla di Niobè; e le stesse figure sono secche, e senza verun' arte di prospettiva. Può bensì ricavarsi qualche vantaggio per restituire alla vera lezione il nome di* Ilaïra: *il quale sebbene è scritto da Alessandro con ordine contrario, portando* ΙΛΕΑΙΡΑ *in luogo di* ΙΛΑΕΙΡΑ; *contuttociò ci serve di guida per correggere i testi d' Igino, e di Properzio, presso il quale gli stolidi copiatori hanno posto* Thelaira, *quando (secondo il parere dei dottissimi Accademici) si deve scrivere* Hilaira, *oppure giusta l' osservazione di Giovanni Meursio, e di Niccolò Heinsio* Ilaïra *(a), tratto dal greco* Ἱλάειρα, *come ci assicurano i testi dei Mitologi. L' essersi da Alessandro contraffatto il nome di* Ilaïra, *pruova che egli non era universalmente istrutto nelle scienze, ed arti; la cognizione delle quali si dice necessaria in un Pittore dal grande Apelle, e dal non meno grande Leonardo da Vinci (b). Se la restituzione del Meursio fosse giunta a notizia del Poeta Francese Bernard, è probabile, che nella sua Tragedia di Castore, e Polluce in luogo di* Telaïre, *avrebbe posto* Ilaïre *(c). Tanto basti intorno alla foggia di scrivere di Alessandro, mentre in difesa di Plinio si deve aggiugnere, che i più celebri dipintori anche ai suoi tempi in tavole, e non nelle muraglie, consacravano le opere destinate alla immortalità; quantunque non ignoriamo, che ancor nei Tempj, Portici, Atrj si vedessero delle opere commendevoli. Devono di più le parole di Plinio prendersi nel loro giusto aspetto, mentre non intende di asserire, che non vi sieno stati altri minori artefici, che collo scrivere nel tempo perfetto avessero voluto lasciare di ciò notizia ai posteri; ma non debbono certamente questi entrare nel confronto, quando ci istruisce, che Apelle, e Policleto servivansi di un titolo pendente; e che tre sole opere (stimatissime per ciò) avevano l' iscrizione greca equivalente all'* ILLE FECIT. *Che a queste si possa aggiugnere la pittura di Alessandro Ateniese, e molto meno il vaso, in cui era il nome di Massimo, non mi sembra di stagione. Lo stesso direi di Apollonio in nessuna maniera degno di proporsi con Prassitele, nè tampoco è credibile, che questo fosse l' Apollonio lodato da Plinio per il celebratissimo enorme gruppo, che in compagnia di Taurisco lavorò; ed in oggi chiamasi, dal Palagio ove si ammira,* il Toro Farnese; *mentre in esso, che è una maraviglia dell' arte, non si legge la soscrizione, che si porta nel busto. Di un altro Apollonio Ateniese si cita un superbissimo Ercole in Roma dal Gruter (d), dal Dati (e), dal Du Jon (f), dall' Orlandi (g) &c.; ed in questo è scritto* ΕΠΟΙΕΙ, *cioè FACEVA. Se dunque in tali superbissime opere di gran lunga superiori all' accenata non si legge FECE: con qual ragione potrà criticarsi Plinio di aver taciuto il nome di un artefice meno che eccellente, che volle usurpare un titolo, che non gli conveniva, sebbene in ciò seguitato da altri più meritevoli di biasimo, che di ricordanza? Sembra che si potrebbe anche obbiettare a codesto Apollonio la stessa poca cognizione dell' ortografia greca, che si trova mancante nella pittura di Alessandro Ateniese, mentre è scolpito (quando non sia errore di stampa)* ΕΠΟΗΣΕ *in luogo di* ΕΠΟΙΗΣΕ. *In quanto al simolacro di Fidia molte cose si debbono osservare: la prima, che Pausania (autore, che visse 100. anni dopo di Plinio) poteva dire il vero senza che Fidia avesse posto il proprio nome ai piedi della statua, e l' iscrizione in conseguenza fosse stata intagliata dopo; ed in fatti nessuno avanti di Plinio adduce tali parole; anzi ne abbiamo degli indicj opposti. Per qual ragione dell' altra statua di Minerva fatta agli Ateniesi scrisse Cicerone, che non potendo Fidia mettere il suo nome pose il proprio ritratto nello scudo di essa (h)? Sappiamo di più, che nella base, da cui si sosteneva, eranvi venti Dei nascenti, onde non poteva capirvi il nome dell' Artefice (i); Rifletto inoltre, che l' accennato testo di Pausania spettante al Giove degli Olimpii non dice* ἐποίησε *fece, ma* μ' ἐποίησε mi fece: *e che il detto si reca in bocca di Giove contro il costume degli artefici. Sembra dunque assai probabile, che l' iscrizione fosse posta dagli Elei, e forse dopo l' impero di Vespasiano, mentre Plinio descrive queste statue, come le avesse vedute. Quindi è che molti espositori, e fra questi l' Hardovin illustrando le parole di Plinio col testo di Pausania, non ispiegano certamente, che l' addotta iscrizione fosse posta da Fidia (k). Confesso però, che il Dati sembra essere di contrario sentimento, ove dice (l):* La maniera più comune di scrivere il suo nome nell' opere, mi do ad intender' io, che fosse: *IL TALE FECE*, usata da Fidia, come abbiamo udito, nel Giove Olimpio, e da altri ancora; e moderata da Policleto, e da Apelle, come diffusamente racconta Plinio nella prefazione all' Imperador Vespasiano, con ridurla a *FACEVA*. *Ma in questo luogo siccome il chiarissimo Autore nomina incautamente Vespasiano in luogo di Tito; così ancora sembra, che si dimentichi di quanto aveva riferito di sopra FIDIA &c. MI FECE (m); il che è diverso da IL TALE FECE. Non mi par dunque, che si possa accusare Plinio di aver accennate sole tre opere, nelle quali fosse scritto il tempo perfetto, perchè Pausania accenna, che sotto la statua di Giove si legeva* Fidia mi fece. *Più giustamente si deve notare la dimenticanza di Pausania, che nel tanto girare per la Grecia si scordi di parlare di Zeusi, quantunque fosse il primo (che trovando aperte le porte della Pittura da Apollodoro)* per quelle se ne entrò a rendere glorioso il pennello *(n); onde di ciò con tutta giustizia si maraviglia il Sallian (o), e dopo di lui il non mai abbastanza lodato Carlo Dati,* che Pausania in tutta la sua opera, nella quale nomina tanti artefici di minor grido, non faccia mai menzione di questo tanto famoso *(p). Tutto ciò sia detto senza punto derogare alle immense cognizioni di questo rispettabilissimo Consesso, e molto meno per diminuire il pregio delle antichità d' Ercolano, mentre due sole, se mal non mi appiglio, sono le maraviglie del Mondo: il Campidoglio in Roma, ed il Regio Museo in Portici.*

(1) *Con tal nome supporrei si potessero domandare i Critici, che da Plinio* Omeromastigi *si appellano. In questo rango si*
può

(a) *Vedi la pag. 656. dopo gli Avversarii:* Adversarior. *lib. IV.* (b) *Paolo Giovio nella vita di Leonardo da Vinci MSSt.*
(c) *Vedi* Castor, & Pollux — *a Parme — M.DCC.LVIII. pag. 8. &c.* (d) *Tom. I. pag. XLII. 10.* (e) *Vita di Apelle pag. 111.*
(f) *Catalog. pag. 24.* (g) *Abecedario pag. 6.* (h) *Quest. Tusculan. lib. I.* (i) *Vedi Plin. lib. XXXVI. 5.* (k) *Vedi Plin. lib. XXXIV. pag. 648. num. 1.* (l) *Vita d' Apelle pag. 110.* (m) *Pag. 106.* (n) *Vedi Plinio lib. XXXV. 3. e Carlo Dati pag. 2.*
(o) *Annal. Eccles. ann. Mund. 3657.* (p) *Postille alla vita di Zeusi.*

los, quos de Grammaticâ edidi, & ſubinde abortus facere [1] jam decem annis, cum celerius etiam Elephanti [2] pariant. Ceu verò neſciam adverſus Theophraſtum [3], hominem in eloquentiâ tantum [4], ut nomen divinum inde invenerit [5], ſcripſiſſe etiam feminam [6], & proverbium inde natum, *ſuſpendio arborem eligendi* [7]. Non queo mihi temperare [8], quo minùs ad hoc pertinentia ipſa Cenſorii Catonis [9] verba ponam [10], ut inde appareat etiam Catoni de militari diſciplinâ commentanti [11] (qui ſub Africano [12], imò & ſub Hannibale [13] didiciſſet militare, & ne Africanum quidem ferre potuiſſet [14], qui Imperator triumphum reportaſſet [15]) paratos fuiſſe iſtos, qui obtrectatione alienae ſcientiae famam ſibi aucupantur. *Quid enim* [16], ait, *in eo volumine? Scio ego quae ſcripta ſunt, ſi palam proferantur multos fore* [17], *qui vitilitigent* [18].

Sed

ANNOTATIONES.

(1) *Abortus facere*. Emicat ſtyli convenientia, ubi de duplici filice (*a*): *neutra danda mulieribus, quoniam gravidis abortum, caeteris ſterilitatem facit*.

(2) *Elephanti*. Ex codicibus Ambroſianis, Riccardian., Londin. aliiſque memini me legiſſe *Elephanta*, quod Graeciam magis ſapit. Nobilis eſt hoc loco Plinii exclamatio, ut minimas Grammaticorum nugas oſtenderet (quibus tantùm inepti cenſores tribuebant) eas maximo animalium comparavit: *Nihil enim*, adnotante Quintiliano (*b*), *rarum ipſa natura voluit magnum effici citò, propoſuitque pulcherrimo cuique operum difficultatem, ut majora animalia diutius viſceribus parentum contineantur*. Vide Joh. Baptiſtam Cavatium apud Guilielmum Peraldium (*c*). Cum Plinius in ſuos grammaticales libros a ſciolis debacchari animadverteret poſt decimum editionis annum, celerius Elephantos parere adnotavit. Popularis ſiquidem apud diverſos invaluerat ſententia, decem annis foetum geſtare. Hinc Plautus in Sticho:

Audivi ſaepe vulgo a multis dicier
Solere Elephantum gravidam perpetuos
Decem eſſe annos.

Plinius verò (*d*) *decem annis geſtare in utero vulgus exiſtimat: Ariſtoteles biennio — vivere CC. annis, & quoſdam* CCC. Nec differt Solinus (*e*). Elephantos CCC. annis vivere ex Divo Ambroſio refert Olaus Magnus (*f*). Id falſum ex Luſitanorum navigationibus oſtenditur. Diodorus Siculus, Strabo, Aelianus Elephantos menſes ut minimum ſexdecim gravidas, ut plurimum octodecim affirmant. Menſium differentia a Lunationibus deſumenda (*g*). De Elephantis habes Philoſtratum (*h*), Galenum (*i*), atque inter recentiores Aldrovandum (*k*), Jonſtonum (*l*), Salmaſium (*m*), maximè erudita in VIII. Plinii librum congerentem. Pro omnibus ſufficiet Petrus Gillius, qui de Elephantis ſingularem edidit deſcriptionem. Vnum Neapoli docilem vidimus, quem Turcarum Imperator Carolo Regi dono miſerat.

(3) *Theophraſtum*. Theopraſtus Ariſtotelis diſcipulus claruit ante Chriſti ortum ann. CCCXXX. natus Olympiad. CXIV. anno tertio, obiit Olympiade CXXIII. juxta multos, quos ſequitur Lengletus (*n*). Error tamen ibi cubat haud dubius, cum in duplum ſaltem vitam protulerit. Fallitur etiam Laërtius (vel quod vero propius corrupti ab amanuenſibus codices), ubi Theophraſto LXXXIII. anni tantùm aſſignantur. Superavit centeſimum, & nonageſimo nono admirandos characteres vulgaſſe in operis praefatione teſtatur (*o*). Divus Hieronymus Theophraſtum annos CVII. vixiſſe ad Nepotianum ſcribens affirmat. Illi Cardanus locum in XII. Artium praeclariſſimis ſcriptoribus fecit; ſuntque ejus judicio Plato, Ariſtoteles, Euclides, Archimedes, Vitruvius, Ptolemaeus, Hippocrates, Galenus, Dioſcorides, Cicero, Quintilianus, Theophraſtus. In Theophraſti elogio utique Cardano ſubſcribam; ſed Dioſcoridi, Vitruvio, Quintiliano, Ptolemaeo Plinium antepono, & reliquorum nemini ſecundum praedicabo.

(4) *Tantum*. Mediolanenſes Ambroſiani, Riccardianus, Londinenſis codices Harduino, & Durando concinunt. In editis plerumque occurrit *ſummum*. Melior membranarum ſcriptura, cum *tantum hominem* dicat Theophraſtum, ut hanc appellationem ex eloquentiâ illi indiderit Ariſtoteles, de quo Plinius alibi, minimè caeteroquin laudaturus: *attingam tamen*, ait (*p*), *quae tantus vir in doctrinâ non ſprevit*.

(5) *Invenerit*. Ab oris nempe, & eloquentiae ſuavitate quaſi divinâ. Tyrtamus initio dictus *Euphraſti* cognomen benè tanquam *loquentis* invenit. Poſtremò Theophraſtus a θεὸς *Deus*, & φράσις *elocutio*. Cicero in Bruto *Quis Ariſtotele nervoſior, Theophraſto dulcior?*

(6) *Feminam*. Idem Cicero poſtquam (ut ſupra meminimus) de Tincâ, & Granio locutus eſt „Vt ego, *inquit*, jam „non mirer illud Theophraſto accidiſſe, quod dicitur, cum percunctaretur ab aniculâ quâdam, quanti aliquid ven„deret, & reſpondiſſet illa, atque addidiſſet: *Hoſpes non pote minoris*, tuliſſe eum moleſtè, ſe non effugere hoſpitis „ſpeciem, cum aetatem ageret Athenis, optimèque loqueretur.„ Quintilianus *multos enim*, ait (*q*), *quibus loquendi ratio non deſit, quos curiosè potiùs loqui dixeris quàm latinè, quomodo & illa Attica Anus Theophraſtum alioqui hominem diſertiſſimum annotatâ unius affectatione verbi hoſpitem dixit, nec aliò ſe id deprehendiſſe interogata reſpondit, quàm quòd nimiùm Atticè loqueretur*. Ciceronis, & Quintiliani verba innuunt Theophraſto ex nimiùm quaeſito ſermone objurgatoriam non defuiſſe cenſuram. Femina tamen, quae in illum ſcripſit, altera eſt ab Anu tanti hominis loquendi rationem improbante. Idem Cicero (*r*): *Non modò Epicurus, Metrodorus, & Hermachus contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, ſed muliercula etiam Leontium contra Theophraſtum ſcribere auſa ſit, ſcito illa quidem ſermone, & Attico*. Joh. Pacius, notat Leontium volumen in Theophraſtum edidiſſe pro tuendo adverſus conjugium meretricio: quae ubi vera ſint, cauſſarum improbiſſimam fucatis unicè verbis, non rationibus defendendam ſuſcepit. Conſule Divum Hieronymum adverſus Jovinianum.

(7) *Eligendi*. Eſcorialenſes, Riccardianus, Vallicellianus cum Harduino, & Durando. *Eligendam* Ambroſiani, Perotus, Vgoletus, Jovius. Jeſuita interpres Plinii mentem nititur explicare, ut nempe ſuſpendio jam quaerere mortem oporteat homines, vitaeque renunciare, cum tantum licentiae vel imperiti, vel feminae ſumant, ut in viros doctiſſimos ſcribant. Ducentis jam ante annis Perotus brevius: *prorſus*, ait, *deſperandum eſſe, quum adverſus doctiſſimos viros ſcribere & mulierculae praeſumant*. Putarem aliqua etiam magis recondita in hyperbolâ cubare: ſcilicet ipſius

mor-

(a) *Lib. XXVII. 9.* (b) *Lib. X. 3.* (c) *Tract. pag. 61. num. 9.* (d) *Lib. VIII. 1.* (e) *Cap. XXV.* (f) *In praefat. lib. XVII.*
(g) *Vide Bacon. Verulam. Hiſtor. Vitae human. col. 499.* (h) *Vita Apollon. Tyan.* (i) *De uſu partium.* (k) *De Quadruped.*
(l) *Hiſtor. natural. de quadrup. Cap. V. pag. 17.* (m) *Tom. I. Solin. pag. 216. & ſeq.* (n) *Tabul. Chron. pag. 280.*
[o] *Vide Theoph. & Jo. Bruer. Tom. I. pag. 4.* [p] *Lib. XI. 51.* [q] *Lib. VIII. 1.* [r] *De naturâ Deorum.*

ticali, e poi già passati due lustri aggiungessero degli aborti, superando in ciò gli Elefanti, che a dar in luce i loro parti minor tempo frappongono. Ma queste cose io disprezzo (1), *mentre so che ancora contro di Teofrasto esemplare della più sublime eloquenza, ed in grazia di cui fu con divino nome chiamato*(2), *ardì scrivere una Donnicciuola, onde trasse origine il proverbio, che* bisogni anche scegliere un albero per appiccarsi. *Rattenermi non posso dall'addurre una sentenza di Catone il Censore, posciachè ottimamente cade in acconcio al presente discorso. Da costui, che tanto rischiarò co' suoi scritti la militare disciplina (e che da Scipione, anzi dallo stesso Annibale appresa avea l'arte del guerreggiare, e soffrire non poteva il fasto, e le maniere di Scipione, e che essendo Generalissimo meritò l'onore del trionfo) ognuno intenderà, che sempre trovaronsi critici desiderosi di rendersi celebri col deprimere l'altrui sapere.* In che, *diceva egli*, a voi dispiace il mio libro? Era ben certo, che pubblicandosi una tal'opera, parecchi l'avrebbero cri-

ANNOTAZIONI.

può comprendere Carlo Perrault, mentre per far campeggiare i moderni depresse gli antichi, e singolarmente si lasciò trasportare contro di Omero, e di Virgilio, rispettando per altro infinitamente Plinio. Dalla libertà troppo ingiuriosa ai Principi de' Poeti nacquero le grandi contese fra lui, e Nicola Boileau, delle quali abbiamo sufficientemente parlato nel settimo libro.

(1) *Si sono aggiunte per chiarezza le parole sotto intese nel conciso* cen vero nesciam, *la di cui letterale traduzione è*: quasiechè non sappia.

(2) *Prima chiamavasi Tirtamo, e fu detto Teofrasto dal grande Aristotile, motto composto dalla parola* Theos *Dio, e* Phrasis *elocuzione. Quanto abbiamo riferito di Teofrasto, che da una vecchiarella Ateniese fu conosciuto per forestiere, crederei si dovesse intendere non unicamente a cagione delle parole, ma ancora per effetto della pronuncia, e di quella asprezza nel favellare, che i Parigini chiamano nei Guasconi, Normandi, Piccardi &c.* accent. *Questa aggiunta all'affettato studio dei vocaboli supporrei inducesse la Donna a sentenziare, che Teofrasto era forestiere; sebbene appresso Quintiliano non si riferisca altra ragione fuori della troppo grande ricerca nei termini.*

ANNOTATIONES.

mortis genus ita circumscribendum, ut nihil alieno linquamus arbitrio, dum cuncta tali pacto externis subsunt cupiditatibus, ut in auctorem divinum etiam meretricula scribere non erubuerit. Paullus Manutius in adagiis hunc Plinii locum illustrat. Vide Erasmum, & Coelium Rhodiginum a Dalecampio allatos.

(8) *Temperare*. Libro XVIII. *Nequeo mihi temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis referam* (*a*); item de Tiberio: *qui non quivit sibi temperare* (*b*).

(9) *Censorii Catonis*. Cato major ab officio Censorius appellatur, eoque agnomine saepe a Plinio celebratus a recentiore ejus pronepote, sive Vticensi distinguitur: eâdem ratione dicitur a L. Senecâ *M. Cato Censorius*. Conveniunt sibi hoc loco omnes codices praeter Ambrosianum I., ubi *censoria Catonis verba*. Docet Quintilianus, censoriam virgulam notam esse criticam, & damnatoriam (*c*); & Cicero ipsissimâ significatione censoriam animadversionem pro corrigendi actu subjecit (*d*). Obiit Cato post annum Vrb. Cond. sexcentesimum circa captam Carthaginem, & Corinthum (*e*). Tanti viri elogium non semel Plinius contexuit. Cicero de Catone (*f*): *Nemo apud Populum fortior, nemo melior Senator, idem facilè optimus Imperator: denique nihil in hâc civitate temporibus illis sciri, discive potuit, quod ille non cum investigaverit & scierit, tum etiam conscripserit.*

(10) *Ponam*. Libri XXXI. initio *ponam ipsum carmen*.

(11) *Commentanti*. Ambrosianus II. Riccard. Vgolet. Jovianus, Harduinus, Durandus. Militaria Catonis volumina citant Flavius Vegetius, & Priscianus, quae apud Harduinum invenies: Iis praeponam antiquiorem Gellium, ubi lego (*g*) „Cato, quoque in libro quem de re militari composuit, docet (verba haec sunt Catonis) *ut populus suâ opera potiùs ob rem bene gestam supplicatum eat, quàm re malè gestâ coronatus veneat* „ Turnebum arguit Harduinus, eo quia primus reposuerit *comminanti*, tum magis quòd libri omnes praeseferant *commentanti*. Verùm antiqui codices non deerunt Turnebo, siquidem ipsi omnino favent Ambrosianus I., & Londinensis, aliique: nec sanè haec lectio undique exsibilanda, nam & Catonis indolem, atque illius genium exprimit; nec inde abhorrent Plutarchi sententiae, qui de Catone (*h*) *Africanum majorem --- non dubitavit oppugnare. Sed & quaestor cum eo ad bellum in Africam missus, ubi usurpare cernit eum solitam profusionem, & pecuniam effundere in milites, admonuit eum libere --- Cato --- infinitae pecuniae dissipationem Scipionis --- apud Patres insectans --- effecit, ut mitteretur ad eum Tribunus Plebis.*

(12) *Sub Africano*. Nempe sub P. Cornelio Scipione Africano Majore, de quo paullò ante, cujusve memoria apud omnes invenitur.

(13) *Sub Hannibale*. Cato contra Hannibalem prima fecerat stipendia annum agens XVII. (*i*), unde Plinius eleganter illius nomen adducit, quia contra hostem peritissimum, atque impigrum bella gerens ab illo didicerat militare.

(14) *Potuisset*. Legimus apud laudatum Cornelium Nepotem (*k*). *Quaestor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano Consuli; cum quo non pro sortis necessitudine vixit. Namque ab eo perpetuâ dissensit vitâ*. T. Livius (*l*) *Morte Africani crevere inimicorum animi, quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui vivo quoque eo adlatrare ejus magnitudini solitus erat.*

(15) *Reportasset*. Idem Cornelius Nepos (*m*): *Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco sorte provinciam nactus Hispaniam Citeriorem, ex eâque triumphum deportavit.*

(16) *Quid enim*. Hujusmodi verba Harduinus, & Durandus non Catonis, sed Plinii esse conjiciunt. Ego ipsissima ad Catonem refero plurium codicum, & Riccardiani praesertim scriptione, atque rerum etiam fretus texturâ.

(17) *Multos fore*. Ex Riccardiano, Londinensi, Vgoletino, Joviano codicibus, Barbato, Palmario, Alexandro Benedicto, Gelenio, Paullo Manutio, Dalecampio, Harduino &c. In Ambrosianis *esse*.

(18) *Vitilitigem*. Riccard. Jovian. Vgoletin. codices, atque post allatos interpretes Harduinus. Rectam horum opinionem

[a] *Lib. XVIII. 6.* [b] *Lib. XXXVI. 8.* [c] *Lib. I. 2.* [d] *Pro Cluvent. 42.* [e] *Lib. XIV. 3.* [f] *Lib. III. de Oratore.*
[g] *Lib. VII. 4.* [h] *Ex versione latinâ in vitâ Catonis Censorii.* [i] *Cornelius Nepos in Catonis vitâ.*
[k] *In Catonis vitâ pag. 354.* [l] *Lib. XXXV.* [m] *Vita Caton. pag. 256.*

Sed hi potissimum, qui verae laudis expertes sunt (1). *Eorum ego orationes* (2) *sino praeterfluere* (3). Nec Plancus (4) illepidè, cum diceretur Asinius Pollio (5) orationes in eum parare, quae ab ipso, aut liberis (6) post mortem Planci ederentur, ne respondere posset (7): *Cum mortuis non nisi larvas luctari* (8). Quo dicto sic repercussit illas, ut apud eruditos nihil impudentius judicetur. Ergo securi etiam contra vitilitigatores (9), quos Cato eleganter ex vitiis, atque litigatoribus composuit (quid enim illi aliud quàm litigant, aut litem quaerunt?) exequemur (10) reliqua propositi. Quia verò (11) occupationibus Tuis publico bono parcendum erat (12), quid singulis contineretur (13) libris, huic epistolae subjunxi (14), summâque curâ ne legendos (15) eos haberes operam dedi. Tu per hoc, & aliis praestabis, ne perlegant. Sed ut quisque desideraverit aliquid, id tantùm quaerat, & sciat, quo loco inveniat (16). Hoc ante me fecit

ANNOTATIONES.

nem comprobant, quae sequuntur de vitilitigatoribus, quos scitè a Catone ex vitiis atque litigatoribus nominari tradit Plinius. Ambrosian. I. *multos esse qui ita reprobent, sicut eligant*. II. *qui inviti legant*. Verbum *vitilitigo* unicè ex Plinianâ praefatione Lexicographis innotuit, postquam de genuinâ scripturâ Barbarum admonuit Fabricius Camers.

(1) *Expertes sunt*. Ex Riccardiano, Londinensi, Harduino, & Durando. In Ambrosianis, reliquisque codicibus τὸ *sunt* desideratur.

(2) *Orationes*. Hocce vocabulum tum in bonam, tum in malam partem accipitur. Plinius infra (a): *Jam Catonis Censorii orationes aprugnum exprobrant callum*. Hoc loco orationes pro criticis sciolorum foeturis sumuntur.

(3) *Sino praeterfluere*. Ambrosiani, & nonnulli alii codices jejuno sensu habent *sibi praetereo*: hoc ex compendiosis notis, quibus *sino praeterfluere* in primigeniis exemplaribus reddebatur, procul dubio manavit: in Londinensibus membranis *orones s. ptereo*. Cicero de voluptate iisdem Catonis verbis: *nec praeteritam praeterfluere sinere* (b).

(4) *Nec Plancus*. Hujus Plinius saepe tanquam bis Consulis, Oratoris, & supremi Romanarum copiarum Ducis meminit, & aptè hoc loco Pacius: *De Munatio Planco intelligi reor*. Erat illi praenomen Lucius. Conjunctus vixit C. Julio Caesari, ac Ciceroni, cujus fuit auditor (c). A L. Senecâ dicitur *summus Declamator* (d). Meminit Suetonius (e), Divus Hieronymus in Chronico (f), aliique, quos praetereo, ut Macrobium audiamus (g). *Plancus in judicio fortè amici, cum molestum testem destruere vellet, interrogavit (quia sutorem sciebat) quo artificio se tueretur. Ille urbanè respondit:* Gallam subigo: *sutorium hoc habetur instrumentum, quod non infacetè in adulterii exprobrationem ambiguitate convertit: nam Plancus in Maeviâ Gallâ nuptâ malè audiebat*. Hic igitur, qui *nec illepidè* se contra Asinium tuebatur: *non infacetè* ab aliis punctus fuit.

(5) *Asinius Pollio*. Videtur, quòd antea amici essent Pollio, & Plancus, cum primum reprehendat Gellius *in quâdam epistolâ, quam ad Plancum scripsit*, eo quia Sallustium grammaticalibus, frigidisque nugamentis perstringere ausus sit. Asinius Pollio (quem in Ciceronem scripsisse adnotavimus) fuit caeteroqui doctrinâ, & judicio maximè spectandus, cum de illo tanquam *Principe Oratore, & Cive*, idest summo Oratore, & Romano cive nobilissimo Plinius loquatur (h), nec uno loco in naturali historiâ laudetur (i). Valerius Maximus non minimam partem Romani styli in Pollione agnoscit (k). Vellejus Paterculus nihil ei denegatum affirmavit, quod nobilissimis summâ cum laude consequendum foret (l). Pollionis insuper meminerunt Plinius Caecilius (m), Tacitus (n), Suetonius in Caesare, & illustribus Grammaticis. Contra ingenio ferox a Quintiliano dicitur (o); & Seneca filius: *Lege*, inquit (p), *Ciceronem, compositio cujus una est, pedem servat, curata, lenta, & sinè infamiâ mollis. At contra Pollionis Asinii salebrosa, & exiliens, & ubi maximè expectes relictura. Denique apud Ciceronem omnia desinunt, apud Pollionem cadunt, exceptis paucissimis, quae ad certum modum, & ad unum exemplar adstricta sunt*. Hnc usque turgidus Philosophus, qui sibi pugnantia videtur scripsisse, cum alibi Pollionem *Oratorem magnum* appellaverit (q). Quare cum Asinii Pollionis laudes recenseat Seneca Pater (r), & a Virgilio (s), & Horatio (t), Latinorum varum Principibus celebretur: Ciceroni quidem in oratoriâ minorem; sed adhuc plurimorum operum (utinam non deperditorum) nobilem parentem affirmarem. Inter multa argutè a Pollione dicta illud a Macrobio relatum non praetermittam (v). *Temporibus Triumviralibus cum Fescenninos in eum Augustus scripsisset: ego taceo* (reddidit Pollio) *non est facilè in eum scribere, qui potest proscribere*.

(6) *Aut liberis*. Praesertim ab Asinio Gallo, de quo M. Seneca (x) *Pollio --- cum filium Asinium Gallum relinqueret magnum Oratorem, nisi illum (quod semper evenit) magnitudo patris non produceret, sed obrueret*. Haec sanè tantùm Pollionis stylum elevant, quantùm Seneca filius paternis oppositus sententiis depressit. Librum composuerat Gallus, ubi Pollionem, & Tullium comparans, palmam genitori suo dare ausus est, ut Plinii Caecilii verbis utar (y). Asinii Galli meminerunt Suetonius in Claudio, & illustribus Grammaticis, Seneca filius, & Tacitus; fuitque juxta Divum Hieronymum (z) diris a Tiberio suppliciis necatus. Habes Lipsium, Schottum, aliosque innumeros inter recentiores, pro quibus sufficiet Muratorius, ubi dubitat vî, an fame perierit (aa). Quod certum fuit Gallus Plancinae suppar, quae sibi eodem anno manus intulit. Noscimus igitur ab elogio supra recitato, hanc fuisse L. Planci filiam, tum magis si Dioni comparetur, a quo Munatia Palancina ritè appellatur. Latinorum brevitas effecit, ut Plancinae cognomen nominis locum usurpasse videretur; atque haec studiosi filii mei in gratiam dicta sint, qui dum ista commentaremur, gentiliciam Plancinae appellationem a doctis inquirendam rescire desideravit (bb).

(7) *Posset*. Ex Riccardiano, Vgoletino, Jovianio, quibus edita subscribunt exemplaria. In Ambrosianis, Carbonarino, Londinensi, aliisque *nec respondere posse*. Iis accessit Durandus.

(8) *Luctari*. Hocce verbum Plinius sterilibus campis in naturali historiâ adaptavit (cc): *Malus est ager, cum quo Dominus luctatur*. Alibi etiam saepius, & de rebus visendo corpore destitutis. *Si in nube luctetur flatus, aut vapor* (dd). Alte-

(a) *Lib. VIII. 51.* (b) *V. Tusculan.* (c) *Vide Harduin. hoc loco.* (d) *Consule Nicolaum Fabrum lib. I. Controvers. VIII. M. Senec.*
(e) *In illustribus Grammat.* (f) *Vide allat. Fabrum.* (g) *Saturnal. lib. II.* (h) *Lib. XXXV. 2.*
(i) *Lib. VII. 3.* (k) *Lib. VIII. 14.* (l) *Histor. I.* (m) *Lib. VI. 29.* (n) *Annal. I.* (o) *Lib. VI. 4.* (p) *Epist. VI.*
(q) *De tranquillitate animi lib. I. 14.* (r) *Lib. IV. Controvers. in praefat.* (s) *Ecloga III. vers. 86. & seq.* (t) *Lib. II. Od. I.*
(v) *Saturnal. II.* (x) *Controvers. libr. IV.* (y) *Lib. VII. 4.* (z) *In Euseb. Chronico.* (aa) *Annal. Tom. I. pag. 86.*
[bb] *Vide Lipsium ad II. Taciti Annal. librum.* [cc] *Lib. XVIII. 3.* [dd] *Lib. II. 43.*

crivellata a torto, e quelli singolarmente, che giammai niuna verace lode si meritarono; ma io punto non bado alle loro cavillazioni. *Non meno graziosa fu la risposta, che diede Planco a chi riferigli, come Asinio Pollione componeva contro di lui delle invettive, le quali aveva determinato, o per se medesimo, o per mezzo de' suoi figliuoli pubblicare solamente dopo la morte di Planco, onde tolto gli venisse il modo d'ogni difesa:* che solo i Fantasmi lottavano coi Defunti. *Col qual detto talmente oppresse la maldicenza in esse contenuta, che sfrontatissime da' saggi vengono giudicate. Sicuri per tanto dall' invidia de'* vizzilitigatori (1), *composto, che felicemente tratto da vizzi, e da litigatori Catone inventò (mentre a qual altra cosa pensano cotesti, se non a litigare, o delle liti girsene in traccia?) il proposto argomento al bramato termine condurremo. Ma siccome per riflesso della pubblica utilità riguardare si dovea alle vostre occupazioni, ho aggiunto a questa lettera un epilogo di quanto in ogni libro si dichiarava, con esattissima diligenza adoperandomi, acciocchè leggerli seguitamente costretto non foste. Coll' esempio vostro gli altri pure sapranno, che a loro non corre l' obbligazione di consultarli da capo a piedi, ma col proposto mezzo di quelle cose, cui bramano informarsi, il luogo ritrovare. Vn tale meto-*

ANNOTAZIONI.

(1) *Questa voce, sebbene nuova, ardirei dire, che si richiegga dal testo, e si possa adattare alla nostra favella.*

ANNOTATIONES.

Alterius Manes exagitare pusillos, seu potiùs improbos unicè decet. Id enim, ut opportunè Madrisius (*a*), gravissimâ tantùm de caussâ agendum est. Plinius sequens „ simul vitabis illud Οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν (*b*) „ ubi multa ad hanc rem congesserunt Catanaeus, & Cortius; qui de Homeri versus initio, & differentiis consulendi. Alia affert exempla hoc Plinii nostri loco Dalecampius, & auctoris aurea verba mutuatur Beroaldus ad Politianum scribens de Georgio Merulâ jam vitâ functo.

(9) *Vitilitigatores.* Ita Riccardianus, Escorialenses, Ambrosian. II. Anonymus in Carbonarino, Joh. Andreas Aleriae Episcopus (*c*), & impressa ut plurimùm exemplaria. Discedendum igitur a primo Ambrosiano, ubi *Vitiilitigatores*, a codicibus Vgoleti, Jovii, & Politiani, ubi *Vitiligatores* (*d*), quod pariter in Venetâ impressione Plinii ann. 1496. invenies. Nostra lectio placuisse videtur Antonio Sandino; & qui eum longè praecessit Andreas Alciatus, cum Grammaticos argueret: *Itaque*, ait, *aequo animo vitilitigatores isti Jureconsultos in hac voce graecissantes audiant:* itemque in epistolâ ad Paul. Jovium. *In hac causa, quae multos vitilitigatores habitura est.* Demum Petrus Petitus ad Plinii sententiam respiciens opusculum edidit, cui titulum fecit *Vitilitigator* (*e*). Mirè ad hunc Plinii locum convenit Clemens Alexandrinus, cum in quosdam Sophistas verissimos Grammaticorum patrueles invehitur. Interpres tali pacto graecam sententiam aemulatur (*f*): *contentiosas comparantes quaestiones, distinctiunculatum venatores, pusillarum quarundam artium aemulatores, litigatores, & jurgiorum consarcinatores, in nominum delectu, & certâ dictionum compositione, & connexione totâ vitâ laborantes.*

(10) *Exequemur.* Riccardianus, & reliqui exceptis Ambrosianis, ubi *exequamur*.

(11) *Quia verò.* Habent membranae Vgoleti, Jovii, Breviarium Vallicellianum, & vetustae editiones in hoc Salmasio accedentes. Caeterum Riccardianus, Ambrosiani, Londinensis, & plerique *quia occupationibus*. Potes & hanc cum Gelenio, Manutio, Dalecampio, Harduino, & Durando recipere, cum rerum cognitioni minimè officiat. Altera clarior videtur, & Breviarium Vallicellianum optimae notae exemplar nusquam verba Plinio addit: quare eo favente particulam *verò* recipiendam duxi, quam etiam in libris calamo exaratis inveniri Dalecampius non dissimulavit.

(12) *Parcendum erat.* Nempe ne ingens temporis spatium insumeres ad scriptores consulendos, quorum auctoritati, & sententiis vel innitor, vel adversor: non enim iis praecipuè, sed formandae Populorum felicitati student optimi Principes; unde eleganter Horatius ad Augustum (*g*):

——— in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Caesar.

(13) *Contineretur.* Ex Ambrosianis codicibus, Dalecampii manuscriptis, & Salmasio. In vulgatis plerumque *contineatur*, quae lectio in idem cum nostrâ confluit.

(14) *Subjunxi.* Quid Plinius epistolae addiderit, re ipsâ patet; nempe elenchum librorum omnium XXXVI., quaeque in iis essent praecipua suo cuique volumini adscripta: rerum, historiarum, observationum summam: auctorumque in latinos, externosque distributorum nomina: pagellarum etiam numerum non omisisse credi potest, ut omnia faciliori negocio Titus inveniret (*h*). Inde amanuenses naturalis historiae libris sectiones, seu capita improbè addiderunt. Quamvis in praefatione tot sustulerim errata, nec minora in attexto indice lateant: quae adhuc supersunt minimè corrupta Harduiniani judicii iniquitatem arguunt, cum primum Plinii librum posterioris aevi figmentum venditavit. Quis enim barbaris seculis tam doctus esse potuit, ut similia eruditionis, & sapientiae refertissima consarciens nusquam aberraret? Quisnam Plinium Valerii Sorani sequi methodum nosset, nisi ipse de se talia affirmasset?

(15) *Legendos.* Ita Codices Ambrosiani, Escorialenses, Londinensis. In aliis pleramque, editisque occurrit *perlegendos*. Quod particula *per* hoc loco redundet ex allatâ dictorum texturâ colligerem. Plinius Titum ingentibus Reipublicae curis distentum nolens defatigare, se maximâ curâ operam dedisse asserit, ut adamussim aliorum sententiae in naturali historiâ redderentur: ubi igitur Caesar dicantis confideret integritati, atque diligentiae, per hoc caeteris exemplo praestabat Imperator doctissimus, ne Graecos, Romanosque auctores a principio usque ad finem criticis oculis collatos naturali historiae conferrent. Videtur, quòd inde etiam lucidior emergat sensus, cum erudito, occupatoque Principi *legere* subsecivis horis sufficere debeat: Sapientibus, ut aequum librorum proferant judicium, *perlegere* necesse

[a] *Pag. 229.* [b] *Lib. IX. 1. pag. 631.* [c] *In cod. Passionato.* [d] *Vide & lib. 1. Miscell.*
[e] *Vide Bibliothec. Baluz. Tom. II. pag. 954.* [f] *Stromat. lib. I.* [g] *Lib. II. epist. I.*
[h] *Vide harum Disquisition. lib. VI. pag. 202.*

cit [1] in literis noſtris Valerius Soranus [2], in libris quos ἐποπτίδων [3] inſcripſit. Vale [4].

ANNOTATIONES.

neceſſe ſit. Eſt enim perlegere magis quàm legere. Hinc Apulejus, qui tanta a Plinio ſuppreſſo nomine exſcripſit :
(a) *Sine omnia inſpiciam, a principio ad finem perlegam*. Addit igitur vim particula *per*, uti eruitur ex Senecâ filio :
Catoni Populus Romanus Praeturam negavit, Conſulatum pernegavit (*b*).
(16) *Inveniat*. Nempe elencho propoſito, ſeu breviario in promptu erit omnia invenire. Hujuſmodi conveniunt extre-
mis libri IV. verbis. *Peracto ambitu Europae reddenda conſummatio eſt, ne quid non in expedito ſit noſcere volentibus*.
(1) *Fecit*. Verba Plinii imitatur Sigonius in praefatione ad Livium : *quod Glareanus ante me fecit*.
(2) *Valerius Soranus*. Duos fuiſſe Valerios Soranos, Quintum nempe, ac Decimum ſcientiis, & facundiâ ſpectandos
innuit Cicero, qui in Bruto haec habet : *Q. & D. Valerii Sorani vicini, & familiares mei, non tam in dicendo admi-*
rabiles, quàm docti, & graecis literis, & latinis. Plinius hoc loco ad Quintum provocat fratre doctiorem, & eâdem
profeſſione Medicum. Jo. Pacius adnotavit Nonnium Marcellum Ciceronis auctoritatem ex III. de Oratore adducere
in dictione *proceſſu*. Ciceroni addere poſſumus Varronem libro IV. de linguâ latinâ jam a Dalecampio allatum. Vul-
gavit Quintus inter alia Hippocratis vitam (*c*) : hujus, & fratris operum pars innotuit Franciſco Philelpho, qui li-
bro epiſtolarum ſexto : *Memini*, ait (*d*), *cum nuper eſſes Mediolani, vidiſſe apud te vetuſtiſſimum quendam codicem,*
qui Medicorum plurium ſcripta complecteretur, ut Cornelii Celſi, & utriuſque Sorani. Conjicit Morhofius epiſtolas in-
digitari, quas Q. Soranus ad M. Antonium de Cleopatrae libidine coërcendâ ſcripſit (*e*). Ego iis meliora Philel-
phum attigiſſe credo, nam epiſtolae a doctis ſuppoſititiae judicantur. Sorani cognomentum utriſque fratribus com-
mune a patriâ Sorâ Arpino conterminâ deductum fuit.
(4) Ἐποπτίδων. Reſtituo ex Vallicelliano Breviario, Palmarii, Jovii, Vgoleti codicibus, & Theodori Gazae autogra-
phâ ſcripturâ, Parmenſibus editionibus (*f*), Tarviſanâ (*g*), Brixianâ (*h*), & Venetiis 1496. 1498. 1499. in quibus
tamen Graeca vox Romanis elementis, ut alia multa, exprimuntur. Riccardianum exemplar corruptè *epaptidion*. Co-
dex Barberinus bombycinus, Toletanus, Romana impreſſio anni 1470. *epoptedon*. Perotus *epoptidon*. Graecè ἐποπτίδων
abſque diphthongo plures recipiunt, uti Turnebus, atque ante Turnebum Figueretus, Straneus, & Pacius, qui ad
hanc vocem ſubjecit : *Lactantius tradit Sicinium Capitonem libros ediſiſſe cum inſcriptione Spectaculorum*. Accedunt
Pariſienſis editio apud Johannem Parvum, Lugdunenſes a Nicolao Victorio, & Andreâ Morguaeſio emendatae, Leo-
degarius a Quercu, Gelenius, Paullus Manutius, Dalecampius, Hackii, Prouſtius apud Gellium, Harduinus, Du-
randus. Primi Perotus, & Benedictus omegâ expuncto vulgaverunt ἐποπτίδον. Turnebus imaginatur Sorani libel-
los de Grammaticâ tamquam de myſteriis literarum, & doctrinae fuiſſe ; ſed haec non Grammaticalia, ſed Theo-
logica ex ipſius Plinii ſcriptis evincuntur. Prouſtius, qui ἐποπτίδων *ſpectaculorum* interpretatur, potiùs ad notiſſima, quàm
ad arcana videtur reſpexiſſe, quod longè ante illum placuit Straneo, & Figuereto. Nos priori adhaeremus interpre-
tationi, quam & Joſeph Scaliger in paedagogos invectus adoptavit, cum illum a Manilii lectione interdixiſſent, ubi
de Mathematicis ſcribit : *quod*, ait (*i*), *ſibi ſolis epoptis ad illa adyta penetrare fas putent*. Habes & Salmaſium in
prolegomenis ad Solinum multa congerentem, ubi legit in libris, quos *epoptidum* inſcripſit. Notandum tamen quòd
vel ſuâ, vel typographi incuriâ legit *Valerianum* (non *Valerium*) *Soranum*. Reconditam ſcientiam in iis voluminibus
Soranum tractaſſe titulus oſtendit. Os enim in magnis myſteriis ſignabant Epoptae, quibus ſilentii neceſſitas indice-
batur (*k*). Porrò Q. Valerii Sorani ἐποπτίδων opus *Ceremoniarum arcana* interpretandum jubet Plinius (*l*): *Roma ---*
cujus nomen alterum dicere arcanis ceremoniarum nefas habetur : optimàque & ſalutari fide abolitum annunciavit Vale-
rius Soranus, luitque mox poenas. Benedictus Jovius, qui cum pleriſque videtur hoc loco legere *enunciavit*, haec ſub-
dit „ *Valerius Soranus* Theologus fuit Latinus, qui de Sacris ſcripſit, nam graeca illa vox *epopteidon*, ideſt myſterio-
„ rum interpretatur. Epoptes novitius Sacerdos appellatur. Valerius Soranus, cum auſus eſſet verum Romae nomen
„ enunciare, in crucem ſublatus eſt, cujus carmina hujuſmodi circumferuntur „

Jupiter Omnipotens, Regum Rex ipſe, deusque
Progenitor, genitorque Deûm, res unus, & omnis
Pectora noſtra tuo divino numine reple.

Si haec ad Valerium ſpectant, meliora apud Ethnicum dogmata minimè invenies ; neque multum a Chriſtianâ
perſuaſione abſunt ; imò aliquam de ipſo Trinitatis myſterio notionem videntur afferre. Hoc cum Judaei an-
te Chriſti adventum ignoraverint : difficile credam Syllanis temporibus Valerio innotuiſſe. Si plura de illo noſſe optas,
conſule Ciceronis interpretes in Bruto, Plutarchum, Divum Auguſtinum, & Robertum Keuchemium, a quo inter
ſuperſtitioſos Medicos collocatur (*m*).
(4) *Vale*. Hanc vocem recipiunt codices Vgoleti, Jovii, autographus Palmarii, & plures vetuſtae editiones ; &
quamvis a recentioribus typographis omiſſam videtur expoſcere titulus *C. Plinius Secundus T. Veſpaſiano Suo Salutem*,
quaeque *licentiore epiſtolâ* amico Caeſari narravit.

(a) *Apolog. pag.* 431 (b) *De Beneficiis lib. V.* (c) *Vide Charter. Tom. I. Operum Hippocrat. & Geleni pag.* 1.
(d) *Ad Philippum Medicum*. (e) *Polyhiſtor. liter. Tom. I. lib. I.* 11. *pag.* 110. (f) 1476. 1480. 1481. (g) 1479. (h) 1496.
(i) *Praefat. in Manil.* (k) *Conſule Tertulliani enarratores, & Salmaſium pag.* 7. (l) *Lib. III.* 5.
(m) *Vide edition. Petri Burman. ann.* 1731. *pag.* 538.

do nella nostra favella prima di me espose Valerio Sorano nei libri che Epopteidon (1) *intitolò. Vivete felice* (2).

ANNOTAZIONI.

(1) Epopteidon. *Così legge il Landino nelle prime edizioni, sebbene nelle posteriori si sia da altri corretto, o per meglio dire guastato in* epoptedon (*a*). *Il che fece pure il Brucioli nella versione del Landino da lui rivista nel* 1543. *Nell' altra che a se interamente attribuisce, malamente* edoptidon. *Il Domenichi, che volle seguire le ultime stampe di Plinio, scrisse* epoptidon, *e seco trasse Antonio du Pinet Francese, e Gerolamo de Huerta Spagnuolo. Gli errori gravissimi commessi dal Pinet, e dall' Huerta (sebbene posteriori ai volgarizzatori Italiani) sembrano esigere una nuova versione di Plinio, acciocchè possano profittare di un tanto tesoro tutte quelle persone, alle quali più famigliari del latino sono li due succennati idiomi. Il titolo di* epopteidon *si può spiegare* Arcani delle cerimonie.

(2) *La versione letterale sarebbe*: state sano, *che non risponde al genio della nostra lingua, ed a certo rispetto, che si deve ai Principi quantunque familiarissimi. Il Sig. di Sacy elegantissimo traduttore Francese dell' epistole di Plinio il Giovane, voltò il* Vale *latino nella sua lingua* Addieu. *E' da notarsi, che questa parola non s' incontra che nelle famigliari lettere, e non nelle scritte a Trajano: ma per riceverla presso del Zio, oltre l' autorità di più manoscritti ce lo persuade la diversa intitolazione, e la grande amicizia, che a lui dimostrava l' incomparabile Tito.*

(a) *Vedi l' edizione del* 1534.

COROLLARIVM.

MEmbranarum, quibus innitimur, uberiorem notitiam quamvis X. volumine exhibeamus, curiosis aliquâ ex parte satisfaciendum hoc loco duximus, ne breviata quandoque exemplarium nomina, aut notis reddita lectori officiant. Pergratum insuper erit Plinianae lectionis studiosis codicum syllabum, eorumque vetustatem unico conspectu intueri: potiora verò ubi quis optet: *id tantùm quaerat, & sciat quo loco inveniat*. Tot restitutiones in operis exordio ingestae in caussâ fuerunt, ut praefationi italicam adderem aemulationem, tum quia hujusmodi eloquium Regio Delphino, Dominisque meis placere compertum habeo; tum etiam, ut labor iis inserviret, qui vertendi Plinii munus suscipere voluissent. Si vivere datum erit, fortasse quod aliis proponimus, nos ipsi executioni mandabimus. In allatis membranis plura cubare menda, utique fateor: non omnia tamen ubique lectorem destituunt; & quae malè in plerisque, rectè in uno vel alio redduntur: unde quando in corruptis vocabulis minor numerus veriora exhibuit, tunc a communi lectione recedendum duxi, non occultatis interim contrariis argumentis, & reliquorum librorum scripturis. Optimè labori nostro adaptabitur Beati Rhenani sententia: *quae enim felix castigatio absque codice vetusto, qui tamen non omnino sit depravatus?* (a)

[a] *In epistolâ ad Luc. Bathold. praepositâ Panegyric. Veterum.*

INDEX CODICVM.

Pennâ exaratorum, quorum ope Naturalis historiae prooemium genuinae lectioni restituitur.

(Ambrof. I. feu Fratris Petri Ticin.	Ambrofianus I. fcriptus a Fratre Petro Ticinenfi anno 1382.
(Ambrof. II. Guarini	Ambrofianus II. emendatus a Guarino Veronenfi anno 1433. Extant Mediolani in Ambrofianâ Bibliothecâ.
(Barberin. I.	Codex Anonymi: fuit Jacobi Galli fcriptus poft annum 1450. (Extant Romae in Barberinâ Bibliothecâ num. 758. 759. 760.
(Barberin. II.	Codex autographus Jo: Baptiftae Palmarii anni 1498.
(Barberin. III.	Codex bombycinus, qui fuit Benedicti Egii anni 1468.
Caefaraugust.	Caefaraugustanus olim ad Hieronymum Suritam fpectans.
(Caefenat. I.	Caefenas, five Caefenatius I. fcriptus a Jacobo Pergulitano an. 144⁶.
(Caefenat. II.	Caefenas II. fcriptus a Fratre Francifco Fighino an. 1451. ex Bibliothecâ olim Malateftarum Principum, nunc Fratrum Minorum ex Divi Francifci familiâ. Caefenae.
Carbonarin.	S. Johannis ad Carbonariam Neapolis ab Anonymo exfcriptus circa annum 1360. in nobili Auguftinianorum Bibliothecâ, quam fibi comparaverat Antonius Cardinalis Siripandus.
Chiffletianus	Ex Jacobi Dalecampii fide: de hoc confule illius praefationem in Plinium.
(Colbertin. I.	Ex Bibliothecâ Joh. Baptiftae Colberti nunc
(Colbertin. II.	Regiâ. Ex Harduini teftimonio.
(Efcorialenfis I.	Ab Anonymo, & IX. feculo ut videtur, defcriptus.
(Efcorialenfis II.	Hic fuit Hieronymi Suritae, & exaratum judicarem circa ann. 1200. Vterque in Regiâ Efcorialenfi fecretiori Bibliothecâ apud Sanctum Laurentium.
Jovianus	Codex autographus Benedicti Jovii ad finem XV. feculo vergente fcriptus. In Bibliothecula noftrâ.
Landin.	Codices autographi Chriftophori Landini XV. feculi in Efcorialenfi Bibliothecâ, & Vallicellianâ Romae.
Londin.	Codex Londinenfis a Davide Durando collatus
Murbacen.	Codex Abbatialis Murbacenfis Bibliothecae, quo ufus eft Beatus Rhenanus.
Pacius	Johannis Pacii a Caftro annotationes autographae in Efcorialenfi Bibliothecâ XVI. feculi.
Parmen.	Codex Parmenfis, five Farnefianus, horum Principum olim Bibliothecae dicatus, nunc Neapoli quaerendus a Johanne Marco exfcriptus anno 1465.
Paffion.	Codex olim Dominici Cardinal. Paffionaei, quem Johannes Andreas Alerienfis Epifcopus, & Theodorus Gaza emendarunt. Hoc ad multum temporis mihi commodato ufus fum an. 1758.
Politian.	Angeli Politiani notae autographae ad editionem Romanam anni 1473. digeftae: extant apud ornatiffimum Equitem Marchionem Nicolinium Florentiae: haec deducuntur e duobus Codicibus e Divi Marci Florentinâ Bibliothecâ, atque altero e Regis Ferdinandi, qui olim ad Leonardum Arretinum fpectabat.
Pertufatinus.	Codex olim Caroli Comitis Pertufati, quo pariter faepius ufus fum, exaratus an. 1479., atque Francifci Simonetae aufpiciis deductus ab altero, qui ad Francifcum Petrarcham fpectabat.
Rezzonic.	Noftri Codices, feu bina chartacea exemplaria ex variis antiquis annotationibus conflata & praefertim ex iis, quae adjectae funt editioni Plinianae anni 1472., quae in Ambrofianâ Bibliothecâ affervatur.
Riccardian.	Ex Bibliothecâ Marchionum Riccardiorum Florentiae IX. feculo, ut videtur: de quo Lamius, & Bandinius. &c.
Salmanticenf.	Regiae Salmanticenfis Bibliothecae. De hoc Pintianus, & Pacius.
Siran.	Andreae Siranei lectiones MSSt. ad integram Plinii naturalem hiftoriam anno 1531. Extant in Regiâ Matritenfi Bibliothecâ.
Toletan.	Ecclefiae matricis Toletanae IX. feculi, ut oftendere conabor libro X.
Vallicellian.	Vallicellianum Breviarium in Bibliothecâ D. Philippi Nerii fodalibus attributâ Romae an. 1484.
Vaticani	(1590. exaratus circa annum 1500.
	(1591. annum redolens 1400.
	(1592. ejufdem aetatis.
	(1593. Hic fuit Petri Barbi poftea Pontificis Maximi Paulli II. praenomine, circa ann. 1200.
	(1954. Labente feculo decimo tertio exfcriptus.
	(1955. XV. feculi.
	(1956. circa annum 1300.
Vindobonenfis	Ex Bibliothecâ Mariae Therefiae Auguftae feculi XIII. & fortaffe XII.
Vgolet.	Codex Thadaei Vgoleti a Benedicto Jovio exfcriptus.

Viro Cl. Doctissimoque Paullo Mariae Paciaudio C. R. Sac. Eq. Ord. Hierosolymarii Historico, Regiae Parisiensis Academiae Elogiorum, & Human. Literarum Sodali, Regiae Parmensis Bibliothecae Praefecto,

Antonius Joseph a Turre Rezzonici S. P. D.

SExto ab hinc anno cogitaveram Plinianas Disquisitiones in apertam lucem proferre, cum inopinata, nec satis unquam dolenda Serenissimae, Regiaeque Principis MARIAE LVDOVICAE ELISABETH mors de vadimonio deserendo opinionem induxerat, quamvis florentes tum Belgicae ephemerides proximè edenda volumina indicasse viderentur [(a)]. Cum in hâc essem animi fluctuatione, Philippeae Regiae Bibliothecae Praefectus maximo Parmensium, imò totius Galliae Cisalpinae bono, arcessitus venisti doctissime Paciaudi; mihique jamdiu tot editis egregiis voluminibus noto optatissimum accidit, ut tecum quamplurima valde difficilia, & subobscura communicarem. Octo insuper haec priora Disquisitionum volumina limae tuae subjeci, ut malè tornata virgulis notarentur, cum opus Typographo concedendum suaderes. In nostrâ culpâ igitur Tibi ignosces, & cum in tot tantisque disputationibus utilitatem juvandi gratiae placendi ubique praetulerim: compertum habebis, non unicè senioris Plinii patriam, & immensam eruditionem ostendendam; sed ipsius etiam sententias imitandas mihi proposuisse. Quaedam porrò neque probanda, neque rejicienda invenies, cum non omnibus omnia scripta sint; quâ de causâ in paucis quibusdam diversam a tuâ opinionem sequor, ut adjectae ostendent argumentationes. Liberum igitur Tibi sit, Vir Clarissime, nobiscum decertare, ubi a vero ablusisse judicaveris. Interim scias velim, me nono libro ea congessisse, quae Velejatibus monumentis omnino evadent necessaria, ut Populus illustrioribus Ligurum annumerandus nomine tandem certus, ac notus ab oblivionis injuriâ vindicetur. Nemo enim ignorat Velejates plus uni Plinio, quàm caeteris omnibus vetustis scriptoribus debere. Incomparabilis tamen Naturalis historiae verba quantas Tibi offundent tenebras, ubi vulgatis adhaereas exemplaribus, legasque: *Veliates*, & *quorum oppida in ora proxima dicemus* [(b)], atque infra *Veliates cognomine Vectevi: Regiates, Vrbanates* [(c)], itemque ultimò, ubi experimenta recentissimi census enumerantur [(d)]: *Circa Placentiam in collibus oppidum est Veleïacium* [(e)]. Membranis enim faventibus, vetustarum editionum, rectaeque argumentationis praesidio Plinium scripsisse ostendemus primo loco: *Velejates* [(1)], *& quorum oppida in orâ proximè* [(2)] *dicemus*. Secundo: *Ve-*

ANNOTATIONES.

(1) *Velejates*. Vnde ex patrii casus progressione *Velejatium* eàdem ratione, quâ *nostrates nostratium*. Id non unicè Trajanae Tabulae praesidio, sed ex Angeli Politiani membranis, atque ex hoc loco ad VII. naturalis historiae librum collato evincitur. In monumentis laudatae Tabulae recentioribus celeberrimi Populi nomen geminatâ quoque literâ *ll* invenitur. In Carbonarino Codice, & Barberino 758. *Velleiactes*: in Medicaeo antiquiore *Vel ieiates*. Ex corruptis hisce indiciis (quae Riccardiano, Vaticanis, Pertusatino, Ambrosianis, aliisque exemplaribus comparantur) *Velejates* a Plinio nominari ostendemus.

(2) *Proximè*. Mirandum sanè, quòd genuinam scripturam a Johanne Andreâ Buxio Aleriensi Episcopo in Romanis impressionibus exhibitam recentiores corruperint Typographi: *proximè dicemus* discertè apparet in Vaticano 1953., Ambrosiano antiquiore, aliisque. Neque enim de *orâ proximâ* Plinius; sed *proximè*, nempe continuò, illico de litoralibus populis, oppidisque Ligurum se locuturum indigitat.

(a) *Journal Encyclopedique pour le 15. Avril. 1757. a Liege pag. 140.* (b) *Plin. III. 5. edition. Harduin. Tom. I. pag. 149.*
(c) *Lib. III. 15. edit. Hard. Tom. I. pag. 172.* (d) *Lib. VII. 49. edit. Hard. Tom. I. pag. 405.*

Velejates cognomine veteri Regiates (1), *Vmbranates* (2). Tertio: *Citra Placentiam* (3) *in collibus oppidum* (4) *est Velejatium* (5). Plinio adduntur vetusti scriptores, qui de Velejatibus aliqua vulgarunt. Nobiliorem sedem occupat Strabo, eumque hanc urbem edito in loco sitam inter Placentiam, ac Genuam nominasse ostendemus (6). Per Velejatium fines Romani Gallias petebant; eâdemque viâ Hannibalem in Etruriam penetrasse colligimus (7). Trebia hanc certè viam interfluebat, uti eruitur e nobili milliario lapide, quem Paullus Ricolvius ad lucem

ANNOTATIONES.

(1) *Cognomine veteri Regiates*. Harduinus, cum receptam a Gelenio, Paullo Manutio, Dalecampio, &c. scripturam in operis corpore adoptasset, addidit (*a*): „ Rectius forte legeretur *Veliates*, *cognomine veteri Regiates*: id enim ordo „ litterarum exigit, ne interturbetur. „ Non absque aliquo rationis colore Harduini conjecturam rejecit Poggialius (*b*); cum non ex unicâ elementarium nominum progressione voces in Plinio sint immutandae. Hâc de causâ, ni fallor, recitatâ clarissimi interpretis opinione, illi minimè accessit Martinerius (*c*). Verùm cum amico doctoque Poggialio ostenderim ex codicibus Angelo Politiano (*d*), Hermolao Barbaro (*e*), & Johanni Camerti (*f*) notis, legendum omnino *Velejates cognomine veteri Regiates*: sperarem virum probum catumque nostrae opinioni accessurum. Ad laudatos igitur codices, ubi provocasset Ortelius, *Veliates Vecteri* a naturali historiâ procul dubio exulabant (*g*); neque Cluverius scripsisset *Plinio autem --- iidem Veliates cognominantur* Vecteri, *nescio unde* (*h*). Et ego ignoro, undenam ineptum vocabulum adeò recentioribus placuerit, quando in Ambrosianis, Pertusatino, Vaticanis 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955., Riccardiano, Medicaeis, Barberinis, & Carbonarino minimè apparet. In iis enim quamvis depravatis legitur *cognomine vecti Regiates; cognomine vetti*; *& cognomine veteti Regiates*, itemque *cognomine necti Regiates*: unde Vecteribus exclusis *Velejates veteri cognomine Regiates* fuisse appellatos intelligamus. Extant in Velejate Montis Regii Villae, & Regius amniculus haud obscura antiqui nominis vestigia. Adde, quòd ipsius agri positio alios praeter a Plinio memoratos non recipit: quae omnia, ubi unitim accipias, elementarem in Populis enumerandis methodum in naturali historiâ, uti alibi, hoc etiam loco secutam ostendunt.

(2) *Vmbranates*. Vitiata plerumque in hoc Populorum nomine sunt vetusta exemplaria. Pauca quaedam non desunt, ubi rectè scribitur. His annumero Barberinum 758, itemque Gelenii, & Dalecampii membranas, unde uterque, & Paullus Manutius *Vmbranates* ediderunt. Inde effluxisse puto *Vrbanates* ab Harduino receptos, quos pariter in Riccardiano, & Medicaeo I. invenies. In Vaticanis 1950. 1952. 1954. 1955. *Vrbenates*. In Codice 1953. *Vrbanes*. Denique Chiffletianus, recentiores ex Medicaeis, Carbonarinus, Barberinus 759. *Vibinates*: iis pleraeque accedunt impressiones: Romanae 1470. 1473. Venetae 1472. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. &c. Tot menda ignotum omnibus fecere Populum Velejatibus conterminum, quorum oppidum in hodiernam diem vocatur ab indigenis *Città d'Ombria* prope Bardum in ruinis sepultum. Manent tamen indubia, tum nominis, tum urbis vestigia, Templorum, Balneorumque rudera; multoque magis visebantur centum quinquaginta ab hinc annis, ut constat ex loci sciographiâ per Carolum Natalem editâ, anno 1615.

(3) *Citra Placentiam*. Notandum semper evadet, Gelenium, Manutium, Dalecampium, Harduinum Velejae positionem variasse, ut vulgarent *Circa Placentiam*, cum allati codices, imò omnes a nobis volutati raro consensu habeant *Citra Placentiam*; quod pariter in cunctis editionibus, Venetis, Romanis, Parmensibus XV. seculo exaratis invenies. Grande igitur acuminis decus promerebitur Andreas Straneus, qui paullò post Gelenium naturali historiae manus admovens (quamvis Velejae oppidi situm an. CIƆIƆXXXI. scire non posset) *Citra* potiùs legendum *Plinio Romam prodente* conjecerat (*i*). Exitus rem probavit, cum Macinessi viculus XVIII. a Placentiâ lapide assurgat; ibique infinitâ Philippi Principis gloriâ, & magnâ Guilielmi Tilliotii publicae rei administratoris laude non tantùm Velejatium monumenta, sed oppidanae domus, & viae post annum CIƆIƆCCLX. sensim appareant. A veritate igitur longè declinarunt ii omnes, qui Velejam (CXLIV. stadiis a Placentiâ dissitam) *circa* hanc urbem collocant; unde in errorem Gallos, Batavos, Germanosque publicorum nunciorum sarcitores an. CIƆIƆCCLXI. inducerent. E contrario illius situm intolerandâ mensione summovet Anonymus Parmae degens, cum Macinessum (Velejae ruinis impositum) in monte XIII. *leucis* a Placentiâ, eodem anno statuminavit (*k*).

(4) *Oppidum*. Oppidi nomine urbem designare Plinium omnibus naturalem historiam legentibus constat. *Volsinii oppidum Thuscorum opulentissimum* (*l*). Aegyptiam Theben C. portis nobilem, *oppidum* (*m*), & Mnevidis Regiam itidem *oppidum* (*n*) appellavit. Eâdem methodo idoneos linguae latinae auctores uti ostendemus. Nescio igitur, cur Landinus, Bruciolus, Dominicus, Pinetus, Huerta, vicum non urbem hoc loco nominari intelligant; eisque accedere videatur Muratorius (*o*); cujus civis Antonius Vallisnerius italicâ aemulatione oppido castellum substituit (*p*).

(5) *Velejatium*. Oppidum Velejatium *la Città dei Velejati*. Vti oppidum Parmensium, Placentinorum, Parmam, Placentiam denotat: eâdem ratione *Oppidum Velejatium*, Velejam ostendit. Hacce orthographiâ nomen occurrit in primo Ambrosiano, Vaticanis, plerisque aliis. Nec differunt Toletanus, Medicaei, & Riccardianus, ubi *Veleiacium*: promiscuè siquidem accipiuntur literae T. & C. Reliquos, ne verbosus sim, praetereo, nosseque sufficiat agi de *Velejatium* urbe: non de oppido, quod recto casu *Veleiacium* appellaretur, ut multis excidit.

(6) *Ostendemus*. Corruptum esse Strabonis locum V. libro, ubi καὶ Διακουιεα, καὶ Ιεδιακ, jam noverant Xylander, Casaubonus, Cluverius. Melioribus certè codicibus usus est Guarinus Veronensis, in cujus membranaceâ versione lego: *Hac in viâ ex custodiâ Ellia*. Tali ratione etiam Veliam ad sinum Pestanum a Graecis dictam minimè ignoramus; & quae Υέλη ab Herodoto (*q*), a Strabone Ἔλη (*r*), ab aliis Βύλη, Ελέα, & Βελέα appellatur.

(7) Ortelius omnium primus, ut conjicio, Hannibalem Veliarum lucos evasisse scribit (*s*), idque a Symmacho testatum epistolâ duodecimâ libri secundi. Symmachum diligenter inspexi, eumque praesertim, quem autographis annotationibus ditavit Scioppius, ubi nihil ad rem invenio. Quare suspicor ex Ortelii auctoritate unicè ad Symmachum provocasse Martinerium, & Poggialium. Vbi verò talia in epistolarum auctore extarent, non ad Lucanorum Veliam, sed ad Velejam nostram (quae multis Velia) accommodarem. In Velejate enim Apenninum conscendit, & durissimum in sylvis, & clostris iter habuit Hannibal. Contra circa Veliam ad Pestanum sinum bellum gessisse minimè invenio. Idem Ortelius asseruit *Veliates cognomine Vecteri* Plinio; a Valerio Flacco dici *Veleates*: subscribunt Martinerius, & Poggialius. Magnam lucem a Poëtâ Plinii synchrono sperabam; verùm eandem, quam apud Symmachum nactus sortem, intactos hos Ligurum Populos in Argonauticis comperio.

[a] *Cit. pag. 172. num. 29.* [b] *Tom. I. pag. 114.* [c] *Vide magnum Lexicum in voce* Veliates. [d] *Vide annot. autograph. Politiani.* [e] *Edit. Venet. 1491. 1519.* [f] *In indice Plin.* [g] *In voce* Veliates. [h] *Ital. Antiq. l. 8. pag. 58.* [i] *Annotat. MSS.* [k] *Journal Encyclop. I. Octob. 1761. Tom. VII. Premiere partie pag. 143.* [l] *Lib. II. 12.* [m] *Lib. XXXVI. 14.* [n] *Cit. lib. XXXVI.* [o] Sposizione *§. VI. pag. 43.* [p] *Tom. III. pag. 227.* [q] *Lib. I.* [r] *Lib. VI. pag. 387.* [s] *In voce* Velia.

lucem protulit [a] in Nicaeensi jacentem, & patrio Museo adjecit Maffejus in hanc speciem [b]:

. . . TRAIANVS
HADRIANVS PONT. MAX. TRIB.
POT. IX. COS. III. VIAM IVLIAM
AVG. A FLVMINE TREBIA QVAE
VETVSTATE INTERCIDERAT
— SVA PECVNIA RESTITVIT
DCVIII.

Nunc tandem Livium (1) de nostris Velejatibus disserere conjicient eruditi [c], quamvis inibi importunè *Iluates*, sive *Illuates* ingerantur. Certè Phlegon Trallianus de Velejatium oppido locutus est in magno opere de Longaevis, cujus pauca quaedam unicè supersunt. Non ea tamen Velejatibus asseram, quae Cluverius (2), Harduinus, Cellarius, ac post eos innumeri nostris adaptarunt. Sola ad Ligures hosce Populos spectant verba, unde aetatem suam Censoribus prodidit [d]: Μάρκος Οὐίλωνιος Σεουῆρος πόλεως Οὐελείας *Marcus Vilonius Severus Civitatis Velejae*.

Post Phlegontem neminem ex antiquis invenio, qui Velejatium meminerit, ubi Anonymi Tabulas excipiamus, Theodosii, ut creditur, temporibus conflatas, & in typicum jubar a Conrado Peutingero eductas (3). Velejae excidium post haec tempora quaerendum, quod non unâ ex caussâ terraemotibus tribuerem. Sed ne in tuam messem Cl. Paciaudi falcem videar ingerere, nihil de monumentis Philippo Principe detectis loquar; idque unicè adnotabo

ANNOTATIONES.

(1) *Livium*. Crucem figunt triplici loco Livii corrupta verba, ubi *Insubres excitis Saliis, Iluatibusque, caeterisque Ligustinis Populis ---- Placentiam invaserant* (e). Gronovius legit: *Excitis Sollinibus, Iriatibusque*: Pighius latere suspicatur *Eleates* (f); quo nomine priscis temporibus appellari potuisse Velejates adnotavi (g). Neque enim hîc de Ilvae insulae habitatoribus agi potest, ut suspicabatur Glareanus a Sigonio reprehensus (h), cum sequenti libro legamus: *Et jam omnia cis Padum praeter Gallorum Boios, Iluates Ligurum, sub ditione erant*; & paullò post ----- *Inde in Ligustinos Iluates, qui soli non parebant legiones ductae*. Triplicibus hisce locis Velejates apud T. Livium restituendos ne dubito quidem, cum ex Ligurum celeberrimis fuerint, & Placentino agro contermini. Nobiscum convenissent Gronovius, & Dojatus, si parentum aetate Velejae situs, & potentia ex erutis postea monumentis rescire potuissent. In Ambrosianis membranis Comi anno 1469. exscriptis lego modò *Iluates*, modò *Illuates*. In alteris Mutinae anno 1378. exaratis eâdem ratione. Libro tamen XXXII. in Ligustinos *Viluates* extabat, quod recentiori calamo conversum est in *Siluates*. Quare *Velejates*, sive *Veleates* in conditivis quaerendos suspicor, unde Capitolinum triumphum . . . M. F. M. N. DE - - - BVS . . . ET VELEATIBVS (i) nostris adaptemus. Cluverius legere mavult ELEATIBVS (k); nullâ tamen validâ ratione, contra facti existentiam, parumque etiam cautè hunc Populum a Liguribus separavit.

(2) Cluverius Phlegontis Trallìani auctoritatem Plinii verbis subdens, & apud Plinium statuens legendum esse „ Oppidum est Veleiatium „ *quippe*, ait, *Phlegonti Tralliano in opere de Longaevis*: ἐξ αὐτῶν τῶν ἀποτιμήσεων, idest *ex ipsis censuum commentariis inter multa alia ejusdem Galliae Togatae exempla quater nominatur opidum* Βελεια Veleia (l). „ Harduinus, qui procul dubio Cluverii adnotata ob oculos habuit, illius neglecto nomine aliqua de suo volens addere rem calamistris ita inurit (m): *Phlegon Trallianus in opere de Longaevis ex ipsis censuum commentariis multos refert ex oppido Velia*, πόλεως Βελιείας, *qui diu aetatem produxerint. Forte idem cum Veleïacio Pliniano; forte diversum itemque cum Velia, de qua lib. 3. sec.* 10. Cluverio excidit quater oppidum Veleja a Phlegonte recenseri, cum tria priora exempla ad Veliam spectent (n): Λούκιος Γαμίνιος Λουκίου υἱὸς πόλεως Βελιείας, quod Xylander concinnè reddidit *L. Gaminius L. F. Veliâ* (o); ad literam verò *Lucius Gaminius Lucii filius Civitatis Veliae*. Idem statuendum de C. Valerio Primo (ubi loco Γαιοῖς lege Γαῖος) & de C. Samphio, qui Πόλεως Βελιείας fuisse dicuntur. Contra M. Vilonius πόλεως ουελιείας, quod optimè Xylander transtulit *Velejâ*. Scripsit igitur Phlegon ουελιείας, ut Velejam Cisalpinae Galliae a Lucanâ Veliâ distingueret; idque Graecorum more, qui saepe saepius in Romanorum nominibus reddendis O literam V praeponebant. Hinc *Volci* Ὀυόλκοι: *Velauni* Ὀυελαῦνοι Ptolemaeo; ac Straboni Ὀυελλαῖοι; itemque laudato Ptolemaeo Ὀυισουντιον; Dioni Cassio Ὀυεσοντίων, quod Latinis *Vesuntio*. Calculum igitur post Cellarium omnes reducere possunt, qui Census Veliae actos Velejae adscripsere. Neque enim in solâ Italiae octavâ regione censoria excutit vasaria Phlegon; sed Velejatibus, Placentinis, Brixellanis, Parmensibus, alios addit ex Basileâ, Amphipoli, Lusitaniâ, Ponto, & Bithyniâ, qui ultra C. annos vixere.

(3) Opus diversis nominibus recensetur: *Tabula provincialis*: *Itinerarium militare*: *Itinerarium Augustanum*, quia Augusta Vindelicorum Peutingeri patria. De hoc Bertius, Bergerius, Cluverius, &c.; Cellarius Tabulam Theodosianam appellat, eo quia circa Magni Theodosii tempora creditur exarata. Inibi satis amplo territorio *Regio* VELIATE

[a] Sito d' Industria *pag.* 171. [b] *Muse. Veron. pag. CCXXXI.* 5. [c] *Lib. XXXI. & XXXII.* [d] *De Longaev. pag.* 88.
[e] *Lib. XXXI.* [f] *Vide Tom. IV. Histor. Livii pag.* 523. *edition. Batav. ann.* 1741. [g] *Prodrom. ad antiquit. Velejat. MSSt.*
[h] *Schol. in Livium.* [i] *Vid. Sigon. Fasti Consulares, ac triumphi acti.* [k] *Ital. antiq. lib. I. pag.* 58. [l] *Lib. I. Cap. X. pag.* 78. (m) *Tom. I. pag.* 405. *ad VII. Plin. libr.* (n) *Ex editione Antonii Liberalis pag.* 87. (o) *Pag.* 97.

bo Elogium anno CIↃIↃCCXLVII. erutum (1), quodve Velejates posuerunt

L. CALPVRNIO
L. F. PISONI (2)
PONTIF. (3) COS

minùs rectè Muratorium, & Maffejum ad Trajani tempora deduxisse, cum ad L. Pisonem C. Julii Caesaris levirum spectet, qui Consul processit anno V. Cond. IↃCCLXXIX., obiitque anno IↃCCXXCIV. Haec quae suis locis tractata fusiùs reddentur, velim probares optime Paciaudi. Sententiae itidem nostrae Te accessurum spero, ubi de Obeliscis agam, & non unicè Plinii locum *ancipitem, vereque confragosum* (a) genuinae lectioni restituere curabo; sed decantatum Campi Martii Obeliscum non a Sesostre, sed a Sochide excisum indubiis ostendam argumentationibus. Vale.

ANNOTATIONES.

TE describitur (*b*) corrupto nomine a VELEIATE territorio. E Caesareâ Vindobonensi MARIAE THERESIAE AVGVSTAE florentissimâ Bibliothecâ Tabulae longè majori quàm hactenus diligentiâ cusae nuper prodiere.

(1) Emendanda igitur Anonymi supputatio, qui Velejam invisens anno 1761. epistolam in Bullionensi *Enciclopedicâ* Ephemeride inoculandam curavit. Ibi enim Trajanae Tabulae inventio ad subsequentem annum deducitur (*c*). De hâc Tabulâ praeter Muratorium (*d*), Gorium (*e*), Maffejum (*f*), consule Antonium Terrassonium in eruditâ doctâque Romanae Jurisprudentiae historiâ (*g*). Omnes tamen allati auctores ex corruptis apographis multa perperam vulgarunt. Neque enim insigne monumentum a Gorio accuratissimè editum in hanc diem Bellogradus affirmaret (*h*), postquam impressa exemplaria aeneae Tabulae potuit conferre; ut mihi mense Aprili anno 1760. Colurni accidit, cum invidendum thesaurum unà cum Pisonis marmoreo elogio PHILIPPO PRINCIPI donarunt Antonius Comes Costa, & Johannes Comes Roncoverius. Huic praecipuè Tabulae salus debetur, qui illam ab imminenti naufragio vindicavit. Viri humanissimi memoriam eò libentius ingero, quòd suas etiam restitutiones aeneis frustis collatas mihi Placentiae communicavit anno 1761., quorum aliud exemplar ex Clarissimi Poggialii liberalitate possideo. Sperandum, quòd ipsaemet laminae praelo subjiciantur (uti Maffejus exoptabat) unde liberum erudito cuique sit novas addere conjecturas, postquam de genuinâ (quamvis subobscurâ) nonnullorum elementorum ratione certior evaserit.

(2) Notandum quòd gemina litera I Pisonis nomen conflans crassior apparet, quàm caetera elementa, quae tamen ab hâc vocali minimè exceduntur.

(3) Id evincit praeter alia Pontificia dignitas a Tacito celebrata (*i*): *Per idem tempus L. Piso Pontifex &c.*; unde vanae Mureti, & Lipsii conjecturae evadunt, qui loco *Pontifex* legere mallent P. V. nempe *Praefectus Vrbi*; Velejate insigne monumentum concordem Taciti scriptum evincit, quod ex Fratrum Arvalium memoriâ secundario probari potest (*k*); & Hieronymus Comes Silvestrius eruditissimis commentariis in praesentiarum illustrat.

(a) *Vide Paciaud. Monument. Peloponn. Tom. I. pag.* 40. (b) *Vide Bergerium* (Bergier) *Segment. II.* (c) Journal Encyclopedique I. Juillet 1761. *Tom. V. pag.* 133. (d) Dell' insigne Tavola di Bronzo spettante ai fanciulli, e fanciulle alimentarj.
(e) *Exemplar Tabul. Trajan.* (f) *Muse. Veron. pag. CCCLXXXI. & seq.* (g) *Paragraf. II. pag.* 27. *& seq.*
(h) *Vid. Symbol. Gor. Tom. I. pag.* 95. (i) *Annal. VI.* (k) *Murat. Nov. Thesaur. pag. DLXXXIV.*

FINIS . LIBRI . OCTAVI . ET . TOMI . PRIMI

INDEX

INDEX PRIMUS

VIRORUM, FEMINARUM, NUMINUM &c.

A

Cad-

C

D

E

Eraf-

Ka-

K

L

M

Mazo-

N

O

P

Q

Qui

Sibu-

T

V

X

Z

INDEX

INDEX SECVNDVS
RERVM NOTABILIVM.

Jucun-

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

INDEX TERTIVS

AD GEOGRAPHIAM PERTINENS.

No-

O

P

R

S

T

V

REZZONICVS BONIS.

QVamvis summâ diligentiâ typographicos errores de medio tollere curaverim: duo adhuc contra apertam auctoris mentem ultimo volumine irrepsisse invenio, quae emendanda, cum oppositam nostrae scripturam exhibeant; & primo loco, ubi de iis agitur, qui in Pliniano prooemio legendum censebant *meas esse aliquid putare nugas;* vulgatumque est: *Horum tamen omnium conjecturas* (a): expuncto *tamen* restitue *Horum penè omnium conjecturas*; cum a relatis excipiendus sit Andreas Alciatus. Hic enim Catulli versiculum dissolvens ad priores *syllabas* minimè provocavit, ut sequenti folio ostenditur. In operis itidem corpore oblitus est typographus verbo *dedisse*: legitur siquidem: *ne quid ambitioni vita judicaretur*(*b*), licèt scriptum a nobis esset: *ne quid ambitioni dedisse vita judicaretur.*

In Plinianae lectionis subsidium: *& ob id in magnâ invidiâ fuere omnia* (*c*): Riccardiani codicis addidi auctoritatem, ubi sententiam hâc ratione exaratam colligebam; *ob id i magnâ invidiâ fuere omnia*. Verùm neque notam *i* a proximis dictionibus compressam inibi reperiri moneor ab ornatissimo, doctissimoque Equite Aloysio Comite Laurentio (1) Galliarum Regis in Etruriâ oratore. Qui igitur vulgaris exemplaribus velint accedere, utique adoptent: *ob id magnâ invidiâ*: nobis e contrario noviter ingesta lectio magis arridet; & quamvis Riccardiani codicis deficiente auctoritate rem adhuc videntur evincere, quae de Furio Cresino edidit Plinius: *& ob id in magnâ invidiâ erat*. In Plinii itidem praefatione quaedam membranae habent *in magnâ invidiâ*; fateor tamen particulam *in* (chartaceis nostris voluminibus appositam) in praesentiarum ignorare unde deduxerim. Quare pro instituto nostro, & fide lectorem de facti veritate monendum volui.

In reliquis (paucissimis reor) ubi in alicujus literulae omissione, augmento, spiritibus, comulis peccavit typographus: indices consulat lector, quorum auxilio calcographica sanatur incuria. Plura insuper inibi gentilicia juxta traditas a nobis regulas latinè reddita, neotericorum etiam idiomate exhibentur, ut omnes intelligant ea ipsissima esse nomina, quae latinis terminationibus polienda judicavimus: cum enim a Romanis profluant, cur non eorum placitis tornanda? Vbi pauca quaedam sint excipienda, haec nusquam erunt gentilicia, sed lustrica, quae ex Haebreis deducuntur, ut *Joseph*, *Jacob*, & similia. Nonnulla enim ex Oriente in Europam dum inducunt vetustiores Ecclesiae Patres, indeclinabilia reddiderunt: eandem igitur rationem sequamur, cum in re ignoratâ Tertulliano, Hieronymo, Augustino, Prisciani, Charisii, Diomedis, & reliquorum Grammaticorum placita non obsistant.

Nollem ultimò ineptorum quorundam Cucullatorum rabiem exacuisse, eo quia paucos laudaverim, qui in theologicis disputationibus Romanae Ecclesiae sententias impugnarunt. Neque enim ob hanc rem (omnino improbandam) doctos homines celebravi. Vt iterum Divi Augustini verbo utar: Trinitatis mysterium, animorum immortalitatem, malorum poenas, bonorum praemia, moralem vivendi rationem ex Romanae Ecclesiae placitis *ineluctabiliter* (*d*) recipio. Verùm in reliquis, quae nihil ad ethicam, nihil ad Christianam persuasionem spectant, sed unicè philosophicas quaestiones, & Naturae arcana involvunt, Ethnicum, Idolâtren, Judaeumque sequar, si veriora Cucullatis vulgasse videbuntur. Nihil igitur nobis officiant Zeiglero, Melanchthoni, Rhenano, Ebero, aliisque tributa (ubi ea promeruerunt) elogia; cum politiores literas, non theologicas respiciant disputationes. De ultimis cum Magnus Cujacius rogaretur, nihil similia ad Praetoris edictum pertinere respondebat, ut se undique Romanae Ecclesiae persuasioni accedentem ostenderet; cui, & Maximo Pontifici omnia a nobis prodita, atque invulganda submittimus. Valete.

ANNOTATIONES.

[1] *Luigi Conte Lorenzi Balì dell' insigne militare Ordine di Santo Stefano Ministro Plenipotenziario di S. M. Cristianissima in Toscana.*

(a) *Pag.* 245. *num.* (2) *versu* 8.
(b) *Pag.* 266. *vers.* 1.
(c) *Pag.* 276. *num.* (3)
(d) *Vide lib. V. pag.* 193.

FINIS.